In x nulla syllaba terminat in media dictione nisi in compositis a praepositione 'ex', quae integra manere potest sequente c vel p vel q vel s, ut quibusdam placet, vel t, ut 'excurro', 'expello', 'exquiro', 'exsicco', 'exsequor' - sic enim placet iis, qui de orthographia scripserunt, quamvis euphonia et ratio supra dicta de literis secundum Graecos abicit s antecedente x -, 'extendo'; l quoque sequente invenitur in nomine hoc: 'exlex'; f enim sequente in eam convertitur x, ut 'efficio', 'effundo', 'effero'; ceteris vero consonantibus sequentibus e, non ex, praeponi solet, ut 'ebibo', 'educo', 'egero', 'eludo', 'emineo', 'enitor', 'eruo', 'eveho'. ||

Z in peregrinis dictionibus semper in principio invenitur syllabae et, si antecedat alia syllaba, necesse est eam vel in vocalem desinere vel in n vel in r, ut 'gaza', 'μελάνζοφος', 'Ἀριοβαρζάνης'.

Sciendum autem, quod nulla diphthongus in duas consonantes potest desinere, in duplicem autem invenitur, ut 'faex faecis' et | 'faux faucis'.

Distat syllaba a dictione et sensu et accentu; nisi enim sciamus, quo- 12
modo posita sit syllaba in dictione, incertum est, quo accentu eam pronuntiemus: syllaba enim per se, nisi cum sit dictio, sensum habere non potest. invenitur tamen et plena oratio in una dictione, ut in verbis imperativis, 'curre', 'lege', et similiter plena dictio in una syllaba, ut 'ars', 'do', 'dic', 'i'.

Accidit unicuique syllabae tenor, spiritus, tempus, numerus literarum.

Tenor acutus vel gravis vel circumflexus. in dictione tenor certus, absque ea incertus, non potest tamen sine eo esse.

Similiter spiritus asper vel lenis.

Tempus unum vel duo vel etiam, ut quibusdam placet, unum semis vel duo semis et tria; unum, si vocalis est brevis per se, ut 'ămo', vel si eam una consonans simplex consequitur, ut 'caput', unum semis in communibus syllabis, de quibus multi docuerunt, ut 'lăcrimae'. et sciendum,

i
1 terminatur *K* a dictione *iterum inc. D* 2 integra *G* 4 his *libri* ortographia *BDHGLr* ortagraphia *K* 5 abiicit *GLK* abiecit *D* 7 exlex] *r* explex *R* enim] *r* quoque *R* 9 ebibo educo] *r* ebido ceduco *R* 10 DE Z. *D* perigrinis *GK* 11 uocalem uel in n uel in r disinere *GL* 12 ΓΑΖΑ *HK* ΜΕΛΑΝΤΟΦΟϹ *R*
ΖΟΦΟϹ s
ΜΗΛΑΝΖΩΦΩϹ *r* ΜΕΛΑΝ.ΟΦΟΖ *K* melanzophoc *G* melanzophos *L* ΑΡΙΩΒΑΡΖΑΝΕϹ *R* ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΕϹ *BDHK* ariobarzanes *GL* 13 Quod nulla diptongus in duas desinit con-
e
sonantes *inscr. L* DE DIPTONGO. *D* sciendum est autem *DGK* 14 facis *Rr* faecis faux *GL* 15 DE DIFFERENTIA SYLLABAE ET DICTIONIS. *D* 16 sit] est *RBDHK*
i
doctione *K* quo* (d) *B* pronuntiemus] *r* pronunciamus *R* 17 cum *om. H* 18 ut imuerbis *R* inperatiuis *B* 19 plena *add. k* dictio una *r* et lege *H* 20 do] uel dos *add. d* i *om. GLK* 21 De accidentibus singulis syllabae *K* De accidentibus syllabae *L* DE QVATTVOR ACCIDENTIBVS SYLLABAE. *D* uni-
e
quique *H* 22 accutus *R* circunflexus *L* certus *add. k* 23 ea] ea dictione *BDGLK* dictione *H* eo] *d* eo tenore *D* 24 lenis] *r* leuis *RB* uel leuis *add. g* 25 ut ** quibusdam (in) *B* 26 duo semis] *r* duo saemis *R* et] uel *HGL* trea *G* est *om. B* ut amo *om. HGLK add. h* 27 seam uuam *H* consoinans *K* communibus] *r* communis *R* 28 sciendum est *G*

quod non solum ante l vel r, sed etiam ante m, ut supra docuimus, et n positae mutae faciunt communes. *Εὐριπίδης* in Phoenissis:

Ἰσότητ' ἔταξεν νἀριθμὸν διώρισεν.

idem in eadem fabula:

Ἀπωλόμεσθα, δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον.

Ovidius:

Piscosamque Gnidon gravidamque Amathunta metallis.

praeterea m ante n posita fecerunt quidam communes, ut Callimachus in tertio *Αἰτίων*:

Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ.

13 illud quoque non est praetermittendum, quod tribus consonantibus sequentibus potest | fieri communis syllaba, quando in principio syllabae sequentis post vocalem correptam s et muta et post eam liquida sequatur, quippe cum s in metro subtrahi more soleat veteri, ut Horatius sermonum libro primo:

Linquimus, insani ridentes praemia scribae.

in longis na||tura vel positione duo sunt tempora, ut 'dō', 'ārs', duo semis, quando post vocalem natura longam una sequitur consonans, ut 'sōl', tria,

1 ut iam supra *BDHK* et n] n *K* uel n *k* 2 et faciunt *L* ΕΥΡΙΠΙΔΕC *DH* euripides *GL* *Eur. Phoen. v.* 542 *M. v. lib.* I § 11 phoenisis *B* PHONI*SIS (s) *D* phenisis *G* phoenisesis. ΟΘCΤΑ. ΤΑΤΝΕΤΑ.ξΗΝ (*haec in litura*) ΚΑΙΡΙΘΜΟΝ ΔΙΩΡΙCΗΝ *K* phenesi* **(s ΙC)ΕΤΕΤΑ ΤΗΝΤΑΖΗΝΚΑΙ ΡΙΘΜΟΝ ΔΙΟ ΡΙCΗΝ. *L* 3 ΙCΟΤΤΑΤΕΤΑξΕΝ ΙCΑΙ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΙΟΡΙCΕΝ *R* ΙCΟΤΗΤΑΤΕΤΑξΕΝ ΚΑΙΡΙΘΜΟΝ ΔΙΩΡΙCΕΝ *B* ΙCΟΤΗ. ΤΑΤΤΗΕ ΤΑΖΕΙΝ ΚΑΙ ΑΡΙΘΜΟΝ ΔΙΑΡΙCΕΝ. *al. m. in mg. R* ΙCΟΤΝΤΑ Τ.ΕΤΑΖΕΝ ΚΑΙ ΑΡΕΘΜΟΝ ΔΙΩΡΙCΕΝ *Dd* ΙΟΟΤΕΤΑ ΤΕΤΑξΕΝ ΚΑΙΡΙΕ ΜΟΝ ΔΙΟΡΙCΕΝ *G* ΙCΟΤΘΤΑΤCΤΑξΕΝ. ΑΠΟΔΟΛΛΕCΘΛΛΥΟ. ΚΑΚΟC. ΠΕΥ ΔΕΙCΤΕΚ. ΝΟΝ (*med. om.*) *H* 4 *ibid. v.* 582 *M. v. lib.* I § 11 5 ΑΠΩΛΟΜΕCΘΑ *Dd* ΑΠΟΛΟΜΕCΘΑ *GK* ΑΠΟΛΟΜΕCΘΑ *Ll* ΔΙΟ *RG* ΔΥΟ *Dd* ΟΥΩ *K* ΔΥΑ (a *in litura l*) *L* ΔΥΩ *B* ΚΚΩC *Rr* ΚΑΚΟ *Dd* ΚΑΚΟC *K* ΚΑΚΟC *Ll* CΠΗΥΔΕΙC *Rr* CΠΕΔΕΙC *Dd* ΠΕ******* *L* ΠΕΔΕΥΕΕΙC *l* 6 *Ovid. met.* X 531 Ouidius in decimo metamorphoseon *D* 7 Gnidon] *r cum parte codd. Ovid.* gnidum *R* cnidon *DGLKh v. lib.* I § 11 que] *r* quae *R* amathuntha *K* 9 quidam] *B Heidelb. Dresd. 2 Krehlii* quidem *rell.* ut Callimachus] teste callimacho *B* Callimachus] *r* cahalimachus *R* 10 *Αἰτίων*] ΑCΤΙΩΝ *Rr* ΑCΤΙΟΝ *BDK* ΑCΤΙΩΗ *G* ΑΧΤΙΩΝ *L om. H* 11 ΤΩC ΜΕΝΟΜΝΗCΑΡΧΙ *rell. om. in lac. inseruit h* ΤΟC *GLK* ΩC *D* ΜΝCΑΡΧΕΙΟC *Rr* ΜΝΕCΑΡ. ΧΕΙΟC *G* ΜΝΝCΑΡΧΕΙΟ *D* ΕΦΕ *L* ΕΦΟ *K* ΕΦΠΥΕΝΟC *R* ΕΦΕΙξΕΝΟC *G* ΕΦΝΖΕΝΟC *D* ΟΔΕ *DK* ΩΑCCΙΝΔΙΝΩ *R* ΟΔΕΙCΙΝΑΙΝΩ. *G* *συναινῶ*] *l* CΙΝΑΙΝΩ *L* 12 praetermitendum *G* potest sequentibus *GL* 13 sequentis syllabae *D* 14 liquida * sequatur *B* sequatur] seruatur *H* 15 soleat more *GL* uetere *Br* ueterum *DGK* ueter* (e) *H* Horatius] *r* oratius *RK* *Hor. serm.* I 5, 35 sermonum *om. L* libro sermonum *K* in libro sermonum *D* 16 liber ·I· *B* 17 linquimur *H* insani] *r* ins**i *R* reddentes *G* proemia *B* 18 do] '*complures mss.*' *Krehlii, Schneiderus Elementarlehre p.* 662 do* *DGK* dos *RBHL* duo et semis *k* 19 una* (m) *B* sequitur consonans ut sol] *r* sequitur ut sol consonans *R* trea *G et in* tria *corr. B*

quando post vocalem natura longam duae consonantes sequuntur vel una duplex, ut 'mōns', 'rēx'. tamen in metro necesse est unamquamque syllabam vel unius vel duorum accipi temporum.

Numerus literarum accidit syllabae, quia, ut supra diximus, non minus quam unius nec plus quam sex* literarum apud Latinos potest inveniri syllaba.

DE DICTIONE.

Dictio est pars minima orationis constructae, id est in ordine compositae: pars autem, quantum ad totum intellegendum, id est ad totius sensus intellectum; hoc autem ideo dictum est, ne quis conetur 'vires' in duas partes dividere, hoc est in 'vi' et 'res', vel quaedam huiuscemodi. non enim ad totum intellegendum haec fit divisio. III 14

Differt autem dictio a syllaba, non solum quod syllaba pars est dictionis, sed etiam quod dictio dicendum, hoc est intellegendum, aliquid habet. syllaba autem non omni modo aliquid significat per se: ergo monosyllabae dictiones possunt quodammodo esse et syllabae, non tamen sincere, quia numquam syllaba per se | potest aliquid significare: hoc enim proprium est dictionis. unde si dicam 'a', per se scio esse syllabam, nec tempora tamen eius nec tenorem nec spiritum nec significationem agnosco, donec cognovero dictionem, in qua ponitur. nam in 'ara' deorum 'a' paenultima producitur et circumflectitur in nominativo nec habet aspirationem, cum autem significat stabulum porcorum, eadem syllaba paenultima corripitur et acuitur et habet aspirationem; haec eadem 'a', quando est praepositio, gravatur et producitur et est sine aspiratione. vides ergo per se ipsam syllabam deficere praedictorum ratione nec aliter posse examussim tractari, nisi posita sit in dictione. ||

DE ORATIONE.

Oratio est ordinatio dictionum congrua, sententiam perfectam demonstrans. est autem haec definitio orationis eius, quae est generalis, id est quae in species sive partes dividitur. nam oratio dicitur etiam liber rheto- IV 15

1 secuntúr *R* 3 du**um (or) *BDK* 4 quia *om.* *GLK* 5 nec] non *GL* 7 INCIP̄. DE DICTIONE. *G* De dictione quid sit dictio *L* SYLLABA HIC FINIT DICTIO INCIPIT. *D* *inscr. om.* *H* 8 pars] *d* par *D* ordinem *HGKd* 11 *post* et res *duodecim fere litt. erasae in B* 13 differ (t) *Rr* d*fert *K* defert *k* quod sallaba (i) *H* dictionis est *K* 16 sincoere *G* sincerae *H* 17 est *add.* *h* 18 scio eā ēē *B* temp***** tamen *B* tamen tempera *D* 19 agnosco] cognosco *DK* 20 paenultima *om.* *GL* 21 circunflectitur *L* circumflex. (c) *H* uel circunflectitur *add.* *g* nec habet aspirationem in nominatiuo *L* minatiuo *H* 22 eadem a syllaba (sillaba *G*) *BDHGLK* sylaba *R* peneultima *G* peniultima *L* *ut assolent* 23 quando est] *r* quando *R* 24 sine aspiratione est *D* 25 ipsam] *g* ips** *G* difficere *GK* defficere *k* ratione *ex* rationē *corr.* *B* examussim] *d* examusim *D* examosim *GLK* 26 in dictione sit *GL* 27 DE RATIONE *B* INCIP̄ DE ORATIŌ *G* *om. inscr.* *H* 28 congrua] *d* congruam *RBD* perfectam] *d* perfectamque *Dr* 29 diffinitio *HGLK* generalis est *G* 30 siue in partes *L* seu in partes *GK* deuiditur *L* etiam liber rethoricus dicitur *K* rhetoricus] *r* rethoricus *RBDHGL*

ricus nec non unaquaeque dictio hoc saepe nomine nuncupatur, cum plenam ostendit sententiam, ut verba imperativa et responsiva, quae saepe una dictione complentur, ut si dicam 'quid est summum bonum in vita?' et respondeat quis 'honestas', dico 'bona oratione respondit'.

Partes igitur orationis sunt secundum dialecticos duae, nomen et verbum, quia hae solae etiam per se coniunctae plenam faciunt orationem, alias autem partes 'syncategoremata', hoc est consignificantia, appellabant.

16 Secundum stoicos vero quinque sunt eius partes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive ar|ticulus, coniunctio. nam participium connumerantes verbis participiale verbum vocabant vel casuale, nec non etiam adverbia nominibus vel verbis connumerabant et quasi adiectiva verborum ea nominabant, articulis autem pronomina connumerantes finitos ea articulos appellabant, ipsos autem articulos, quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant vel, ut alii dicunt, articulos connumerabant pronominibus et articularia eos pronomina vocabant, in quo illos adhuc sequimur Latini, quamvis integros in nostra non invenimus articulos lingua. nam cum dicimus 'idem', 'ὁ αὐτός', non solum articulum praepositivum, sed etiam pronomen in eadem dictione significamus. similiter 'qui', 'ὅστις', articulus subiunctivus intellegitur una cum pronomine, secundum quosdam infinito, sive
17 magis nomine, ut Apollonius ostendit firmissima ratione. praepositionem quoque stoici coniunctioni copulantes praepositivam coniunctionem vocabant.

Quidam autem novem dicebant esse partes orationis, appellationem addentes separatam a nominibus, alii etiam decem, infinita verba se|orsum partem ponentes, alii undecim, qui pronomina, quae non possunt adiungi articulis, per se numerabant. his alii addebant etiam vocabulum et inter-

1 unaquaque *GL* noncipatur *K* 2 inperativa *B* responsiva] *h* responsa *BHGLK* una saepe (sepe *G*) *GL* 4 oratione] *h* oratio *H* 5 DE PARTIBVS ORATIONIS *BK* DE ΠΑΡΤΙΒVC ORATIŌ *G* DE NVMERO PARTIVM ORATIONIS SECVNDVM ESTIMATIONEM ALIORVM IN HIS ERRANTIVM. *D* q̃t s̃t eius partes *L* secundum dialecticos duae sunt *K* dialecticos] *cf. Lerschium in actis antiq. Darmst.* 1839 *n.* 21 *sq. Sprachphilos. d. Alten* II *p.* 40 *sqq. Graefenhanium hist. phil.* I *p.* 465 duae id est nomen *D* 6 etiam *add. g* 7 syncategoremata] *d* syntategoremata *D* sincatagorimata *GK* syncatagorimata *L* apellabant *H* appellant *K* 9 articulis *B* conumerantes *L* 10 participale *BHG* causnale *H* 12 articulis autem pronomina] *hk* articulis pronomina *HKL* articulis — articulos nominabant (*sic pro* appellabant) *in mg. add. g* 13 caremes (v *superscr.*) *H* 14 dicebant *om. GL* pronomin** *in* pronominib; *corr. B* 15 illos] *bh* illis *BH* sequntur *K* 16 lingua non articulos inuenimus *K* lingua articulos non inuenimus *L* lingua articulos *G* 17 ὁ αὐτός] ωγλιτος (ΑΥΥΘΟC *superscr.*) *Rr* οαιτος (ΤΥ *superscr.*) *Gg* 18 significamus] *h* sig*ne (e *in* i *corr.*) *ficamus *R* pronuntiamus *r et in litura BH* (OC TVS) *H* subiunctivus] *g* subiunctatiuus *GK* 20 appollonius *RLK* appolonius *G* *Apollon. de pronom. p.* 32 *C sqq. Bk.* firmissama *D* 21 stoici] *r* istoici *R* coniunctione *B* coniunctionemque copulantes *H* uocabant coniunctionem *GLK* 23 Quidam] *r* Quidem *R* autem *ad mg. add. b* partes esse *G* appellatesionem (ra ti *superscr.*) *K* 24 sepa.tam (a *superscr.*) *Gg* separatim *H* etiam decem] *d* decem etiam *BHGLK* decem *GD* finita *B* 25 non *del. g* 26 alii* (s) *B* adde-

iectionem apud Graecos, quam nos adhuc servamus, apud Latinos vero articulum addebant, quem purum per se apud eos non inveniri supra docuimus.

Igitur non aliter possunt discerni a se partes orationis, nisi uniuscuiusque proprietates significationum attendamus. |

Proprium est nominis substantiam et qualitatem significare. hoc habet 18
etiam appellatio et vocabulum: ergo tria una pars est orationis.

Proprium est verbi actionem sive passionem sive utrumque cum modis et formis et temporibus sine casu significare. hoc habent etiam infinita, quare non sunt separanda a verbo. participium autem iure separatur a verbo, quod et casus habet, quibus caret verbum, et genera ad similitudinem nominum, nec modos habet, quos continet verbum.

Proprium est pronominis pro aliquo nomine proprio poni et certas significare personas. ergo 'quis' et 'qui' et 'qualis' et 'talis' et 'quantus' et 'tantus' et similia, quae sunt 'infinita' sive 'interrogativa' vel 'relativa' vel 'redditiva', magis nomina sunt appellanda quam pronomina: neque enim loco propriorum nominum ponuntur neque certas significant personas, sed etiam substantiam, quamvis infinitam, et qualitatem, quamvis generalem, quod est suum nominis, habent: nomina sunt igitur dicenda, 19
quamvis declinationem pronominum habeant quaedam ex eis. non enim declinatio, sed vis et significatio uniuscuiusque partis est contemplanda: indifferenter enim multa et nomina modo pronominum et pronomina modo nominum invenimus declinata. quid enim stultius quam omnia, quae numeros significant, nomina dicere, unum autem, 'unus unius', propter declinationem pronomen appellare? quod si declinatio fallcit indicium, qualis sit dictio, debent omnia possessiva pronomina, quia nominum declinationem sequuntur, et participia in his computari, quod omni|no caret ratione. ergo non declinatio, sed proprietas est excutienda significationis.

Et quoniam de proprietate nominis et verbi et participii et pronominis

bant articulum *G* addebant] *r* adebant *R* 1 aput *H* seruauimus *L* 2 aput *H* 4 DE DIFFINITIONE VNIVSCVIVSQVE PARTIS ORATIONIS. *D* a se discerni *GL* 5 proprietates] *r* propriaetates *R* proprietatis *GL* significationem *G* attendamus] *r* adtendamus *RBHK* 6 De proprietate partium orationis et de ordinatione *L* 7 ergo] Ego *H* Ergo hec *h* trea *G* orationis est *BH* 8 propium *H* est *om. G* pasionem *KL* utrunque *L* 9 ca*su(s) *G* 10 *inter* participium *et* autem *in loco evanido trium vel quattuor litt. spatium in* *B* 11 habeat quibus careat *GL* et genera] *d* genera *D* 13 proprio nomine *G* proprio] *h* propio *H* 14 personas significare *DGL* qualis talis *RDH* quantus tantus *D* 15 seu *K* interogatiua *H* 17 certas] *d* ceteras *ni f. in litura D* 19 habent] *d* habet *D* 20 habent *G* 21 contemplanda est *D* 22 indeferenter *K* multa nomina ** modo *H* 23 declinanda *GL* quid *in marg. add. K* stultius est *D* numerum *R* 24 pronomina *L* unum autem unus unius] *scripsi* unum autem unius *RB* unus autem unius *DHGLK* 25 iudicium *GL* 26 debeant *K* possesiua *KL* posesiua *G* quia] quae *D* (uel quia) que *B* 27 secuntur *RB* sequntur *K* his nominibus computari *D* putari *GL* uel computari *g* racione *D* 28 proprietas] *r* propriaetas *R* excitienda (u) *K* 29 proprietate] *r* propriaetate *R* propietate *H*

breviter dictum est, non incongruum esse arbitror, summatim de ceterarum quoque proprietate partium orationis percurrere.

20 Proprium est adverbii cum verbo poni nec sine eo perfectam significationem posse habere, ut 'bene facio', 'docte lego'. hoc ergo inter adverbium et praepositionem est, quod adverbium et sine casualibus potest praeponi et postponi verbis et cum casualibus, ut 'pone currit' et 'currit pone', 'venit tempore longo post' et 'post longo tempore venit'. Terentius in adelphis:

post faceret tamen.

si igitur invenias cum nomine adverbium sine verbo, scias hoc per ellipsin fieri, ut si dicam 'non bonus homo' pro 'malus', subaudio 'est'.

Praepositionis autem proprium est separatim quidem per appositionem casualibus praeponi, ut 'de rege', 'apud amicum', coniunctim vero per compositionem tam cum habentibus casus quam cum non habentibus, ut 'indoctus', 'interritus', 'intercurro', 'proconsul', 'induco', 'inspiciens'.

21 Proprium est coniunctionis diversa nomina vel quascumque dictiones casuales vel diversa verba vel adverbia coniungere, ut 'et Terentius et Cicero', 'vel Terentius vel Cicero'; 'et formosus et sapiens', 'vel formosus vel sapiens'; 'et legens et scribens', 'vel legens vel scribens'; 'et ego et tu', 'vel ego vel tu'; 'et facio et dico', 'vel facio vel dico'; 'et bene et celeriter', 'vel bene vel celeriter'; quod praepositio non facit. interest autem etiam hoc, | quod praepositiones componi possunt cum verbis [coniunctio vero numquam], ut 'subtraho', 'addico', 'praepono', 'produco', 'dehortor', coniunctio autem, licet sit praepositiva, in compositio||ne tamen non invenitur cum verbis, ut 'at', 'ast', 'sed', et quod praepositio casualibus separata praeponitur semper, coniunctio vero omnibus potest dictionibus modo praeposita modo postposita coniungi.

DE NOMINE.

V 22 Nomen est pars orationis, quae unicuique subiectorum corporum seu

2 proprietate] *r* propriaetate *R* propietate *H* partium proprietate *GL* 3 Proprium aduerbii *G* perfectiam *K* 4 benefatio *H* 5 praepositionem interest *D* cassualibus *G* 6 et praeponi et *BDHL* uerbis *add. k* cassualibus *G* pone curit *R* 7 *Ter. ad.* I 2, 30 9 faceret] *h* facere *HGL* facere* (t) *K cf. lib.* XIIII § 27 10 aduerbium sine uerbo cum nomine *D* scias tamen hoc *D* eclipsin *RDH* enlimsin *G* enlīpsin *K* enlemsin *L* 11 si *add. r* subaudi**o est (ti) *b* subaudi*** *** *B* 12 Praeposionis *K* proprium est autem praepositionis *D* propium *et sic saepe in hoc voc. H* est *om. HGL* separatī* *l* separatis *L* apositionem *H* 14 quam cum (etiam) *L* quam etiam cum non habentibus casus *G* ut doctus indoctus *D* 15 interitus *L* induco *om. GL add. g* inpiciens (s) *R* insipiens *KD* uel insipitiens (i) *d* 17 coniunguere *G* ut trentius *GL* 21 uel celereter *D* 22 autem *om. GL add. g* hoc inter praepositiones et coniunctiones quod *D* possunt *ex* possus *corr. R* et coniunctio *KL* 23 nunquam *G* produco] praeduco *G* uel produco *g* praeduc *L* 24 dehortor] *r* deortor *RHG* 25 inuenitur *add. in marg. K* ut at] *r* ut est at *R* ast at *BDHGKL* . Sed et *RL* 26 separata *add. h* omnibus] *r* cum omnibus *R rell.* 28 *haec usque ad voc.* deriuatiua § 26

rerum communem vel propriam qualitatem distribuit. dicitur autem nomen vel a Graeco, quod est '*νόμα*' et adiecta *o* '*ὄνομα*', dictum a tribuendo, quod '*νέμειν*' dicunt, vel, ut alii, nomen quasi notamen, quod hoc notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem. et communem quidem corporum qualitatem demonstrat, ut 'homo', propriam vero, ut 'Virgilius', rerum autem communem, ut 'disciplina', 'ars', propriam, ut 'arithmetica Nicomachi', 'grammatica Aristarchi'.

Accidunt igitur nomini quinque: species, genus, numerus, figura, casus.

Species sunt tam propriorum quam appellativorum duae, principalis et derivativa. principalis, ut 'Iulus', 'mons', derivativa, ut 'Iulius', 'montanus', sub qua sunt aliae multae.

Nam propria habent species separatim quattuor: praenomen, nomen, cognomen, agnomen. praenomen est, quod praeponitur nomini vel diffe- 23
ren|tiae causa vel quod tempore, quo Sabinos Romani asciverunt civitati ad confirmandam coniunctionem, nomina illorum suis praeponebant nominibus et invicem Sabini Romanorum. et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque praenomine. et notantur vel singulis literis vel binis vel ternis. tum singulis, quando a vocali incipit praenomen, ut 'A.' 'Aulus', vel ab una consonante, ut 'P.' 'Publius', 'T.' 'Titus'; tum duabus, quando a duabus consonantibus incipit, ut 'Gn.' 'Gneus', 'Sp.' 'Spurius'; tum tribus, quando a consonante incipit prima syllaba et in consonantem desinit, si tamen alia quoque praenomina ab eisdem incipiunt consonantibus. ¦¦ idque fit differentiae causa, ut 'Sex.' 'Sextus', 'Ser.'

p. 59, 10 *continet P* ITEM DE NOMINE PRIS. *P* INCIPIT DE NOMINE *G* 1 dicitur nomen uel greco quod est noma et adiectio onoma dr̄ adtribuendo, uel ut *P* 2 *νόμα*] *l* noma *RD* NωMA (o?) *G* NωMA *L* adiecto *H* o *RD* *ὄνομα*] *l* onoma *RD* ONωMA *GL* 3 NHMEIN *G* NEMEYN *K* nemein *RD* vel ut] *b* u** ut *B* hoc nomine notamus *RBKd* hoc notamus nomine *DGL* 5 ut Virgilius — propriam *om. R add. r* 6 autem *om. G* commune *P* propria ut arithmeticam .grammaticam. Accidunt *P* arthmetica (e i) *Gg* arethmetica *K* 7 nichomachi *R* necomachi *K* aristorchi *G* 8 DE ACCIDENTIBVS. *DL* Accidunt] *g* Accedunt *G* nomini] *r* nominum *R* numerus figura] *k* figura numerus *RK* 9 sunt *P* sunt communes *rell.* propriorum] *r* propriarum *R* appellatiuorum *P* appellatiuorum (apellatiuorum *D*) nominum *rell.* 10 principalis] *P* primitiua *RBHK* principales primitiua *G* pincipales (*sic*, pi *in litura*) primitiua *L* primitiua (principales) *D* diriuatiua *PGK* principalis] *P* primitiua *rell.* diriuatiua *PGK* 11 multae] *h* mutae *H* 12 DE PROPRIIS *D* habet *P* (h)abent *R* 13 differentia *L* 14 quo tempore *G* sauinos *B* romā *P* adsuerunt *P* adsciuerunt *RBH* assciuerunt *K* 15 illorum nomina *P* 16 sauiui *B* illo tempore consuetudo *B* 17 ramanus *L* notantur singulis litteris *P* 18 Tunc singulis *P* 19 puplius *GLK* T. Titus *om. P* 20 duobus *L* quando a duabus] *r* quando duabus *RG* qūando ·II· *L* Gn.] *immo* Cn. *v. ll. ll. a Schneidero l. l. p.* 323 *sq. Kempfio Val. Max. p.* 747, *quamvis hic illic nota praenominis* Gn. *reperitur, v. modo Fabrettium inscr. ant. p.* 28 *sq. Schneiderum p.* 234: *et sic Priscianus, v. lib.* I § 57 Gneus] *r* genus *R* Sp. *om. L* 21 tum *a* tunc *libri* a consonantibus *P* 22 desinit] *d* desinet *D* si tamen — differentiae causa *om. P* incipiant *DGL* 23 idque] *r* idquae *R* sex. sex**tus (s.e.x.) *Rr* Ser. Sergius] *P*, *quod non eget mutatione, v. Borghesium in bull. dell' inst. archeol.* 1845 *p.* 158 *sqq.*, *om. rell.*

'Sergius', 'Tul.' 'Tullius', ne, si primam solam consonantem scribamus, 'T.' 'Titum' et 'S.' 'Sestium' significare putetur. unde in 'Marco' 'M.' solam scribimus, quamvis a consonante incipit syllaba et in consonantem
24 desinit, quia nullus error sit. nomen est proprie uniuscuiusque suum, ut 'Paulus' [proprium]; cognomen, cognationis commune, ut 'Scipio'; agnomen est, quod ab aliquo eventu imponitur, ut 'Africanus', 'Isauricus'. invenimus tamen multa in his quattuor speciebus propriorum nominum invicem pro se posita, et quae in aliis personis sunt praenomina, haec in aliis loco nominis accipiuntur, ut 'Tullius Servilius': hic 'Tullius' praenomen est; 'M.' vero 'Tullius': hic nomen. similiter et in aliis loco cognominis aliorum agnomina vel contra, ut 'Cicero', qui primus ab habitu | faciei nominatus est, agnomen hoc habuit, familiae vero eius cognomen fuit. similiter 'Caesar', 'Scipio'.

Hoc autem interest inter proprium et appellativum, quod appellativum naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia sive qualitas vel quantitas generalis specialisve iungit: generalis, ut 'animal', 'corpus', 'virtus'; specialis, ut 'homo', 'lapis', 'grammaticus', 'albus', 'niger', 'grandis', 'brevis'.

25 Haec enim quoque, quae a qualitate vel quantitate sumuntur speciali, id est adiectiva, naturaliter communia sunt multorum: adiectiva autem ideo vocantur, quod aliis appellativis, quae substantiam significant, vel etiam propriis adici solent ad manifestandam eorum qualitatem vel quantitatem, quae augeri vel minui sine substantiae consumptione possunt, ut 'bonum animal', 'magnus homo', 'sapiens grammaticus', 'magnus Homerus'.

Proprium vero naturaliter uniuscuiusque privatam substantiam et qualitatem significat | et in rebus est individuis, quas philosophi atomos

1 primam solam consonantem] *P* primas solum consonantes *rell.* 2 titnum *P* setium *GL* significare putemur .t. titum et .s. sestium *D* putetur] *R Heidelb. Krehlii* putemus *P* putemur *rell.* 3 sola *P* solum *RBDH* scribimus quia nullus error sit quamuis a consonante incipiat. Nomen *P* 4 sit] fit *Gr* erit *RBDHLK* est *add. h* proprie] *rd* propriae *PRDH* 5 cognomen est *Dh* 6 inponitur *PH* Africanus] *g* affricanus *G* Isauricus] *d om. P* issauricus *GK* et isauricus *D* 7 multa] *r* multam *R* 8 pro se posita] praeposita *P* possita G sunt personis *D* praenomina] *r* pronomina *R* 9 nominis] *P* nominum *rell.* Servilius] *r* serbilius *B* sertulus *R. immo* Servius 10 M.] marcus *G* nomen hic *K* nomen est *D* et *om. G* 11 cognominis] *P* cognominum *rell.* agnomina] agnomina uel nomina *RBD* vel contra] *d* contra *D* primis *P* habitu] *d* abitu *R* abitu* *D* 12 hoc *add. G* 13 caesar *in litura B* cesar *P* 14 De differentia inter proprium et appellatiuum *DL* 15 naturaliter *add. d* neutraliter *P* est *om. P* quos una eadem *B* vel quantitas] seu quantitas *PGK* siue quantitas *DL* 16 specialis .ue. *P* uel specialis *rell.* iungat *Rr* 18 grandis] *P* magnus *rell.* 19 quoque *eras. in B* uel a quantitate *GL* sumuntur *adras. in B* sumuntur generali uel speciali *d* speciali *om. GL* speciali* *B* 20 naturaliter] *rdh* nascuntur. Naturaliter quoque *P* nascuntur naturaliter quoque *BD* nascuntur naturaliter *RH* naturaliter quoque *b* modo a generali modo a speciali qualitate uel quantitate nascuntur naturaliter *GL* 22 propris *K* adiici *GK* 23 substantiae] *k* stantiae *K* 24 magnus Homerus *om. PL add. l* 25 vero] *d* uero quod *D* et qualitatem] uel quantitatem *P* qualitatemque *GLK* 26 indiuiduis *d* induis *D* quae *BGKL* philosophi] *g* philosofi *P* philophi *G* philo.phi *H* atoma *PBHGLK*

vocant, ut 'Plato', 'Socrates'. itaque caret communione naturali. cum igitur evenit, ut multi eodem nomine proprio nuncupentur, fortuitu et sola voce, non etiam intellectu communis alicuius substantiae || vel qualitatis hoc fieri solet. et in proprio quidem etiam appellativa intellegi possunt, ut, si dicam 'Virgilius', intellegitur homo et poeta, in appellativis autem propria non intelleguntur, ut 'homo', 'vir', nisi per excellentiam loco proprii in quibusdam personis accipiantur, ut 'poeta' pro 'Virgilius' et 'urbs' pro 'Roma'.

Appellativorum multae sunt species, quarum quaedam communes inve- 26
niuntur cum propriis, sive sint primae positionis sive derivativa. sunt enim quaedam corporalia in appellativis, ut 'homo', sunt etiam in propriis, ut 'Terentius', alia incorporalia in appellativis, ut 'virtus', in propriis, ut 'Pudicitia'. homonyma quoque tam in propriis quam | in appellativis inveniuntur, ut 'Pyrrhus' filius Achillis et 'Pyrrhus' rex Epirotarum, 'nepos' filius filii et 'nepos' luxuriosus. inveniuntur tamen quaedam homonyma eadem propria et appellativa, ut 'Magnus Pompeius' et 'magnus civis'. synonyma quoque tam appellativa quam propria inveniuntur. sicut enim 'ensis', 'gladius', 'mucro' unum atque idem significant, sic 'Publius', 'Cornelius', 'Scipio', 'Africanus' unum atque idem significant.

Aliae fere omnes species in nominibus inveniuntur appellativis. sunt 27
autem hae: adiectivum, ad aliquid dictum, quasi ad aliquid dictum, gentile, patrium, interrogativum, infinitum, relativum vel demonstrativum vel similitudinis, collectivum, dividuum, facticium, generale, speciale, ordinale, numerale, absolutum, temporale, locale. hae species communes sunt et

1 sacrates *P* cummunione naturali caret *K* commune *P* 2 nomine uocetur proprio fortuito *P* proprie *r* noncupentur *H* noncipentur *K* 3 . Communis *P* cummunis *K* haec *P* 4 propriis *ni f. in loco fere evanido B* quidem *om. GL* 5 uirgilium *L* intellegitur homo et poeta] *P* intellego (intelligo) et (et *om. GL*) hominem (*ex* homo *corr. R*) et poetam *rell.* autem *add. k* 7 uergilio *RH* uirgilio *Kg* 9 De appellatiuorum diuisionibus. *DL* multa *Rr* species sunt *G* quorum quedam *P* 10 prime *P* possitionis *K* diriuatiue, *in quo voc. hoc frustulum desinit, P* 11 in propriis etiam sunt *GL* uti *H* 12 alia incorporalia] *r* aliam corporalia *R* uirtus] *k* uirtus. Communis *H* uirtus communis *BK* ut Pudicitia] *Krehlius* ut uirtus dea et pudicitia penelopae *GL* ut pudicitia penelope *D* ut uirtus dea ut (ut *om. Hd*) pudicitia (pudititia *Rr*) penelopae (paenaelope *R* paenelope *B*) uel ipsa dea *RBHKd* 14 pyrrhus] *hr* pyrrus *RBH* pirrhus *D* phirrhus *GL* *post* Pyrrhus: filius — Pyrrhus *om. K add. k* filiis *H* achilis *GLk* pyrrus *B* phirrhus *GL* epyrotarum *D* 15 luxoriosus *G* uel luxuriosus *g* luxoriosus *K* quaedam] *d* quaedam adiectiua *D* omonyma *BDH* omonima *GLK* omominima *R* 16 et eadem *K* pompeus *H* ciuir *H* 17 Synonima *B* Sinonyma *DK* Sinonima *RGL* propria quam appellatiua *GLK* 18 ensis] *r* ensus *R* mocro gladius *G* unum atque idem] *k* atque unum *K* *post* significant: sic — significant *om. R add. r* sic p. publius (c *in litura*) *B* cornilius *GK* 19 affricanus *K* adque *r* 20 fere *B* appellatiuis inueniuntur *DGL* 21 autem *om. GK* 22 patriuum *GL* pratrium *D* infinitiuum *d* 23 factitium *RG* factiuum *H* generale] *r* generalem *R*

principalium [id est primae positionis] nominum et derivativorum. propriae autem derivativorum sunt haec patronymicum, possessivum, comparativum, superlativum, diminutivum, denominativum, in quo intellegimus cum multis aliis etiam comprehensivum (de quibus in loco dicemus), verbale, participiale, adverbiale.

28 Adiectivum est, quod adicitur propriis vel appellativis et significat laudem vel vituperationem vel medium vel accidens unicuique: laudem, ut 'iustus'; vituperationem, ut 'iniustus'; medium, ut 'magnus' || - dicimus enim 'magnus imperator' laudantes et 'magnus latro' vel 'fur' vituperantes -; accidens vero, id est suum uniuscuiusque, ut 'niger corvus' et 'altum mare'. inveniuntur tamen etiam in | propriis quaedam huiuscemodi, ut 'Gradivus Mars' et 'Ennosigaeus Neptunus' et 'Quirinus Romulus'. sed haec, quia propriorum loco accipiuntur, comparari non possunt, quod est proprium adiectivorum, nec egent adiectione aliorum nominum, quomodo communia adiectiva. sumuntur autem haec a qualitate vel quantitate animi vel corporis vel extrinsecus accidentium: animi, ut 'prudens', 'magnanimus'; corporis, ut 'albus', 'longus'; extrinsecus accidentium, ut 'dives', 'felix'.

Ad aliquid dictum est, quod sine intellectu illius, ad quod dictum est, proferri non potest, ut 'filius', 'servus'; nam dicendo filium etiam patrem et dicendo servum dominum quoque intellego. quod si intereat, interimit una illud, quod ab eo intellegitur.

29 Quasi ad aliquid dictum est, quod, quamvis habeat aliquid contrarium et quasi semper adhaerens, tamen non ipso nomine significat etiam illud: neque enim ex illo nominationem accipit, ut 'dies', 'nox', 'dextra', 'sinistra': nam quamvis intereat, non interimit secum etiam illud, quod ei adhaerere intellegitur.

(De homonymo superius docuimus, quod tam in propriis quam in appellativis invenitur. synonyma sunt, quae, sicut diximus, diversis nominibus idem significant, ut 'ensis', 'gladius', 'mucro'. in propriis quoque

1 possitionis *K* nominum uel deriuatiuorum *L* nominum uel diriuatiuorum *G* deriuatorum *H* 2 deriuatorum *H* Patronomicum *RHGLK* patronomycum *D* patronimicum *B* possesiuum *GK* posessiuum *L* 3 deminutiuum (im) *G* diminutium *D* deminutiuum *B* 4 aliis *om.* *GL* conpheusiuum *BDH* uerbiale *B* 7 accedens *GLK* uel accidens *g* ut iustus] *r* et iustus *R* 10 accedens *GLK* uel accidens *g* 11 tamen etiam *om.* *GL* 12 ennosiggeus *R* eunosig•eus *G* enosigeos *D* ennosigeus *d* ennosaegaeus *K* 13 comparari] *g* compari *G* 14 adiectione] *H* uel adiunctione *h* adiunctione *r* 15 communia et adiectiua *K* uel quantitate *om.* *K* uel a quantitate *k* 18 felix diues *G* 20 patrem etiam *G* 21 si *add.* *h* 22 ab eo] *r* habeo *R* intel(legitur) *Rr* intelligatur *K* 23 est *add.* *r* habeat] *d* habet *D* 24 aderens *B* non ab ipso *G* *post* etiam illud: neque — etiam illud *om.* *R add.* *r* 25 dextra] *d* dextera *DK* 26 non] nec *G* secum *ex* secun** *corr.* *B* 28 omonymo *BDH* omonimo *RGK* tam** (en) *B* 29 Sinonyma *D* Sinonima *GK* Syomina *R* 30 significant] *d* significat *D* mucro (mocro *K*) gladius *BHGK* mucro] *r* mocro *RL*

hanc vim habent dionyma vel trionyma vel tetraonyma, ut 'P. Cornelius Scipio Africanus', sicut docuimus.)

Gentile est, quod gentem significat, ut 'Graecus', 'Latinus'.

Patrium est, quod a patria sumitur, ut 'Atheniensis', 'Romanus'.

Interrogativum est, quod cum interro|gatione profertur, ut 'quis', VI 30
'qualis', 'quantus', 'quot', 'quotus', cum suos servant accentus.

Infinitum est interrogativorum contrarium, ut 'quis', 'qualis', 'quantus', 'quot', 'quotus', cum in lectione gravi accentu pronuntiantur.

Possunt tamen haec eadem et relativa esse et similitudinis, sicut etiam 'ta||lis', 'tantus', 'tot': haec tamen etiam redditiva dicuntur. et animadvertendum, quod huiuscemodi nomina vel substantiae sunt infinitae atque communis, ut 'quis', 'qui'; vel qualitatis, ut 'qualis', 'talis'; vel quantitatis, ut 'quantus', 'tantus'; vel numeri, ut 'quot', 'tot'. ex quo ostenditur, melius ea doctissimos artium scriptores Graecos inter nomina posuisse, quamvis vetustiores apud ipsos quoque pronomina vel articulos ea putaverunt, quos grammatici Latinorum similiter sunt secuti. sed incongruum videtur, cum illi antiquorum non recusaverint Graecorum etiam errores imitari, nos Apollonii et Herodiani, qui omnes antiquorum errores grammaticorum purgaverunt, vestigia linquere et non inter nomina haec potius ponere. de quibus in pronomine latius tractabitur.

Collectivum est, quod singulari numero multitudinem significat, ut 31
'populus', 'plebs'.

Dividuum est, quod a duobus vel amplioribus ad singulos habet relationem vel plures in nu|meros pares distributos, ut 'uterque', 'alteruter', 'quisque', 'singuli', 'bini', 'terni', 'centeni'.

Facticium est, quod a proprietate sonorum per imitationem factum est, ut 'tintinnabulum', 'turtur'.

Generale est, quod in diversas species potest dividi, ut 'animal', 'arbor'.

1 habeant *K* dyonima *RK* diomina *G* tryomiua *RK* triomina *G* uel tetronyma (*sic*) *in marg. add. b* tetraonima *GK* tetronima *R* tetronyma *H* P.] p. publius *B* cornilius *GK* 2 affricanus *K* 3 significat — Romanus *add. r* 4 a *om. K* athaeniensis *H* athiniensis *G* athinensis *K* 5 est *om. K* 6 quantus tantus quot *B* quot *ex* quod *corr. R* 7 interrogatiuo *GLKh* quis *R* qui *r rell.* (*B h. l. omnino evanuit*) 8 quotus quot *L* quotus *om. RGH* leccione *Rr* pronunciantur *Rr* 9 *post* tamen: haec eadem — haec tamen *om. R add. r* 10 tantus totus tot *GL* animaduertendum est *K* 14 inter—uetustiores apud *om. R add. r* 15 apud uetustiores *Lr in* uetustiores apud *corr. L* possuisse *K* 16 secuti sunt *GL* 17 non] *d* nec *DGK* *** non (nec) *B* recusaverint] *r* recusauerunt *RGL* recussa uerunt *Kk* etiam *om. GL* 18 emitari *GK* apollinii *G* appollonii *HK* appllnii *L* haerodiani *R*. *de utroque cf. Lerschium Sprachphilos. d. Alten* II 119 *sq. Lehrsium mus. phil.* II 351 *sq.* 19 purgauerint *H* relinquere *GL* non *add. h* 20 tractabimus *K* 21 quod in singulari *DHGLKrb* nomero *H* 22 utq. *post* plebs *add. g* uel plebes *L* 23 est *add. l* aduobis *Rr* 24 uel ad plures *GL* ut *add. rk* uterque] *g* uter *G* 26 facticium] *r* fa****** *R* factitium *DK* Faticium *B* a *om. L* propriaetate *R* emitationem *G* 27 tintinabulum *DGLK* turtur *om. D*

Speciale est, quod a genere dividitur, ut 'homo', 'equus', 'vitis', 'laurus'.

Ordinale est, quod ordinem significat, ut 'primus', 'secundus', 'tertius'.

Numerale est, quod numerum demonstrat, ut 'unus', 'duo', 'tres'.

Absolutum est, quod per se intellegitur et non eget alterius coniunctione nominis, ut 'deus', 'ratio'.

Temporale est, quod tempus ostendit, ut 'mensis', 'annus'.

Locale est, quod locum significat, ut 'propinquus', 'longinquus', 'proximus', 'medioximus'. Plautus in cistellaria:

At ita me di deaeque superi †. inferi et medioximi.

32 Hae, ut diximus, species omnes fere communes sunt tam principalium quam derivativorum. seorsum autem derivativa species habent, quas memoravimus, de quibus singulis hinc tractabimus.

DE PATRONYMICIS.

Patronymicum est, quod a propriis tantummodo derivatur patrum nominibus secundum formam Graecam, quod signifi||cat cum genetivo primitivi filius vel nepos ['Aeacides', Aeaci filius vel nepos]. et hac forma poetae maxime solent uti, pro qua Romani | cognominibus familiarum utuntur, ut 'Cornelii', 'Marcelli'; omnes enim ab illo, qui primus Cornelius et qui Marcellus nominatus est, hoc nomen habuerunt, quicumque eiusdem familiae sunt, sicut omnes minores Thesei 'Thesidas' Graeci appellant, quos solent poetae quoque nostri imitari, unde Virgilius secundum Graecam
33 formam 'Scipiadas' dixit. nec non etiam possessiva loco patronymicorum inve-

1 Speciale quod *L* genere] generali *D* *equus (a) *R* eq̌s *G* 3 primus] *r* prius *R* 5 absolutiuum *RBDHK* non eget *ex* eget non *corr. H* 6 ds̃ * ratio *B* 8 significat locum *GL* longinquus] *r* longincus *R* longuinquus *L* 9 medioximus pro-ximus *K* Plau*tus (s) *RD* *Plaut. cist.* II 1, 35 10 at ita me di deaeque] exad († at, † aeque) ita mediae et q̄ *Gy* ex aditu mediae et q̄ *L* medii *B* di* (i) *K* dii *RDH* superi atque inferi *Plauti omnes* et *om. H* medioximus *GL* uel medioximi *g* 11 Hae* (c) *B* 12 deriuatiua *R* deriuatiua* (e) *D* habent] *d* habentur *RD* 14 De patronimicis *D* De patronomicis *KL* DE PATRONOMICO *H inscr. om. RBGL* 15 Patronomicum *RDGHK* Patronimicum *L. utrovis modo et similiter saepe hoc in voc. peccarunt librarii* 16 grecam formam *D* 17 filius vel nepos] *d* filios uel nepotes *RD* ut *post* nepos (nepotes) *add. BD* Aeacides Aeaci filius vel nepos] *om. G* eacides aeaci filius uel nepos *R uncinis inclusit i. e. gloss. esse indicavit r* aiacides aiacis filius uel nepos *add. g* aiacides aiacis *LK* aeacides eaci *H* aeacides **** aeaci *B* ha*c (n) *R* poaete *H* 18 uti solent *D* 19 cornilii *K* Cornelii Marcelli] *r* corneli marcellii *R* marcelli cornelii *L* marcelli cornilii *G* illo] eo *GL* Cornelius *om. L* cornilius *GK* 20 marcel̆les *H* quicumq; ex eisdem familia *B* familia *H* 21 sicut] sic *H* Thesei] *d* thessei *DG* tesei *L* Thesidas] *d* thessidas *DG* thesideas *H* tesidas *L* thesides *B* appellant Graeci *K* appellant] uocant *DGL* 22 poaete *H* quoque poetae (poete *D*) *DGLK* imitari] *g* emitari *G* *Verg. georg.* II 170 *Aen.* VI 843 23 scipiades *B* dixit scipiades *GL* dixit scipiades (a) *K* dixit] dixit αποτωυcιπιοc scipionides dicere debuit *D* *post* dixit *ad marg.* pro scipionides mutata o in a et dempta ni *add. d* απο τουcκιπιοc. scipioni-

nimus apud Latinos usurpata, ut 'Aemilianus Scipio' pro Aemilii filius et 'Octavianus Caesar'. inveniuntur quaedam nomina formae patronymicorum significatione denomina|tiva, ut 'Euripides' non Euripi filius, sed ab Euripo sic nominatus (similiter 'Thucydides'). sunt autem alia, quae cum sint in aliis patronymica, in aliis accipiuntur propria, ut 'Timarchides' Timarchi filius et 'Timarchides' proprium. et in omnibus fere speciebus nominum invenimus eiusdem formae etiam propria, quae tamen amittunt appellativorum significationem, ut 'magnus' adiectivum et proprium, 'Iulianus' possessivum et proprium, 'Heraclides' patronymicum et proprium. sic in aliis quoque speciebus invenies.

Scire autem debemus, abusive etiam a matribus et regibus sive con- 34
ditoribus et a | fratribus etiam patronymica solere formari, ut 'Latoides', *Λητοῦς*, id est Latonae, filius Apollo, et 'Iliades', Iliae filius Romulus. Ovidius in XIIII metamorphoseon:

at corpora victa sopore
Invadunt portasque premunt, quas obice fultas
Clauserat Iliades.

similiter 'Coronides' a matre, Aesculapius - sic idem Ovidius in XV metamorphoseon:

des dici debuit *g* 1 usurpata (s) *K* emelianus *LK* emilianus *DG* scypio *H* emilii *DL* emelii *GK* 2 octouianus *G* Caesar] *g* cesar *G* pro octauiae filius *post* Caesar *add. d* patromonicorum *H* 3 erypides *D* eurypides *Hdg* ᵃe*ripides (v) *L* Euripides proprium non *RBDHLK* eripi *H* eurypi *g* eurupi *K* aeripi *L* 4 Euripo] *dk* eurupo *GK* euripa *D* aeripo *L* nominatus est. *GL* nominatus est. Dicitur Euripides quia illo die natus est quo athenienses cum persis in euripa (o) bellum commiserunt. *D* nominatus est quia dicitur euripides (aeripides *L*) qui in illo die natus est quo athenienses cum persis in euripo (*sic ex* eurupo *corr. K* aeripo *L*) bellum commisserunt. *K ad marg. idem inde a* quia *in marg. L* quia in illo die natus est quo athenienses (cum persis) in eurypo loco bellum commiserunt *ad marg. tamquam gloss. add. g* similiter Thucydides *om. G* Similiter tucidides απο τογ θωκογ τογ επονογ *add. g* tucidides *K* tuchydides *r* απο τωγ θκωγ ερωνωγ *post* thucydides *in textu D. idem* (*i. e. ἀπὸ τοῦ θώκου, θρόνου s. secundum g τοῦ θρόνου*) *sic* απο τωγ θγκογ ηρανογ *pro gloss. alia quaedam m. add. in R* 5 in aliis sint *GL* ut Timarchides] *r* ut imarchides *R* Timarchi] *r* thimarchi *RDH* 6 Timarchides] *rl* thimarchides *RL* 7 eiusdem | dem formae *L* amittunt] *g* amituut *G* 9 ut heraclides *L* Heraclides] *r* erachydes *R* haeraclydes *D* heraclydes *H* patronomicon *H* patronomicum *h* 10 spetiebus (c) *Rr* inueniemus (es) *Rr* 11 DE ORIGINE PATRONOMICORVM. *DL* abussiue *K* matribus uel ab auis maternis et regibus *GLK* matribus (et) ab auis maternis a regibus *D* siue a conditoribus *GL* 12 patromonica *H* Latoides] *sic ex corr. in litura H* la*toides (e) *R* le*toides (o) *B* letoides *D* uel latonides *d* latonides *GLKr* *voc.* filius *post* latonides *collocatum, deinde vero verborum ordo restitutus in K* 13 λητωις *R* λαθωνοις *r* λητοις *B* λητωγς *D* latonois *GLK* λατογς (a *in litura*) *H* ap*ollo (p) *G* appollo *LK* eliades (i) *K* aliades *B* iliae *ex* eliae *corr. K* 14 *Ovid. met.* XIIII 779 *sqq.* 15 at] ut *RDHK* et *Ovidius* 16 inuadunt *ex* inuadant, *ut vid., corr. L* inuadant *RBDH* portas *** q; (quo) *B* qu*e (a) *R* premant *RBDHK* petunt *Ovidius.* premunt *ex v.* 779 *initio* ore premunt voces *huc illatum* ouice *B* obiece *G* obiice *Lg* obique *K* fultas] firmo *et* firma *libri Ovidiani* 18 coronides corouae filius *GL* aeseculapius

Vnde Coroniden circumflua Thybridis alti
Insula Romuleae sacris deiecerat urbis -

et 'Maiades', Maiae filius Mercurius. ab a||vis quoque maternis: 'Atlantiades', Mercurius, id est Atlantis natae filius. Ovidius in I metamorphoseon:

Sedit Atlantiades et euntem multa loquendo
Detinuit sermone diem.

in eodem 'Inachides', Ionis filius Epaphus, quae filia fuit Inachi:

Non tulit Inachides 'matri' que ait 'omnia demens'.

35 A regibus sive conditoribus 'Thesidae', 'Cecropidae', id est Athenienses; 'Aeneadae', 'Romulidae', id est Romani. Virgilius in II georgicon:

Praemiaque ingentes pagos et compita circum
Thesidae posuere.

idem in VI Aeneidos:

tum pendere poenas
Cecropidae iussi.

idem in VIII:

H aescolapius *K* aescolapius *L* *Ovid. met.* XV 624 *sq.* 1 Vnde] ưıı (uñ *sc. invenerat*) *L* cornidem *R* coronidam *GL* uel coroniden *l* coronidem *HK cum aliquot mss. Ovid.* coronyden *B* circumfluet *R* circumfluat *Kr* circumfluerat *G* circunfluerat *L* circumfluit *H* circumflua *hg* circumfluat thybydris *B* circumfluat hydridis *D* circumflua thybridis *d* tibridis *GLK* thibridis *H* alti] undis *libri nonnulli Ovid.* 2 insola *GLK* romulicae *G* uel romuliae *g* romyleae *D* sacri *R* deiecerat] *libri Prisc. omnes, nisi quod* deiicerat *L* adieceerat *Erl.* 2 *Krehlii*, adiecerit *plerique codd. Ovid., alii libri Ovidiani* accerserit, accesserit, asciuerit *etc.* 3 et Maiades] maiades *G* maiades maiades *L* mades *H* Maiae] *r* mage *R* filius *ex* fluuius *corr. R* mercorius *K* maternis quoque *K* *post* maternis: patronymicum fit ut *add. R* patronomicum *BHK et tamquam gloss. ad* athlantiades (*sic*) *d* ut *G* athlantiades *BDLK* adlantiades *H* 4 mecurius *R* mercorius *K* id est *om. GL* adlantis *R* athlantis *BHLK* *Ovid. met.* I 682 *sq.* in *om. K* metamophoseon *R* mettamorphonseon *D* 6 Atlantiades] *r* adlanciades *R* athlantiades *BDLK* euntem] *gl* eundem *GL* multo *BH* 7 detinuit] *k* ditinuit *L* ditenuit *G* detenuit *HKg* 8 *Ovid. met.* I 753 eodem *sup. lin. add. k* Ionis] *sic in litura h* iohis *R* i.us *r* ius *B* ιογc *D cod. G. I. Vossii, Vossius de anal.* II 28 *p.* 692 *Eckst.* issis *K* fls ionis *GL* epaphus filius ιογc *D* ** (ut?) epaphus *R* aepaphus *B* epapus *Hh* Inachi. Idem in eodem: non tulit *K* 9 inachiades *R* enachides *B* matriquae *R* 10 siue a *GL* condotoribus *H* thaesid*ae (i) *R* thesidae *G* cetropidae *R* cicropidae *DK* cecropide *B* atheniensis *H* athinenses *K* 11 Aeneadae] *dg* aneade *D* aeniadae *GK* id est *add. r* unde uirg. *K* *Verg. georg.* II 382 *sq.* in IIII *H* in III *BK* 13 proemia *BD* que *om. Pal.* quae *RB* ingentis *Med. Pal.* ingeniis *Rom.* competa *DGLK* 14 thesid*ae (i) *R* thessidae *G* theside *Med.* impossuere *K* 15 *Verg. Aen.* VI 20 *sq.* 17 cecropides *B* cecropide *b* cicropidae *DGK* iussit *B* iusi *K* iussi *om.*; *post* Cecropidae: Idem in VIII. subitoque — seni In eodem: Aeneadae — cursu. A fratribus *L* *post* iussi: mis*er septena quot annis *addendo versum Vergilianum integrum praebet G, in reliquis h. l. omnino conspirans cum L* 18 Idem in VIII Aeneadae — litora cursu *om., sed in membranula volumini illigata adicit K, addita nota:* non sunt

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

item in I:

Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu.

idem in VIII:

subitoque novum | consurgere bellum
Romulidis Tatioque seni.

A fratribus 'Phaethontides', unde femininum 'Phaethontis'. Virgilius in bucolico:

Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis;

'Phaethontiadas' tamen dixit pro 'Phaethontidas' poetica licentia.

Sunt igitur patronymicorum formae apud Graecos tres: in 'des', quae dicitur communis apud illos, quod in omni sermone possunt hac uti, qua sola Romanorum quoque poetae utuntur. nam aliis duabus non utuntur, id est in 'ων' terminata, quae est propria Iadis linguae - 'Πηλείων' pro 'Πηλείδης' -, et in 'αδιος', quae est Aeolica, ut 'Hyrradios', Hyrrae filius, Pittacus. de hac igitur forma dicendum est, qua utuntur nostri.

Si nominativus Graecus in 'ας' vel in 'ης' vel 'ιος' desinat, genetivus vero in 'ου' diphthongum, a paenultima brevis ante 'des' invenitur in patronymico, ut 'Pelias Peliădes', 'Aeneas Aeneădes', 'Menoetios VII 36

haec in libro Romano *et ipse praebens* Idem in eodem *Verg. Aen.* VIII 648 in ·VIII· aeneade. In ferrum *B* 1 Aeniade *K* ruebant] *h* rubant *H* 2 Idem *DGK* *Verg. Aen.* I 157 primo aeneidos *D* 3 defessi] *d* difessi *D* littora *GL* 4 *Verg. Aen.* VIII 637 *sq.* 6 Romulidis] *rd* romulidi *R* romulidae *DGL* uel romulidis *g* "statioque" romulidae *K* Tatioque] *g* statioque *GL* 7 *post* seni: Promethidae id est homines *add. tamen nota* 8 *K* pho&hontides *R* phetontides *BGLK* phoetontides *Dl* phoethontis *R* phoetontis *DL* phetontis *BGK* *Verg. ecl.* VI 62 *sq.* Virgilius dixit in *D* 8 bucolico] *g* bocolico *GK* 9 phoethontiades *R* phoetontiadas *DL* phetontidas (a *sup.*) *G* phetontiadas *K* circundat *L* amaro *Rom.* 11 phoethontiadas *R* phoetontiadas *DL* phetontiadas *GK* phoethontidas *R* phoetontidas *DL* phetontidas *BGK* phaethontides *H* liquentia *K* 12 DE TRIBVS TERMINATIONIBVS MASCVLINORVM. *D* 14 quoque *om. L* nam in aliis *G* 15 ON (ω *sup.*) *Rr* terminatis *R* proprie *B* linguae iadis *DGL* ΠΗΛΗΙωΝ *R* ΠΗΑΗΙωΝ *D* ΠΕΛΕΙωΝ *GL* ΠΕΛΗΙωΝ *K* pro *add. h* ΠΗΛΙΔΔΗC (HI *sup.*) *Rr* ΠΗΛΕΙΔΑΕC *B* ΠΗΛΕΙΔΕC *H* ΠΕΛΕΙΔΗC *K* peliades *D* peliades *G* pel**des *L* peleides *l* 16 inaΔιος (INA *sup.*) *Rr* inad ιος *H* αδιος] *l* a*δος *L* adios *DG* aeoloca *H* hrradius (o *sup.*) *R* pirrhadios *D* phirradios *G* pyrradios *BH* Phirradous *K* Hyrriadios Hurre *in litura l* pyrrae *H* pyrre *B* pirrhi *D* phirri *G* Phirri *ex* hirrae *corr. K* pittacus (s *sup.*) *R* pittacos *B* pyttacus (uel pic *sup.*) *D* ptacus *Gg* pictacus *H* pitacus *L cf. Suid. et Hesych. s. v.* Ὑρράδιος *et ll. a Bernhardio ad Suid. p.* 1386 *ll.* 18 DE FORMATIONE MASCVLINORVM IN ADES *DL* in as uel in es uel oc *Rr* (ac ΕC ΙΟC *sup.*) ac uel ΗC uel ΙΟC *B* in ac uel ī ΗC uel ī ΙΟC *b* in as uel in es uel in ios *D* in as (uel es *sup.*) uel ios *Gg* in ac uel ΙΟC uel ΗC *K* ac uel ΗC uel ΙΟC *H* in as uel in os *L* 19 uero desinit in ου *L* uero dissinit in Y (o *sup.*) *G* ΟY dyp diptongum *R* diptongon *DK* *des *R* 20 peleias *L* Pe-

Menoetiădes'; nam 'Aenides' magis contra regulam auctoritate poetica posuit Virgilius, e et a correptas in i productam convertens vel quasi ab 'Aeneus' 'Aenīdes', sicut a 'Peleus' 'Pelīdes', proferens in nono:

Sit satis, Aenide, telis inpune Numanum
Oppetiisse tuis.

In 'es' vero desinentibus, quorum gene|tivus Graecus in 'ου' desinit, tam in 'ades' quam in 'ides' inveniuntur apud auctores - 'Hippotes Hippotades', 'Butes Butades', 'Corynetes Corynetides' -, sed ratio||nabilius in 'ades'. 'Anchises' ergo 'Anchisades' vel 'Anchisides' debuit facere, fecit autem 'Anchisiades', quasi ab 'Anchisios' nominativo, quomodo 'Laertios Laertiades'. numquam enim patronymicum superat primitivi sui genetivum nisi una syllaba.

37 Alia vero omnia in 'ου' apud Graecos terminantia genetivum vel in 'ος' vel in 'ους' diphthongum vel 'ως' mutant eas in 'ides' et faciunt patronymicum, ut 'Πρίαμος Πριάμου Priamides', 'Νέστωρ Νέστορος Nestorides', 'Πλεισθένης Πλεισθένους Plisthenides', 'Πηλεὺς Πηλέως Peleīdes'; et per synaeresin e et i in ei diphthongum proferunt paenultimam, nos autem pro ea i longam ponimus, ut Virgilius in V:

Pelīdae tunc ego forti
Congressi Aenean.

Ovidius in I metamorphoseon:

lias Peliades] *d* peleas peleades *D* meo|hetias *R* meneetios *r* menoetias *D* moenetios *GLK* menetios *h* moenoetius (u *ex corr.*) *B* Menoetius *Sturzius opusc. p.* 9 1 menotiades *B* moenetiades *GLK* possuit *K* 3 aeneyc *K* aeneos *D* uel eneus *d* aen*ides (e) *H* Peleus] *d* peleyc *K* peleos *D* pel*ides (e) *H* *Verg. Aen.* VIIII 653 *sq.* nono *in litura B* ·VIII· *K* 4 Aenide] *sic etiam de* XII *vss. Aen.* § 100; *ex* maenidem *corr. in B* aenide* (m) *RG* aen*ide (e) *H* aenida *L* aenidae *l cf. v. l. lib.* VII § 6; aeneadae *Rom.* impune *DHLr* Numanum] *b Pal. m. alt.* nūmanum *B* numa*um *Pal. m. pr.* 5 opetiisse *K* oppetisse *Rom. et in* oppetiisse *corr. Pal.* oppetisse tuis primam hanc tibi magnus apollo *L* 6 ab in es *R* ** .IN. HC. (AB) *B* INHC *H* uero *add. r* 7 ut hippotes *D* Hippotes] *r* hipotes *R* hippotaes *B* hippotes OY *L* hipotades *R* 8 corinetes *H* coroynites *G* coronites [y] *L* corinetides *D* coroynitides *GL* 9 ergo *add. l* anchisades *D* anchisoades *d* uel anchisides *om. GL add. g* 10 lertios *DG* uel lercios *g* lertiades *DG* 12 IN IDES *inscr.* *D* 13 OYC *ex* ωYC *corr. L* OY·ſ· [c] *H* diptongon *DG* vel ωc] *om. R* uel in ωc *Grd* 14 ut Πρίαμος — Peleïdes *in litura h* ΠPIAMωC [o] *K* PIAMOC PIAMωY [OY] *Rr* priamos priamoy *DGL* priamos priamoi *h* Νέστωρ — Peleïdes *in litura r* NECTOP *GLK* nestor *D* NHCTOP *h* NECTωPOC *B* nestoros *Dh* 15 ΠΛECΘENHC *r* ΠΛEIC.ΘHNHC *B* ple*sthenes (i) *D* phlestenes *GL* ΠΛHCΘHNHC *h* ΠΛHCΘENEC *K* plestenes *l* ΠΛEIC.ΘHNOYC *B* p*lestenωYC [o] (h) *L* ΠΛHCΘENOYC *K* plesthenoys *D* phlestenoys *G* ΠΛHCΘωNOYC [e] *h* plistenides [e] *r* plesthenides *BDK* phlestenides *GL* plestenides *hl* ΠHΛΘOYC ΠHΛEωC uel ΠHΛHOC peleides *r* ΠHΛHYC ΠHΛHωC· uel ΠHΛHωC· (*sic*) ΠHΛEIΔHC *B* peleos [YC] pelewc pelides [ei] *Dd* peleyc pelewc pelides *G* ΠHΛHYC ΠHΛHωC uel ΠHΛHOC pelneides *K*· ΠEΛEYC ΠEΛEωC pelides *L* pele*s peleos peleides *h* 16 sineresin *RHg* sinheresin *Br* sinerisin *G* syneresin *D* sinarissin *K* synerisin *L atque his omnibus modis in hoc voc. saepissime peccatum est* 17 longum *B* *Verg. Aen.* V 808 *sq.* quinto aeneidos *D* .I. *L* 18 e*go (r) *RH* 19 congresum *G* aeneam *Rom.* 20 *Ovid. met.* I 390 metamorphoseon. I. *HLK*

Inde Promethīdes placidis Epimethida dictis.

inveniuntur tamen poetae in quibusdam addentes quasdam literas vel adimentes: addentes, ut 'Peliades' pro 'Pelīdes' et 'Chalcodontiades' pro 'Chalcodontides', 'Atlantiades' pro 'Atlantides' - Ovidius in I metamorphoseon:

Sedit Atlantiades -;

adimentes, ut 'Deucalides' pro 'Deucalionides' et 'Scipiades' pro 'Scipionides' et, ut supra diximus, 'Aenides' pro 'Aeneades'. excipiuntur tamen haec, quae contra regulam paenultimas vocales producunt: 'Aeclīdes', 'Demādes' per synaeresin pro 'Demeades', 'Codrīdes', 'Lycoorgīdes', 'Lagīdes', 'Belīdes', 'Euerīdes' etiam et 'Lycomedī|des', apud Graecos contra regulam paenultimam diphthongum habent, pro qua nos i longam ponimus.

Feminina vero patronymica vel in 'is' vel in 'as' desinunt vel in 'ne' 38
productam. fiunt autem a masculinis subtracta 'de' in 'is' vel in 'as' desinentia, ut 'Priamides Priamis', 'Dardanides Dardanis', 'Peliades Pelias'. igitur 'Aeneades' quoque secundum analogiam 'Aeneas' debet facere, non 'Aeneis'. ergo quomodo auctoritas est, quod dixit 'Aenides' pro 'Aeneades', sic auctoritate usus est Virgilius in tituli scriptione, quo Aeneis inscripsit; quem Statius quoque secutus in fine Thebaidos ponit:

Vive precor nec tu divinam Aeneida tempta.

1 Inde] *r* Vnde *RH* prometides *RB* promethiades *v. l. libror. Ovid.* ephimetida *R* ephimethida *BDH* 2 poaetae *H* quasdam *add. g* litteras *d* litteris *D* 3 chalchodontiades *RB* calcodontiades *HGLr* 4 chalchodontides *RB* calcodontides *HGLr* atla[N]tiades *R* athlantiades *BDLK* pro atlantides *add. r* athlantides *BDL* *Ovid. met.* I 682 in I metamorphoseon *om. GL* 6 sedit] *r* sedid *R* atlan[t]ciades *R* athlantiades *BLK* athlantiades et euntem multa loquendo detinuit sermone diem *D* 7 diocalides pro diocalionides *L* deocalides pro deocalionides *G* 8 ut supra diximus et *GL* pro aeniades *L* 9 haec *om. L* producunt penultimas uocales ut *D* producunt ut *BGL* Aeclides] *ex* aeolides *corr. in litura B f. recte: patron. sc. ab Aeclo, Eretriae conditore, quamvis exemplum desidero;* aeolides *D Hrabanus p.* 33 oelides *RHGLK;* Anclides, *Arati amicus, in mentem venit Augusto Meinekio,* Cedides *Fleckeiseno* 10 dema[i]*des *K* synaeresim, pro aeoliades demeades *α* synheresin pro aeclides (*ex* aeolides *corr.*) pro demeades codrides lo[l]coorgides la[n]gides ebelides (e *a b insertum,* belides *in ras.*) *B* demeades belides (*ex* pelides *corr.*) codrides *H* licoorgides *Dr* licorgides *GL* 11 Lagides] *r* largides *R* Belides *h. l. om. H* hellides *R* bellides *r* pelides *K* licomedides *DGL* 12 penultimam diptongon habent contra regulam *D* *de toto h. l. praeter Sturzium l. supra l. cf. Lobeckium in paralipom. gramm. Gr.* I *p.* 6 *sq.* 14 DE FEMININIS EODEM NVMERO *D* De femininis patronomicis *L* is] *r* his *R* is [uel] as *D* uel ne *BH* uel in e *K* 15 is] *r* his *R* 16 peleades peleas *G* 17 aenaeades quoque *H* 19 sic** (ut) *B* scriptione] *R* inscriptione *rell.* quod *GLK* 20 inscripsit] *g* scripsit *G* *Stat. Theb.* XII 816 tebaidos *K* 21 posuit *GL* 22 Viue** (re) *B* diuinam] *G* uel diuina *g* diuina *L* aenida *G* Aeneida tempta] *r* aeneidapta *R*

notandum tamen, quod, si masculina i longam habuerint ante 'des' per synaeresin, apud nos in 'eis' divisas tamen faciunt femini||na, ut 'Pelides' pro 'Peleides' 'Peleïs', Thesides pro 'Theseides' 'Theseïs': sic ergo 'Aenides' pro 'Aeneides' 'Aeneïs'.

39 In 'ne' autem desinentia, quae sunt Iadis linguae, patronymica eiusdem generis i longam habent paenultimam, si principale non habuerit eandem i vocalem, ut 'Adrestos Adrestīne', 'Nereus Nerīne'. si autem principale habuerit i, o producta ante 'ne' invenitur, ut 'Acrisios Acrisiōne', ex quo possessivum posuit Virgilius:

Acrisioneis Danae fundasse colonis,

ab Acrisione, id est Danae. et sciendum, quod inveniuntur multa eiusdem formae gentilia, ut 'Haemonis', 'Thessalis', 'Colchis', 'Argolis', 'Cyclas', 'Ias', 'Troas', alia vero propria, ut 'Bacchis', 'Doris', 'Pythias'.

DE POSSESSIVIS.

VIII 40 Possessivum est, quod cum genetivo principalis si|gnificat aliquid ex his quae possidentur, ut 'Euandrius ensis' pro 'Euandri ensis' et 'regius honos' pro 'regis honor'. hoc autem interest inter possessiva et patronymica, quod patronymica filios vel nepotes significant, possessiva autem non solum filios, sed omnia, quae possunt esse in possessione; et quod patronymica a propriis tantummodo derivantur, possessiva autem etiam ab appellativis; et quod patronymica a masculino descendunt plerumque genere, rarissime autem a feminino nec proprie, quando a matribus fiunt, ut supra ostendimus, possessiva autem ab omnibus nascuntur generibus; et quod patronymica ad homines pertinent vel ad deos, possessiva vero ad

1 notandum est tamen *GL* habuerunt *G* des] d *H* per *add. r* 2 sinarisin ei *L* nos] latinos *GL* *post* diuisas tamen *duo folia desunt in B cf.* § 50 Pelides] *r* pellides *R* 3 Thesides pro Theseides Theseis] *d* tesides pro teseides teseis *r* thessides pro thesseides thesseis *GD* aen*ides (e) *H* 4 pro aeides *Rr* pro aeneades *G* 6 habueri*t (n) *D* 7 ut *om. G* adrestinae *r* nereos *RL* nereios *K* nerinae *r* sin *HK* sin autem habueri*t (n) principale *D* 8 acrissios *H* 9 possuit *K* *Verg. Aen.* VII 410 10 acrisionis *Rr* acrisionaeis *H* acresioneis *K* danę *RH* dane *G* danaa *k* danaae *L* 11 acrisionea *Hr* danaa *RK* dana* (a) *DH* dane *G* danaae *L* sciendum est *DLK* 12 themonis *DGL* hemonis *d* Thessalis] *r* thesalis *RDGL* cholchis *DHK* ciclas ias *Ld* ciclasias *DGK* 13 troias *DHK* bachis *DHGLK* pytias *R* pithias *GLK* 14 EXPLICAT DE PATRONOMICIS: INCIPIT DE POSSESSIVIS SED PRIMVM DE DIFFERENTIA INTER POSSESSIVA ET PATRONOMICA. *D* De possessionibus *H* de possessiuis incipit *K* De differentia inter possessiua et patronomica *L* DE POSS *l* *inscr. om. G* 15 principalis] *DGLK* *Lerschius Sprachphilos.* II *p.* 124 principali *RH* 16 possedentur *K* Euandrius ensis] *v. Verg. Aen.* X 394 regius honos] *v. Verg. Aen.* VIII 814 *sq.* honor regius *K* 17 onos *R* honor *Gh* autem *add. l* 20 ab] et *D* ap ab ap pellatiuis *Rr* 21 apellatiuis *L* discendunt *GK* plerunque *KL* genere plerunque *G* 22 rasissime *H* a *add. r* proprie] *rk* propriae *RK* 23 nascuntur ab omnibus *D* 24 ad] *r* a *R* homines tantum pertinent *D* uel ad deos pertinent *GL* uel *add. r* ad deos] *d* adeos *D* vero] autem *GL* res per-

omnes res. fiunt igitur possessiva vel a nominibus, ut 'Caesar Caesareus', vel a verbis, ut 'opto optativus', vel ab adverbiis, ut 'extra extraneus', et vel mobilia sunt, ut 'Martius Martia Martium', vel fixa, ut 'sacrarium', 'donarium', 'armarium'.

Possessiva autem dicimus non solum possessionem significantia, sed 41 etiam quae formam habent possessivorum. sunt enim quaedam gentilia similem possessivis habentia formam, | ut 'Romanus' civis et 'Romanus' ager, quaedam autem et propria eadem et gentilia et possessiva, ut 'Latinus' filius Fauni et 'La||tinus' civis et 'Latinus' ager; alia tantummodo propria formae possessivae, ut 'Quintilianus', 'Iulianus'; alia loco patronymicorum posita, quod supra quoque diximus, ut 'Aemilianus' Scipio et 'Octavianus' Caesar. ex eadem forma agnomina quoque multa invenies, 42 ut 'Africanus', 'Persicus', 'Gaetulicus', 'Creticus'. alia autem sunt eiusdem derivationis, quae ex materia principalium constare significantur, ut 'ferreus', ferro factus, similiter 'aureus', 'argenteus', 'marmoreus'; alia ex morbis, ut 'cardiacus'; alia a professionibus, ut 'mechanicus', 'grammaticus'; alia a disciplinis, ut 'Aristotelicus', 'Socraticus', 'rhetoricus'; alia, quae primitivorum similem possunt habere significationem, ut 'Thracius' pro 'Thrax'.

Sunt igitur formae possessivorum, quas a Graecis accepimus, hae: 43

In 'cos', quam mutamus in 'cus', antecedentibus a brevi vel i vel y, ut 'Bebriăcus', 'Cypriăcus', 'Italicus', 'Asiaticus', 'Libycus', quod solum y ante 'cus' habens invenitur [quod a principali accepit]. et scien|dum, quod ea [id est in 'cus' desinentia], si a primitivis habeant c, pares habent illis syllabas, ut 'Ithace Ithacus'. alia vero omnia a vel i ante 'cus' habentia, sive sint a nominativo seu a genetivo derivata, una syllaba vincunt ea, ex quibus derivantur, et si primitiva illa habuerint i paenultimam, haec

tinent. *RBHK* pertinent *uncis incl. r* 1 DE ORIGINE POSSESSIVORVM *DL* 2 optatiuis (v) *H* 4 armarium donarium *GL* 5 Que nomina uocentur possessiua *ad mg. d* 7 civis et] cuius et *R* ciuis gentile et *HG* ciues gentile et *L* ciuis gentile. Possessiuum ut *r* possessiuum et romanus ager *H* et romanus ager possessiuum *h* ager possessiuum *L* ager posesiuum *G* 8 eadem propria *G* ut *add. k* 9 fauni proprium et *HGK* ciues *L* 10 quinntillianus *K* alio *R* 11 quod] ut *L* emelianus *K* 12 Octavianus] *r* hoc tauianus *R* Caesar] *g* caessar *G* 13 affricanus *K* getulicus *libri* cretius (c) *H* 14 deriuationis *ex* terminationis *corr. L* ex] et *L* 15 a ferro *DHGLKr* aureus] *d* aureos *D* 16 mechanicus] *r* chanicus *R* mechannicus *GL* grammaticus] *r* grammaticus rethoricus *R* 17 a *om. H* ut *om. D* rethoricus *DGL et in litura h* rethoricus *K* 18 thratius pro thrax *r* thartius pro trax *R* tracius pro trax *GLK* tratius (h) pro trax *H* 19 trax *D* 20 grecis *h* greces *H* hae] *r add. k* ae *R* 21 DE TERMINATIONIBVS IN CVS. *DL* INCVS *l* 22 b*ebriacus (a) *R* breuiacus *GL* cipriacus *D* italicus cypriacus *L* italicus cipricus *G* italiacus *DK* asiacticus *R* assiaticus *K* lybicus *R* lybycus *HKr* libicus *in litura g* 23 principali] *r* principalia *R* 24 id est *om. L* c**us (ui) *R* c tum pares (s) *H* par*es (t) *R* 25 illi*s syllaba (u) *Rr* syllabas (sillabas *L*) illis habent *GL* habent illis sillabas *l* itace *R* omnia] nomina *G* 26 *post* sint diriuata *collocat G* siue *GL* 27 diriuantur primitiua et *K* primitiva illa] *l*

assumunt a, si o habuerint, tunc haec i habent ante 'cus'. et sciendum, quod non solum a primitivis, sed etiam a derivativis derivantur huiuscemodi possessiva nomina, ut 'Troos Troicus', 'grammatos grammaticus', 'rhetoros rhetoricus', 'Persis Persicus', 'Asiatis Asiaticus', 'Creta Creticus', 'Afri Africus', 'Italus Italicus' - nam 'Italia' 'Italiacus' debuit facere -, 'Cyprius Cypriacus' - nam 'Cyprus' 'Cypricus' facit -, 'Ilium Iliacus', 'cardia cardiacus', 'mulio mulionicus'. Cicero pro Sestio: mulionicam paenulam.

44 In 'us' quoque puram desinunt possessiva tam Graeca quam Latina antecedente e correpta et producta, i correpta, o producta, ae vel oe diphthongo: e brevi, ut 'Caesarĕus', 'Romulĕus', 'ferrĕus', 'aurĕus', 'argentĕus', || 'vitrĕus', 'lignĕus', 'marmorĕus', 'ilignĕus' (tamen et 'ilicĕus' dicitur: Terentius in adelphis:

Lectulos . . †iligneis pedibus.

Statius in sexto Thebaidos:

Ornique iliceaeque trabes metuendaque suco
Taxus.)

'marmorĕus' et fere omnia ad materiem pertinentia e brevem ante 'us' habent: 'plumbĕus', 'stagnĕus' - inveniuntur enim pauca sine e, ut 'quernus', 'co|lurnus', 'abiegnus', 'oleaginus', 'faginus' -; e vero longam: 'spondēus', 'Phoebēus'; i brevem: 'Martĭus', 'Ariusĭus'; o: 'herous',

45 'Eous'; ae: 'Sabaeus', 'Cretaeus', 'Ptolemaeus' - haec autem ae diphthongum habent paenultimam, quae a femininis in e longam apud Graecos desinentibus vel quae a verbis Graecis derivantur circumflexis, ut 'Cretē Cretaeus', 'Ὕλη Hylaeus', 'Dionē Dionaeus', 'πτολεμῶ Ptolemaeus', 'τιμῶ

illa primitiua *L* i habuerint *K* 1 adsumunt *RGH* o] *H*, *Krehlius* o primum *R* o primam *DGr et in litura L* o primitiua *edd. usque ad Krehlium* non *Kl* 3 possessiua *add. g* 4 rhetoros rhetoricus] *r* rethoros rethoricus *RHGLK* rhethoros rhethoricus *D* perses *GL* persos *K* Asiatis Asiaticus] *k* assiatis assiaticus *GK* 5 Afri] *DH* uel afer *d* afer *h* afria ficus *R* affri affricus *K* Italia] *r* imitalia *R* Italiacus] *r* italicus *r* facere *add. d* 6 ciprius *KLg* ciprus *G* cipriacus *GLK* ciprus cipricus *DGLK* cyprius *H* ilion *G* illi**um (ac) *R* 7 mulio mulionis mulionicus *DG* mulionicus *ex* mulionis *corr. R* *Cic. pro Sest.* 38, 82 Sestio] *r* sesio *G* setio *L* pessio *R* mulionicam] *r* mulioricam *R* mulioniam *libri Ciceron.* 8 paenolam *G* penolam *L* 9 IN VS ID EST IN EVS ET IN IVS. *DL* 10 et e producta *G* vel] dyphthongo *H* 11 ces*areus (s) *G* 12 uitreus *om. GL add. l* marmoreus *om. GL add. l* illigneus *G* ilicius *H* i*liceus(l) *L* 13 *Ter. ad.* IIII 2, 46: Lectulos in sole ilignis (*sic Bemb.* iligneis *Bas.*) pedibus faciundos dedit adephis *H* 14 illigneis *GL* 15 *Stat. Theb.* VI 101 *sq.* tebaidos *DLK* 16 ileceaeqne *L* iliqueaeque *K* illicae equae (aequae *r*) *R* metuenda quae *R* 18 materiam *DG* habent ante 'us *GL* 19 blumbeus *K* ut] *Rl om. L rell.* 20 abiegnus *om. G* 21 Phoebeus] *r* foebeus *R* phebeus *H* aruisius *H* areusius *GL* areussius *K* o productam *r* herous] *r* erous *R* aerous *GL* erus *H* 22 eous *ex* eeus *corr. H* Cretaeus] *r* cretaneus *R* craeteus *H* ptolomaeus *GLk* ptolomeus *RDK* ptholomaeus *H* 23 femininis] *h* feminis *H* desinentibus (disiuentibus *G*) apud graecos *GL* 24 circunflexis *L* Crete] *g* cretae *DG* craete *H* 25 HYle *H* hyle *D* hil*e(a) *G* hile *KL* hible *k* HYlaeus *H* hilaeus *GLK* hiblaeus *k* Dione] *g* dionae *HGr* ΠΤΟΛΟΜΕω *K* ΠΤΗΟΛΟΜω

Timaeus' -; oe antecedente, ut 'Euboea', 'euroea'. et quia apud Graecos in multis ei diphthongus ante 'os' invenitur, scire debemus, quod solent Latini eam modo in e longam convertere, ut 'Πυθαγόρειος Pythagorēus', 'σπονδεῖος spondēus', 'Ἀλφειός Alphēus': nam possessivum quoque similiter ut primitivum proferri Virgilius ostendit, qui protulit:

Alphēa ab origine Pisae.

hoc autem facere solent Latini [id est ei in e longam convertere in paenul- 46
tima syllaba] 'us' pura sequente vel 'a' vel 'um', ut 'Ἀχίλλειος [possessivum Graecum] Achillēus', 'Δηϊόπεια Deiopēa', 'γυναικεῖον gynaecēum'. hanc autem mutationem ei diphthongi in e longam faciunt more Ionio vel Attico - illi enim 'ᾔδην' pro 'ᾔδειν' dicunt et 'μῆον' pro 'μεῖον' et 'πλῆον' pro 'πλεῖον' - vel ideo, quia i paenultimam puram non producunt Romani nisi in 'fīo' verbo et in genetivis in 'īus' desinentibus et in disyllabis Graecis, quae apud illos quoque paenultimam longam habent, et in paucis aliis, in quibus auctores pro e | paenultima longa i longam posuerunt, ut 'Phthīus Phthīa', 'dīus dīa' et 'Chīus', 'Arīus', 'Lycīus', 'Sperchīus'. Virgilius in XI:

Italides, quas ipsa decus sibi dīa Camilla.

h MOY
H ΠΤωΛω. *Rr* ptolomo *G* ptolome *D* ptolomeo *Ld* Ptolemaeus — apud *add. r* ptolomaeus *DGLK* ptolomeus *r* ptholomaeus *Hk* ΤΥΜω *K* timo *Grd* time *D*

1 ut *om. L* eboea *K* Euboea, euroea] euoeus euuoea euuoeum *G* euuoeus euuoea (uel euroea *l*) euuoeum *L* eyroea *D* ΙΝ ΕΥΣ. *D* 3 ΠΥΤΑΓωΡΕΙωC *Rr* ΠΙΤΑΓΟΡΕΙΟC *K* pithagoreios *GL* Pythagoreus] *r* pythagoreius *R* pithagoreus *GLK* phythareus *H* phythagoreus *h* 4 CΠΟΝΔΗΙΟC *H* CΠωΝΔΗΙωC *R* spondeios *GL* ΑΛΦΗΙΟC *RH* ΑΛΠΗΕΙΟC *K* alpheios *GL* alfeus *H* 5 proferri] profertur ut *GLK* *Verg. Aen.* X 179 6 Alphea] alfea *R* alpheae *Pal.* alphaeae *Rom.* hos parere iubent alphea *GLK* Pisae] *r* pissae *RGLK* 7 autem] *r* tamen *R* solent facere *D* solent latini facere *G* 8 sequentes *R* or *Rr* ut *om. GL* Ἀχίλλειος] *k* ΑΧΥΑΛΗΙΟC *Rr* ΑΧΙΛΕΙΟC *GLK* 9 achileus *GLK* ΔΗωΡΕΙΑ *R* ΔΕΙΟΠΕΙΑ *DGK* ΔΗΙΟΠΗΙΑ *H* ΔΕΙωΠΕΙΑ *in lit. l* deiope*a (i) *K* ΓΗΝΗΚΗΙΟΝ *R* ΓΙΝΕΚΗΙΟΝ *r* ΓΥΝΕΚΕΙΟΝ *DH* ΓΙΝΑΚΕΙωΝ *GL* ΓΥΝΑΚΕΙωΝ *l* ginaceum *GL* gynaceum *l* gineceus *K* 10 ionico *rdh* Attico] *r* atico *R* 11 ᾔδην *scripsi, cf. Eustath. ad Hom. Od.* XXIII 220 *Sturzium de dial. Gr. p.* 64 *C.* ΗΔΗΝ *H* ΗΔ.ΙΝ *Rr* ΗΔΕ*Ν (I) *D* ΗΔΕΝ *K* eden *GL* ᾔδειν *scripsi* ΕΙΔΕΙΝ *R* eid*n (i) *D* eiden *HGLK* dicunt — μεῖον] ΕΤΜΗΟΝ pro ΜΗΙΟΝ (*in* ΜΗΙΟΝ *corr.*) *in lit. r om. G* et — μεῖον] *om. L* ΜΗωΝ pro ΜΕΙωΝ *l* ΜΕΟΝ *D* ΜΗωΝ *HK* meion *DHK* et *om. L* ΠΛΗωΝ *Rr* ΠΛΗΟΝ *D* ΠΕΛΗΟΝ *d* ΠΗΛΗωΝ *GL* ΠΛΗΟΝ *H* ΠΛΕΟΝ *K* pro *om. D* 12 ΠΛΕΙΟΝ *ex* ΠΛΕΙΙΟΝ *corr. in lit. r* peλeion *ex* ΠΕΛΛΕΙΟΝ *ni f. corr. d* ΠΗΛΕΙωΝ *L* peleion *G* pleion *K* peion *H* ΙΝ ΙΥΣ. *D* 13 fi*io *R* uerbo fio *GL* dissyllabis *r* dissillabis *K* 14 penultima* (m) *D* e paenultima (*s.* penultima) longa *HGLKd* et paucis *Hh* 15 possuerunt *K* 16 pht*ius p*thia (h) *R* phtius phtia *H* pthius pthia *K* ut dius *H* dius dia phthius phthia *L* dius dia pthius phthia *G* Chius] *om. H* conius et pthius et chius *K* *post* Chius: chia langia *add. rd* langia *D* et chia *L* et cius *G* licius *GK* liccius *L* Sperchius] *h* spergius *GL* spertius *H* 17 *Verg. Aen.* XI 657 XI *ex* XO *corr. r* 18 dia *etiam Serv. et Med. m. rec.* diua *Med. m. pr.* dura *Rom. deficit Pal.* ca-

idem in georgicon II:

Sperchīusque, et virginibus bacchata Lacaenis.

Horatius in II sermonum:

Caecuba vina ferens, Alcon Chīum maris expers.

nam primi||tivum 'Chius' corripitur - Lucanus in VIII:

Quas †sasine cautes, et quas Chĭus asperat undas -.

'Lycius' apud Statium in X producta paenultima invenitur:

At patrias si quando domus optataque, Paean,
Templa, Lycīe, dabis, tot ditia dona sacratis
Postibus et totidem voti memor exige tauros.

sed etiam 'Lyrcīus', quod in quibusdam 'Lyrceus' reperitur codicibus scriptum, Statius in IIII:

Aret Lerna nocens, aret Lyrcīus et ingens
Inachus.

sed et 'Argia' et 'Argian' et 'Langia' idem secundum Graecos producta paenultima i | profert in II Thebaidos:

Nec mirum, nam tu infaustos donante marito
Ornatus Argīa geris.

in eodem:

Egregiam Argīan, nec formae laude secundam
Deipylen.

idem in IIII:

Vna tamen tacitas, sed iussu numinis, undas,
Haec quoque secreta nutrit Langīa sub umbra.

Lucanus in III:

Substringens, Arimaspe, comas, hinc fortis Arīus.

mella *G* kamilla *K* 1 idem ⸓ Lacaenis *add. d* *Verg. georg.* II 487 in *om. K* II geor̄ *H* 2 spercheosq. *Med. m. pr.* sperclieusq. *m. alt. Pal.* uel spergius *add. g* baccata *D* bachata *GLK* 3 Horatius] *r* oratius *RHK* *Hor. serm.* II 8, 15 4 caecuua *L* alchon *HGLK cum codd. quibusdam Hor.* chion *Dr* 5 primitivum] *r* primitiuam *R* *Lucan. Phars.* VIII 195 6 quassa sine *in* quas sasine *corr. in RH* sasine *g* asine *GL* sasinae *D* assinae *K et sic* sasinae˙*s.* asinae (*sic Voss. uterque*) *libri Lucani fere omnes*, Samiae *Cod. Luc. Marpurg.* cautis *Voss. b m. alt.* chios *HGL Voss. A* chias *K* 7 licius *GL* *Stat. Theb.* X 343 *sqq.* X. thebaidos *RDG* penultima producta *K* 8 ad *HKrd* patria *GL* domos *Kd Stat. Cass. al.* 9 Lycie] *r* licie *RG Cass.* lici* *L* licya *D* sacra^s^tia *H* 11 lircius *l* licius *GL* . in quibusdam] *l* etiam *L* lirceus *GL* lyrcaeus *H* reperitur] *r* repperitur *RLg* 12 *Stat. Theb.* IIII 711 *sq.* III *K* UI *GL* 13 ar*et *G* Lerna] *r* lyrna *RK* lima *D* lyrceus *R* lirceus *DGL Cass.* 15 Langia] largia *R* langia et langian *K* langia et largian *GL* statius idem *RHKd* secundum *add. d* penultima i producta *D* penultima i profert producta *r* 16 i] hi *R* *Stat. Theb.* II 265 *sq.* tebaidos *GLK* thaebaidos *H* 17 tu] tum *Stat. Cass.* inphaustos *H* donate *K* 18 argiua *Cass.* 19 Idem in *DGr* *Stat. Theb.* II 203 *sq.* 20 argiam *R* laudae *K* 21 deyphylen *R* Deypilen *Cass.* 22 *Stat. Theb.* IIII 716 *sq.* tertio *GL* uel IIII *l* 23 tacitas] *r* citas *R* iusu *LK* 24 nu^t^rix *HK* nutrix *D* largia *GL* 25 *Lucan. Phars.* III 281 26 comas] *d* tomas *D* fortis] *Voss: b* sortis *Voss. B* Arius] *r* artius *R*

inveniuntur tamen auctores frequenter in nominibus urbium in 'eia' desinentium apud Graecos varia proferentes: 'Alexandrīa' et 'Alexandrēa' ['Nicia' et 'Nicea'], 'Antiochīa' et 'Antiochēa'. Cicero pro Deiotaro: speravit credo difficiles tibi Alexandriae fore exitus. tamen et 'Alexandrea' dicitur. Horatius in IIII carminum: IX 47

nam tibi quo die
Portus Alexandrea supplex
Et vacuam patefecit aulam.

[in eodem: Niceam Ephesumque mittebat.]

Est autem quando abiectione i e correptam | ponunt ante 'us', ut 'Hectorĕus', 'Agenorĕus', in quo similiter Ionas sequuntur: illi enim quoque abiciunt i in huiuscemodi nominibus, si non genetivus primitivi par sit nominativo possessivi, quare 'Ἀχίλλειος' dicunt, ne, si 'Ἀχίλλεος' dicant, putetur primitivi genetivus. quos sequentes in hoc etiam pro ei diphthongo e longam ponimus 'Achillēus' dicentes, unde Virgilius in III:

Stirpis Achillēae fastus,

quamvis reperiatur etiam e correpta in huiuscemodi derivativis, ut Virgilius in I:

Nate patris summi, qui tela Typhoĕa temnis.

sed dicitur et 'Typhoeus' et 'Typhos' et 'Typhon'. Lucanus in V:

Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.

1 in eia in nominibus urbium disinentibus apud *G* in ia *DH* in a *R* desinentibus [uel um] *Ll* 2 varia] *r* uariae *RH* uarie *DGLK* Alexandria — tamen et *om. H add. h* alaxandreia *GLk* alaxandrea *K* et *om. K* alexandria [e] *Hr* alaxandria *GLK* nicia [i] et nicea *post* Alexandrea *exhibent RD*, nicea et nicia *K*, *post* Antiochea: niceia nicia *GL*, *evan. h* 3 Antiochia et Antiochea] *r* antiochea et antiochia *K* antiocheia et antiochea *G* antiocheia et antiocha *L* antiophia et antiophea *R* *Cic. pro Deiot.* 9, 24 deitaro *L* deitor*o(i) *G* 4 credo *om. h* alaxandriae *GK* *post* exitus *versum supra omissum* Idem in georgicon secundo sperchiusque et uirginibus baccata laucenis *ponit D del. d* tamen et — aulam *om. GLK in mg. add. k et inde ab* Horatius *l* et *om. D* 5 alexandria [e] *Rr* *Hor. carm.* IIII 14, 34 *sqq.* VII *k* 6 tibi] *r* tibia *RD* tibi a *Hl* die] *r* diae *R* 7 ab alexandrea *DHrk* 9 *post* aulam: In eodem (Cicero in eodem *G*) niceam (*r* nicheam *R* niciam [i] *GL* niceam *K*) ephesumque (ephessumque *K*) mittebat *libri, qui locus ex eodem cap. nono or. Cic. pro Deiot.* § 25 *desumptus a lectore quodam, qui in cod. suo* Niceam *scriptum invenit, ex mg. insertus est et vocc.* Nicia et Nicea *supra inculcandis ansam dedit* 10 INEVS *D* abieccione [t] *Rr* haectoreus *RD* 11 secuntur *R* enim *om. R* quoque *om. K* 12 sit cum nominatiuo *H* 13 Ἀχίλλειος] *l* ΑΧΙΛΛΗΙΟWC *R* ΑΧΙΛΕΙΟC *GL* axhiΛΛειοc *K* achilleios *H* ne si *in marg. add. K* ΑΧΙΛΕΟC *RL* ΑΧΙΛΛΗΟC *DGl* axxiΛΛεοc *K* achilleos *H* 14 genitiuus primitiui *L* 15 achileus *G* unde *om. GL* *Verg. Aen.* III 326 III aeneidos *D* 16 achileae *GLK* 17 reperiatur] inueniatur *DH* *Verg. Aen.* I 665 18 primo aeneidos *D* 19 natae *K* patris] *Verg. Fr. ex corr.* patres *Fr. Rom.* sumi *R* typhoea *r* thyphoea [o] *R* tiphoea *GLK cf. lib.* I § 54 tempnis *H* 20 et *om. G* t*p*phens *R* thiphoeus *G* tiphoeus *LH* tiphous *GLK* typhon et typhos *D* tiphon *GL* *Lucan. Phars.* V 101 in] libro *D* in libro *H* III *G* 21 conditur *DGL* Inarimes] *r* inharimes *R* Inarimes aeterna] *l* inare me*e terna *L* mare mere terna *G* uel inarimere *g*

idem in VI:

Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant.

48 in||veniuntur tamen quaedam huiuscemodi, in quibus ei diphthongus in ī longam convertitur sequente v loco digamma Aeolici, ut '*Ἀργεῖος* Argivus' - dicitur tamen et 'Argeus'. Horatius carminum libro II:

Tibur Argeo positum colono -,

quod in Latinis quoque derivationibus invenitur [id est i paenultima longa ante u consonantem], ut 'nominativus', 'genetivus', 'dativus', 'accusativus', 'indicativus', 'impera|tivus', 'optativus', quorum alia a nominibus, alia a verbis derivantur. non solum autem in nominibus Latinis paenultima i pura ante 'us' vel 'a' vel 'um' non potest produci, sed etiam in verbis praeteriti perfecti temporis et plusquamperfecti corripitur i sive paenultima sive antepaenultima, nisi secuta fuerit u loco consonantis, ut 'audĭi audĭisti audĭit audĭimus audĭistis audĭerunt, audĭeram audĭeras audĭerat, audĭisse': ubique corripitur i; sin autem assumat u loco consonantis, ubique producitur, ut 'audīvi audīvisti audīvit audīvimus audīvistis audīverunt, au-
49 dīveram audīveras audīverat, audīvisse'. invenitur tamen etiam ai diphthongus conversa in i longam, interposita similiter u pro consonante, ut 'Achīvus' pro '*Ἀχαιός*', cum contra soleant Doris ei in ai diphthongum convertere, ut '*αἴ κέ ποθι Ζεύς*' pro '*εἴ κε*', et '*αἴθε*' pro '*εἴθε*'. et eas quidem formas supra dictas a Graecis accepimus, in Latino autem sermone non solum his utimur, sed etiam propriis quibusdam Latinorum in 'us' vel in 'a' vel in 'um' puram antecedente 'ri', ut 'Catilinarius', 'hereditarius', 'legatarius', 'gladiatorius', 'uxo|rius', 'stlattaria', 'ptisana-

inaremes aeternae *K* tiphous *G* thyphous *K* 1 *Luc. Phars.* VI 92 in] libro *r* in libro *D* 2 anthraque *K* laetiferi *HGLK* loetiferi *r Voss. B* typhoenis *H* tiphonis *GL Voss. B* thiphonis *K* 3 IN IVVS *D* in huiuscemodi in *HKr* diptongon *K* 4 digamme (a) *Rr* digammae *GL* dygamma *D* digammi *K* Aeolici] *r* aelolice *R* aeol(i)cae *G* eolicae *L* ut *Ἀργεῖος*] *om. H* ut argius (argeios r) *h* ΑΡΓΗΙΟϹ *Rr* argeioc *D* argeios *GL* 5 oratius *GK* *Hor. carm.* II 6, 5 in carminum *DGL* II] *α* III *libri* 6 possitum *K* 7 est in paenultima (peneultima *G* peniultima *L* penultima *DK*) i *DHGLK* 8 consonantem u *GL* acs uoct ablat *H* 9 imperatiuis (u) *R* 10 deriuantur (diriuantur *G*) alia a uerbis *GL* 11 pura i *Dr* etiam *om. K* 12 corripitur] *r* corrumpitur *R* 13 nisi] *r* sit, nisi *RDHGLk* 14 audisti (i) *RH* aud*isse (i) *R* 15 i *om. GL add. l* assumat] *r* adsumat *RDH* 16 audiverunt] *r* audiuera *R* 17 audiueras *add. d* audiverat] *r* audieram *R om. H* rat *add. h* etiam *om. L* ai] *rdh* ae *RDH* 19 Achivus] *d* achius *D* *Ἀχαιός*] *rd* ΑΧΗΟϹ *R* ΑΧΙ**ΟϹ *D* soleant] *g* solebant *GL* dori *Gr* dor* *L* dores *DK* ei] i *G* uel es *add. k* ai] *h* ae *Hg* 20 *Hom. Il.* I 128 *etc.* ut *αἴ κέ—εἴθε om. HGL add. g et om. vocc.* ut *et ποθι Ζεύς hl* ΑΙΚΗ *R* ΑΙΚΕΙ *K* *ποθι Ζεύς*] *in ras. DK* ΠΟΕΙ ΖΙΕϹ *G* ΠѠΘΥ ΖΗΙϹ ΠѠΘΙ ΖΕΥϹ pro ΑΙΚΕ et ΑΙϹΕ *Rr* (Ι ΕΥϹ pro ΝΥΚΗ et ΑΙΘΗ pro ΗΙΘΗ) ΕΙΚΕΙ et ΑΙΤΕ pro ΕΙΤΕ *K* ΑΙ. ΟΕ pro ΕΙ. ΟΕ *g* ΑΙϹΕ pro ΕΙϹΕ *Dl* 21 has *GL* quidem] *r* quidam *R* supra dictas] *hr* supradictis *RH* accepimus] *l* accipimus *L* 22 IN RIVS *D* quibusdam propriis *GL* 23 ut in us et in a et *K* uel a uel um *GL* pura *D* catilenarius *K* 24 haeriditarius *G* heriditarius *K* legatoarius (o) *R* legatarius *D* legatorius *K* stlattaria] *r* **lattaria *R* stlattarias *D* stlataria

rium'. et, quod iam supra diximus, sciendum, quod, quamvis forma sit possessiva haec, quae in 'rius' desinit, tamen diversae significationis nomina in hac quoque inveniuntur: alia ab officiis, ut 'tabellarius', 'mercennarius', 'cerarius', 'sagittarius', 'tabernarius', 'ostiarius', 'argentarius', 'aerarius'; alia a dignitatibus, ut 'praefectorius', 'quaestorius', 'praetorius', 'censorius', quae tamen etiam possessivam habent significationem; alia ab 50 aliis rebus, in qui||bus sunt vel de quibus vel quas habent: in quibus sunt, ut 'collarium', quod in collo est, 'plantarium', quod in planta est, 'mensarium', quod in mensa, 'motoria', quae in motu, 'palmarium', quod in palma est, hoc est in laude; de quibus sunt, ut 'frumentaria' est lex de frumento et 'agraria' de agris et 'nummaria' lex de nummis; ex his autem, quas continent, ut 'vinaria cella', quae habet vinum, et 'armamentarium', in quo arma posita sunt, sic 'violarium', 'aviarium', 'rosarium', 'viridiarium'.

In 'nus' quoque ter|minantium formae et significationes diversae inveniuntur, quibus Latini frequenter utuntur in significatione possessiva, ut 'Pompeianus', 'Caesarianus', 'Sullanus'. invenitur autem in quibusdam a longa ante 'nus', ut 'Romānus', 'Hispānus', 'Campānus', 'Stheniānus'; in aliis e longa, ut 'terrēnus', 'egēnus', 'aliēnus', 'Aviēnus', 'Rubrēnus', 'Aniēnus', unde Virgilius:

Aniena fluenta;

in aliis i longa: 'Camerīnus', 'Perusīnus', 'Regīnus', 'vicīnus', 'masculīnus', 'feminīnus'. invenitur tamen etiam brevis i g antecedente in his, quae ab arboribus derivantur, ut 'oleagĭnus', 'fagĭnus', et in his, quae ab adverbiis nascuntur temporalibus, 'cras crastĭnus', 'horno hornotĭnus', 'diu diutĭnus'. u quoque longa ante 'nus', ut 'tribūnus'. r etiam et l inveniun- 51

GLKd ptisanarium] *r* tipsanarium *d* tisanarium *RD rell.* 1 sciendum] *d* sciendum est *Dk* 2 *post* desinit *in mg.* quod possessiua dicuntur non solum possessionem significantia sed etiam quae formam habent possessiuorum. *r* 3 mercenarius *RL* mercinarius *GK* 4 caerarius *RDHLK* coerarius *G* sagittarius] *k* sagitarius *LK* ostiarius] *r* hostiarius *RH* 5 questrorius *H* pretorius *d* precori*us *D* 6 haben *R* habent formam et significationem *K* ab] *r* ante ab *R* 7 aliis longa rebus *K* vel de] et de *L* 8 planta est] *l* planta *GL* mensarium] *dl* et mensorium *K* mensorium *RDHg* mesarium *GL* 9 mensa] *l* mesa *L* mensa est *DHKl* et motuaria *K* motaria *GLd* quod *GK* motu est *K* motu est et *GL* 10 palma hoc *G* palma id est hoc est *K* frumentaria lex *L* 11 nummaria de *G* 12 quas] *l* q̃ *GL* uinum habet *GL* armamentarium] *g* armentarium *Gk* armarium *Dl* 13 qua *K* positi[a] *H* aviarium] *D om. GL* apiarium *l* uel apiarium *add. d* 14 uiridarium *DGK* 15 DE NVS *Dl* *a* nus quoque *iterum inc. B v.* § 38 et *add. l* 17 syllanus *RBH* sillanus *DGLK* inueniuntur *H* autem *in litura d* 18 stenianus campanus *R* stheniianus *K* stennianus *L* 19 longam *B* aegenus *L* Avienus *Krehlius, sibi ipse diffidens* II 512 abienus *RBGLK Heidelb. Krehlii* abie*nus(g) *D* abienus *H* nomen poetae *gloss. cod. Heidelb.* Rubrenus] poeta pauper *gloss. cod. Heidelb., Rubrenus sc. Lappa, poeta tragicus, v. Iuv. sat.* 7, 72 *ibique schol.* 20 *Verg. georg.* IIII 369 21 anina *Med.* alena *Pal.* fluent[e]*a *D* 22 perussinus *GK* 23 tamen *om. B* i breuis antecedente g *GL* 24 diriuantur *add. k* 25 ut cras *D*

tur ante 'nus', ut 'diurnus', 'nocturnus', 'hesternus', 'externus', 'hibernus', 'colurnus', 'quernus', 'ficulnus', 'populnus'. **Plautus in Casina:**

Sed manedum, num ista aut populna sors aut abiegna est tua?

Et quia diximus, diversas in his esse significationes, commodum | est
X 52 eorum exempla proponere. alia sunt possessiva, ut 'Caesarianus' miles, 'Pompeiana' domus, 'Tullianum' mancipium; alia et patriam significant et possessionem, ut 'Romanus' civis et 'Romanus' ager. potest tamen et hoc et paene omnes huiuscemodi formae nominum propriorum quoque habere significationes. 'Campanus' similiter et 'Hispanus' et 'Alexandrinus' et 'Placentinus' et 'Nolanus' et similia non solum patriam, sed etiam possessionem significant. sunt tamen mul||ta supra dictae speciei, quae etiam agnomina inveniuntur, ut 'Camerinus', 'Numantinus', 'Coriolanus'; alia propria eiusdem formae nomina vel etiam agnomina, ut 'Adrianus', 'Messalinus', 'Silvanus', 'Claudianus', 'Corvinus', 'Probinus', 'Rufinus', 'Aemilianus'; alia a locis, ut 'rusticanus', 'urbanus', 'oppidanus', 'Capito-
53 linus', 'Palatinus', 'Aesquilinus', 'Gallicanus', 'vicinus', 'externus'; alia a temporibus, ut 'matutinus' a Matuta, quae significat Auroram vel, ut quidam, *Λευκοθέαν*, 'hesternus', 'diurnus', 'nocturnus', 'meridianus', 'vespertinus', 'antelucanus', 'veteranus', 'diuturnus', 'aeternus'; vel a dignitatibus sive officiis, ut 'tribunus', 'antesignanus'; vel a generibus, ut 'masculinus', 'femininus'; alia a mutis animalibus, ut 'taurinus', 'porcinus', 'cervinus', 'anserinus'; alia a materia, ex qua constant, ut 'humanus', 'terrenus'; alia a fortuna, ut 'libertinus', 'egenus'; alia a numeris semper pluralia, ut 'bini', 'terni', 'deni' [sic ab omnibus numeris], quamvis poetica auctoritate etiam singularia inveniuntur. **Lucanus in VIII:**

Syrtibus hinc Libycis tuta est Aegyptus, at inde
Gurgite septeno rapidus mare | submovet amnis.

1 externus hesternus *DG* hybernus *H* 2 colurnus] *g* colornus *G* plaustus *Rr* *Plaut. Cas.* II 6, 32 3 manetdum *K* manedum num] *g* manet damnum *L* monedum num *B* manetdum num *GK* manedum *R* monedum *r* ne dum num *Plaut. Vet. al.* manedum, nondum, nundum *al. libri Plaut.* ista] *Plauti omnes* stet [a istaec] *Rr* istaec *BDHGL* isthaec *K; f.* sta *Fleckeisenus* abiegnast *Plaut. Vet.* estua *K* 5 esse significationes in his *GL* 6 eorum *om. L* 7 et posesionem significant *K* 8 ciues *L* tamen et hoc] *l* tamen hoc *LK* 9 poene *R* pene *r* 10 al*exandrinus(a) *G* alaxandrinus *LK* 11 nolanus et placentinus *D* nola*nus (i) *K* 13 adagnomina *H* adgnomina *B* Numantinus] *h* numatinus *H* cariolanus *L* 14 huiusdem *L* adgnomina *B* adgnomina [i] *H* mesalinus *GLK* 15 corbinus *K* Probinus] *h* prouinus *RBH* aemelianus *H* 16 opidanus *RHK* capitulinus *BHK* 17 extraneus *B* 18 temporalibus *B* ut *om. BHKL* auroram significat *GL* 19 *Λευκοθέαν*] *om. H* ΛΗΥΚΟΘΗΑΝ *R* ΛΕΥΚΟΘΕ*Η *h* haesternus *BH* heri hesternus *K* heri haesternus *h* nocturnus diurnus *K* 22 porcinus [i] ceruinus anserinus porcinus *L* 24 terrenus *add. k* furtuna *LK* 26 poetaca *K* sigularia *D* ut lucanus *GL* *Luc. Phars.* VIII 444 *sq.* VIIII *K* 27 sirtibus *HLK* hin [c] *Voss. A* Libycis] *g* libicis *RLK* lybicis *BG* lybycis *DH* aegiptus [uel o] *Voss. B* at] *r* ad *R* 28 rapidu *L* ra.[pidus] *Rr* summouet *DK Voss. uterque* amnis] *r* annis *R*

Virgilius in X:

It gravis Aulestes centenaque arbore fluctum
Verberat adsurgens, spumant vada marmore verso.

et sciendum, quod alia eorum a nominibus fiunt, a Roma 'Romanus', a 54
Caesare 'Caesarianus'; alia a verbis, ut ab egeo 'egenus'; alia ab adverbiis, ut 'infra infernus', 'supra supernus', 'hodie hodiernus'.

Conemur igitur, sicuti possumus, exponere rationem paenultimarum in supra dictis derivationum formis literarum.

In a desinentia antecedente aliqua consonante seu vocali producta eadem a et accepta 'nus' faciunt derivativum supra dictae formae, nisi sint mutorum animalium, ut 'Sulla Sullānus', 'Perpenna Perpennānus', 'Roma Romānus', 'silva Silvānus', 'Nola Nolānus', 'Suessula Suessulānus', 'Adria Adriānus', 'Compsa Compsānus'. excipiuntur 'Iugurthinus', 'Messalinus', 'terrenus', quae quamvis a nominibus in a desinentibus consonan||te antecedente derivantur, non servaverunt tamen a. [de 'mustelino' et 'aquilino'
paulo post tractabitur.] a pluralibus quoque in ae diphthongum desinen- 55
tibus vel in a derivata similiter a habent ante 'nus' [vel 'na' vel 'num'], ut 'Acerrae Acerranus', 'Thebae Thebanus', 'Cumae Cumanus', 'Formiae Formianus', 'signa antesignanus', 'membra membrana' (quod est femininum). possunt tamen haec et a singularibus esse ἀπὸ τοῦ 'signum' et 'membrum', quod paulo post ostendetur. similiter a habent ante 'nus', quae derivantur a nominibus in 'ius' terminantibus vel ab adverbiis in 'ie' longam, ut 'Pompeius Pompeianus', 'Sthenius Sthenianus', 'Titius Titianus', 'Tullius Tullianus', 'Fabius Fabianus', | 'Iulius Iulianus', 'Virgilius Virgilianus', 'Terentius Terentianus', 'Sallustius Sallustianus', 'cotidie cotidianus', similiter a 'meridie' 'meridianus'; 'hodie' tamen 'hodiernus'
facit. similiter a habent ea, quae derivantur a nominibus in 'cus' vel in 56

1 *Verg. Aen.* X 207 *sq. cf. de fig. num.* § 24 X] *r* XII *R* 2 auletes *G* ab arbore *G* fluctus *Rom.* 3 assurgens *GKr* marmora e uerso *Med.* uersu *K* *post* uerso *repetunt* sic ab omnibus numeris *RDHK* 4 ut a roma *BDLr* 5 uerbis ab *K* *egeo(a) *G* adverbiis] *g* aduerbis *G* 7 DE FORMATIONE IN ANVS. *inscr. DL* possumus] *r* posuimus *R* possimus *K* posimus *L* 8 in supradictis peneultimarum (peniultimarum *L*) *GL* 9 aliqua *om. L* eadem a] *r* eadem ea *R* 11 mutorum] *h* mutarum *LH* silla sillanus *RDGL* sylla syllanus *BHK* perperna perpernanus[uel n] *HL* perpena[n] perpenanus *G* 12 Suessula] *d* suesula *DGLK* Suessula Suessulanus] *r* sues sulaues sulanus *R* suesulanus *GLK* adria adrianus] *r* hadria hadrianus *RBK* 13 Compsa Compsanus] *scripsi* copsa copsanus *RBDHK* capsa capsanus *GL* iugurtinus *R* messallinus *B* mesalinus *GL* 15 deriuentur *L* diriuentur *DG* musthelino *K* 16 quoque nominibus in *B* ae] *r* e *R* dyptongum *R* dyptongon *r* diptongon *D* 17 diriuata *K* diriuatiua *Gk* deriuatiua *L om. H* num acerrae *DGH* 18 tebae tebanus *L* Cumae] *d* cummae *RD* cu*manus(m) *D* formi* *B* formia *b* 19 mēmbra mēmbrana *H* feminum[b] *K* 20 ἀπὸ τοῦ *om. GL* anω τωι *l* TOY[n] *R* 21 mēnbrum *H* 22 apaduerbiis *Rr* in e *HGLK* 23 sthennius sthenianus *K* stenianus *H* 24 fauius fauianus *GL et in* fabius fabianus *corr. B* 25 terentius — cotidianus *in ras. b* salustius salustianus *HGLKb* cottidie cottidianus *H* quotidie quotidianus *GL* 26 meridie] *r* meridiae *R* 27 tamen *in litura ante* a *H*

'culus' desinentibus, quae sunt ultra duas syllabas, ut 'rusticus rusticanus', 'publicus publicanus', 'Saticulus Saticulanus', 'Tusculus Tusculanus'. excipitur a masculo, quod est diminutivum maris, 'masculinus' factum: nam disyllaba in 'cus' desinentia sine a sunt, ut 'mancus Mancinus', 'lacus lacuna', 'porcus porcinus'. in 'um' quoque neutra consonante antecedente in derivativis a habent ante 'nus': 'oppidum oppidanus', 'Paestum Paestanus', 'Spoletum Spoletanus', 'Toletum Toletanus', 'castellum
57 castellanus', 'Beneventum Beneventanus'. similiter a habent paenultimam pleraque venientia a nominibus tertiae declinationis: 'Caesar Caesaris Caesarianus', 'fons fontis fontanus', 'mons montis montanus', 'urbs urbis urbanus', 'sol solis solanus' - ex quo 'subsolanus': ex eo tamen est etiam 'Solinus' -, 'Milo Milonis Milonianus', 'Piso Pisonis Pisonianus' - quamvis quidam et 'Pisoninus' et 'Miloninus' dici putaverunt. sed a propriis derivata plerumque i ante a habent: 'Iovis Iovianus', 'Caesaris Caesarianus'. possumus tamen dicere, quod a 'Caesarius' et || 'Milonius' et 'Pisonius' et 'Iovius' derivata sint 'Caesarianus', 'Milonianus', 'Pisonianus', 'Iovianus' -, 'lux lucis Lucanus' - ex quo compositum fit 'antelucanus': ex eodem tamen nascitur etiam 'Lucina' -, 'vetus veteris veteranus', 'limes limitis
58 limitanus', 'Ancon Anconis Anconitanus', 'Gades Gaditanus'. ideo autem diximus pleraque, quia a neutris in e desinentibus deri|vata i habent productam ante 'nus', ut 'mare marīnus', 'Praeneste Praenestīnus', 'Calathe Calathīnus', 'Calacte Calactīnus', et ab aliis, quae pares habent tam in nominativo quam in genetivo syllabas, 'Hercules Herculis Herculīnus', 'Verres Verris Verrīnus', 'collis collīnus', 'follis follīnus'. 'er' quoque desinentia, si sint secundae declinationis, et 'us' consonante antecedente

2 puplicus puplicanus *GK* publicanus *ex* publicus *perperam repetito corr. D* 3 Excipi**tur(un) *B* a masculino *K* est diminutivum] *l* deriuatiuum *L* 5 IN VM *inscr. L* 6 habent] *r* inter *R* ut oppidum *Hl* oppidum oppidanus] *r* opidum opidanus *RL* Paestum — Spoletanus *om. GL add. gl* 7 Toletum Toletanus] *k om. K* tolletum tolletanus *GL* 8 castellanus] *r* castelanus *R* beuentum *H* Beneuentum Beneuentanus *om. L add. l* penultima *B* ante penultimā *b* 10 urbs urbis urbanus *om. GL add. g* 11 etiam *om. G* 12 solinus proprium *BDHGLK* solinus et miloninus (proprium, i) deci *Rr*, Milo — et Miloninus, *om.* et Pisoninus, *in mg. add. r* pisso pissonis pissonianus *L* pisso.nis pissonianus *GK* 13 pisonicus (n) *H* pissoninus *LK* putauerunt dici *K* 14 diriuatiua plerunque (deriuatiua pleraque *L*) a propriis i habent ante a *GL* 15 quod a Caesarius] *d* quod caesarius *D* pissonius *GLK* 16 ioui*us(n) *B* sunt *G* caessarianus *G* pissonianus *GLK* 17 ex — antelucanus *add. g* conpositum *d* sit *K* 18 uetanus *K* 19 anconanus *G* anconitanus ananitanus *Dd* anconitanus. Hoc tamen potest. et ab anconites esse quod paulo post ostendetur. *B* gadis *RBDH* gadis.tis *K* 20 a] *om. D add. d* ab *BH* 21 Calathe — Calactinus] *add. gl* calate calathiuus (h) *g* calate calatinus *RBDH* calatae calatinus *K* calete·nus (a) *l* 24 a collis *K* colles *L* collinus] *k* collina *GLK* a follis *K* follina *G* uel follinus *g* follinus o θaakoc (Y) (*i. e.* ὁ θύλακος) *D* IN ER *inscr. L* In er *GLK* 25 *post* declinationis: et

eiusdem declinationis exceptis in 'cus' supra duas syllabas vel in 'culus', de quibus paulo ante docuimus, et in 'ium' propria, si faciant derivativa in 'nus' terminantia, i longam habebunt paenultimam, ut 'auster austrīnus', 'adulter adulterīnus', 'macer Macrīnus', 'libertus libertīnus', 'divus divīnus', 'probus Probīnus', 'rufus Rufīnus', 'maximus Maximīnus', 'Marcellus Marcellīnus', 'carus Carīnus', 'mancus Mancīnus', 'Regium Regīnus', ['Venusium Venusīnus', 'Signium Signīnus', 'Perusium Perusīnus', 'Opitergium Opitergīnus',] 'Canusium Canusīnus'. excipiuntur ab 'humo' 'hu- 59
manus' et 'mundo' 'mundanus' et 'priscus Priscianus', sed hoc magis a Priscio videtur esse derivatum; nam quod a Taurominio 'Taurominitanus' dicimus, sequimur Graecos, qui 'Taurominites' dicunt. gentilia enim apud Graecos in 'της' desinentia mutata 'es' in a accipiunt 'nus', cum in hanc formam veniunt: 'Μητροπολίτης Metropolitanus', 'Νεαπολίτης Neapolitanus'. item i servant omnia, quae a nominibus mutorum animalium, cuiuscumque sint declinationis, derivantur in hanc formam: 'aper aprinus', 'caper caprinus', 'cervus cervinus', 'porcus porcinus', 'taurus taurinus', 'ferus' vel 'fera' 'ferinus', 'canis caninus', 'lepus leporis leporinus', 'lupus lupinus', 'for||mica formicinus' - Plautus in Menaechmis: |

Atque eccum incedit; move formicinum gradum -,

'hirundo hirundininus' - idem in rudente:

— declinationis *om.* *R* *add.* *r* et in us *Brl* 1 diclinationis *G* vel] et *L* 2 documus *R* faciunt *D* *et in* faciant *corr.* *B* 3 in us *G* habent (bu) *Rr* 4 mac*rinus(e) *RGL* 7 uen*sium (u) uenusinu*(i-m) (s) *B* Venusium — Canusinus *om.* *L* *add.* *l* Venusium — Opiterginus *om.* *RG* *add.* *r* Signium] *d* signum *D* perussium perussinus *Kl* 8 canusinus perussium perussinus uenussium uenussinus *G* Signium signinus opitergium opiterginus *in marg.* *add.* *g* *post* Canusinus *ad marg.:* Nota quod pedium (*l.* Pedum) non facit pedinus sed pedanus, ut ostendit oratius in principio IIII satyrae primi libri epistularum sic: Albi, nostrorum sermonum candide iudex, Quid nunc te dicam facere in regione Pedana? Est autem pedium opidum inter tiburtum et praeneste. Item Salust. cuiusdam transpedani (*immo* Transpadani) suplicium iniustum. (*Cat.* 49, 2) *h* homo (v) *R* 9 prisco] *rh* prico *RH* priscinianus *H* hoc *om.* *G* 10 Priscio] *r* pricio *R* prescio *gh* esse *add.* *l* Taurominio] *d* tauromino *D*. *eandem voc. formam codd. praebent* § 63 *lib.* VII § 14 XV § 15, *Kr* VII § 13; *equidem eam servavi auctore Augusto Meinekio, qui de hoc voc. in altero Stephani Byz. volumine se dicturum esse pollicetur* tauromitanus *B* 11 tauromenites (e) *R* tauromites *H* 12 tes *GL* muta (ta) *R* 13 Μητροπολίτης] *om.* *H* ΜΗΘΡΟΠΟΛΙΤΕC *B* metropolites *h* metrapolites *GL* metrapolitanus *GLK* Νεαπολίτης] *om.* *H* ΝΗΑΠΟΛΙΤΗC *RK* ΝΗΑΠΟΛΙΤΕC *B* neapolites *h* neopolites neopolitanus *GL* neapolitanus. Id est seruant i ante nus omnia *B* 14 Item] *d* Eadem *D* Idem *GL* seruant longam omnia *D* cuiusque *H* 17 lupus lupinus *add.* *l* lupus lupinus formica formicinus] *g* formica formicinus lupus lupinus *G* 18 forma (ica) *Rr* Plautus — gradum *add.* *gl* *Plaut.* *Menaechm.* V 1, 7 (*v.* 888 *R.* V 3, 12 *Par.*) menechimis *R* menecmis *r* menechmes *H* men** mes *g* 19 eccum *in litura* *r* et cum *g* incedit] *rd* indicit *RBl* indt *D* incendit *H* move] *sic omnes mei* (mouet *h* *teste Hertzbergio ap. Ritschelium*) 20 herundo (ty) herundininus (ty) *Gg* hyrundo hyrundininus *H* hyrundo hyrundinus *K* herundo herundinus (ni) *L* hirundininus] *r* hirundinis *R* Idem — adoririer *add.* *g* *Plaut.* *rud.* III 1, 6 *sq.* (*v.* 598 *sq.*)

Ad hirundininum nidum visa est simia,
Ascensionem ut faceret, †adoririer -,

'aquila aquilīnus', 'mustela mustelinus', quamvis in a desinant, 'leo leonis
leoninus', 'ovinus' quoque ab ove et 'suinus' a sue: nam 'ovilla' et
60 'suilla' diminutiva sunt. in 'nus' enim desinentia vel in 'na' vel in 'num'
si faciunt diminutiva, abiecta n duas assumunt l: 'unus ullus, una ulla,
unum ullum', 'bonus bellus, bona bella, bonum bellum', 'geminus
gemellus, gemina gemella, geminum gemellum', 'vinum villum'. sic
ergo 'suina suilla', 'ovina ovilla'. inveniuntur quaedam in 'tinus' paenul-
timam corripientia, sed quae a primitivis non habent t, ut 'diu diutinus',
'cras crastinus', 'horno hornotinus', 'prius' vel 'priscus' 'pristinus'. nam
'Constantinus' et 'Clementinus' a primitivorum genetivis habent t et 'ma-
tutinus' a Matuta, quae Aurora intellegitur; 'mediastinus' autem a medio
stando vel tenendo componi videtur. ('fiscĭna' corripit paenultimam, quo-
modo 'fuscĭna', cur ergo 'piscīna' producit? quia hoc sine dubio deriva-
tum est a pisce; | 'fiscina' autem a fisco, an fiscus a 'fiscina', an neu-
trum a neutro, dubium est. nam nec 'fuscĭna' a fusco nec 'pagĭna' a
pago nec 'Mutĭna' a muto nec 'Arimĭnum' ab Arimo derivata, cum sint
61 primitiva, paenultimam corripuerunt.) sin autem in 'er' desinentia tertiae
sint declinationis vel in 'ius' facientia genetivum, accepta 'nus' ipse nomi-
nativus facit derivativum, ut 'pater paternus', 'mater maternus', 'frater
fraternus', 'ver vernus'. 'acer' quoque, de cuius declinatione dubitatur,
arbos, huius 'aceris', quod Solinus protulit in memorabilibus, 'acer-
nus' facit, 'alter alternus', illa scilicet observata regula, quam superius dixi-
mus in mutis animalibus; ideoque 'anser anserinus' dicimus, 'passer pas-
XI 62 serinus'. ab adverbiis quoque venientia in 'ra' desinentibus 'er' habent

i
1 hyrundininum *Hg* hirudinum *R* hirundinum *r* hyrundinum *K* uasa *H* est simia] *sic etiam libri Plaut.* est mihi simia (symia *HK*) *RBHGLK* 2 adorrier *L* adorier *K* adoririer *rell.* admolirier *Plauti omnes* 3 muste*la muste*linus (!) *G* musthela musthelinus *K* desinant tamen non hab*** a. ante nus. Leo *B* 4 leoninus ueruecinus a ueruice et porcinus a porco. Ouinus *B* et *om. L* sue] *r* suae *R* et *om. HL* 5 *post* sunt: ALITER *inscr. D* IN NVS ITERVM *L* 6 faciant *H* assumunt] *r* adsumunt *RBH* ut unus *BDHKr* 9 *post* ouilla: IN NVS ITERVM *inscr. D* 10 sed illa quae *B* 11 cras***** crastinus (tinus?) *B* horno hornotinus *post* pristinus *collocat GL ord. restit. l* 12 Constantinus et Clementinus] *l* clementinus et constantinus *L* t ut matutinus *LK* 13 mediestinus *BDHKr* uel mediastinus *k* 14 peneultimam (peniultimam *L*) corripit *GL* 15 *post* fuscina *uocc.* cur — fuscina *om. R add. r* ergo] igitur *r* deriuatum (diriuatum *G*) a pisce sine dubio
s s
GL deriuatiuum *BDH* diriuatiuum *K* 16 ficina *H* ficus *H* 17 nam] Quo-
i
1 Plautus — natant *om. P* *Plaut. rud.* I 2, 66 (*v.* 155) 2 adiecti (e *supra*) *Rr* euecti *G* 3 homuntio *DH* et homullulus *om. P* homululus *K* *post* homullulus *vocc.* idem in eodem — de illa pugna *collocat, infra om. D. quem ordinem cum tenerent edd. inde ab α, indicem Krehlianum sequens rudenti Plautinae fragmentum* Homullulus fictus ex argilla et ex luto *addidit Bothius* (*rud. fr.* 1 *p.* 432). *mihi totus hic locus ita interpolatus esse videtur ut lib.* II § 47 faciunt diminutionem. Fur *P* 4 Cicero — fictus *om. P* *Cic. in Pis.* 27, 66 pissonem *K* ollim *G* 5 *Cic. in Pis.* 25, 59 eadem *HG* homillus *Cic. cod. Vat. m. pr.* 6 luto] *l* luco *K* luctu *G* uel luto *g* lenulus *PBDHrglk* Plautus — pugna *om. P* *Plaut. Poen.* V 5, 7 7 penulo *RHGLK* paenulo *BD* 8 si *G* aere] *Plautus* (aerem *Palatt.*) e *libri Prisc.* tetigere (o *supra*) *Rr* 9 *Plaut. Poen.* II *v.* 24 *sq.* eodem *BDHK* 10 occepi] *r* hoccepi *d* hoc coepi *B* accepi *GK* coepi *H* cepi *R* 11 lenule *DHKg* lenulae *K* laenulae *R* laenule *r* illac *Plaut. Vet.* 12 DE ELLVS A SECVNDA DECLINATIONE (ellus secundae declinationis *L*) SED PRIMVM A NVS ET LVS ET ER. *DL* In us *P* 13 si *add. r* l ante us et in *P* er] e.r. *Rr* 14 in diminutiuis *om. P* ut asinus (assinus *G*) *DGLK* assellus *RG* 15 quod ideo — agellus *om. P* 16 diferentia *R* 17 ALITER DE VLLVS VLLA VLLVM ET ILLVM. *DL* 18 quod nomina .e. habent ante penultimam *P* 19 pugillus *D* productam natura *K* producta *D* 21 ALITER DE VLVS VLA VLVM (ullus .la .lum *L*) ET XILLVS XILLA XILLVM. *DL* in *om. P* 22 quod non — pauxillulum *in litura k* l] .i. *P* in *add. h* diminutione] *P* deminutiuo *L* diminutiuo *rell.* au** (tē) *B* 23 post se] posse *B* prohibet *P* paulus paulus ex *P* 24 et ex *BGL* pauxillus et pauxillulus *BDHGLK* pausillus (x *supra*) ex pauxillulus *Rr* seruat (n) *B*

ninum et neutrum eius ['paula paulula, pauxilla, pauxillula', 'paulum paululum, pauxillum, pauxillulum']. similiter 'velum' 'vexillum' facit diminutivum. et puto ideo haec assumpsisse x, quia haec in 'lus' vel 'la' vel 'lum' desinentium primitivorum facientium diminutiva paenultimam natura longam habent, 'paūlum pauxillum', 'vēlum vexillum'. ideo 'māla' quoque [assumpsit x et] 'maxilla' facit et | 'tālus' 'taxillus'. Pomponius:

interim
Dum contemplor orcam . . . taxillos perdidi.

quae vero geminant l ante 'us' vel a vel 'um', in 'ulus ula ulum' faciunt iterum diminutiva, ut 'homullus homullulus', 'pauxillus pauxillulus, pauxilla pauxillula, pauxillum pauxillulum'.

37 Feminina quoque in 'na' desinentia, sive habeant ante n aliam consonantem sive non, geminant in diminutivis l ante a, ut 'catena catella', 'asina asella', 'gemina gemella', 'columna columnella'. excipitur 'rana ranunculus'. eandem formam in 'la' quoque desinentia vel 'ra' servant, ut 'fabula fabella', 'tabula tabella', 'libra libella', 'capra capella', 'umbra umbella', 'sacer sacra sacrum, sacellus sacella sacellum'. 'puer, puera' antiqui, ex quo 'puella'; 'tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum', 'miser misera miserum, misellus misella misellum'. excipiuntur in 'ra' desinentium, quae nec a masculinis in 'er' desinentibus fiunt nec habent ante r aliam in eadem syllaba consonantem, ut 'ara arula', 'terra terrula', 'litera literula'.

VIII 38 Neutra quoque in 'num' desinentia geminant in diminutione l ante 'um', et si g habeant ante n, in paenultima syllaba diminutivi i, non e, accipiunt, ut 'tignum tigillum', 'signum sigillum'. alia vero e habent in paenultima, nisi sit, quod superius docuimus, paenultima primitivi naturaliter

1 paula — pauxillulum *om.* *P* 2 fecit (a) *Rr* 3 adsumpsisset haec .x. *P* adsumpsisse (s) *Rr* adsumpsisse *H* assumsise *G* assumsisse *Dg* haec] *d om.* *D* **** *R* he *P* uel in la *in litura b* 4 uel in lum *B* desinentia primitiua *r* priuitiuorum faciunt *P* fatientium *R* facientia *r* diminutiua* (m) *B* 5 habent longam *K* ideo.q. *K* 6 assumpsit x et *om.* *P* adsumpsit x et *RBh* adsumpsit x *Hr* assumsit x *D* assumpta x *LK* assumta x *G* taxeillus *K* taxillus 7O quae uero *P* *Pomponii fragm. inc.* 6 *p.* 123 *Both. p.* 161 *Munk. fr. inc.* VII *p.* 214 *Ribb. ad aleones refert Munkius p.* 162 Pompinius *lexicogr. Vat. in Mai auct. class.* VIII 584 7 interim *om. lexicogr. Vat.* Interim, dum orcam contemplor, tax! taxillos perdidi *Bothius* Interim dum contemplor orcam, taxillos ego perdidi *Munkius. ego lectione codicum servata in versu disponendo secutus sum rectum Ribbeckii iudicium* 8 orcam] pugnam *lexicogr. Vat.* 9 DE DEMINVTIVIS AB ALIIS. *DL* 10 pauxilla — pauxillulum *om.* *P* 12 DE ELLA A PRIMA DECLINATIONE SED PRIMVM A NA ET LA ET RA. *DL* in .a. *PBL* 13 ut *add. g* 14 assina assella *G* gemina gemella *om.* *P* gemilla (e) *Gg* columpna .*ella (n) *K* colum*ella (n) *L* 15 uel in ra *D* 16 libra libella tabula tabella *GL* umb*ella (r) *B* umbellas. acer *P* 17 antiq. *DGL* antiqui dixerunt *B* 18 tener — misellum *om.* *P* 19 mis*ellus (s) mis*ella (s) misellum *H* DE VLA IN RA *D* desinentia *PDHK* 20 masculini *P* 21 aliam *add. r* tula *G* 22 littera litterula *P* 23 DE ILLVM ET ELLVM A SECVNDA DECLINATIONE SED PRIMVM A NVM *D* in .um. *PB* deminutione *P* 24 habeant] *om.* *L* habent *BH* 25 Alii *P* e *add. g* peneultima *P* 26 nisi sit *add. l* docuimus in pae-

longa, ut 'bonum bellum', 'geminum gemellum', 'scamnum scamnellum'. Apuleius tamen in I Hermagorae: verum infirma | scamillorum, obice fultae fores.

Quae vero || in 'um' desinunt i paenultima antecedente, mutata i ultima genetivi in o et accepta 'lum' faciunt diminutiva, ut 'negotium negotiolum'. Plautus in cistellaria:

datores

† Bellissimi vos negotioli, senicis, soletis esse.

Similiter in 'illum' vel 'ellum' faciunt diminutiva in 'lum' vel in 'rum' desinentia: 'tantulum tantillum', 'lucrum lucellum', 'cerebrum cerebellum', 'flabrum flabellum', 'flagrum flagellum', 'castrum castellum', 'sacrum sacellum'. et scire debemus, quod 'ellus' vel 'illus' desinentia diminutiva, si 39
a disyllabis derivantur, assumunt unam syllabam, ut 'agnus agnellus', 'liber libellus', 'culter cultellus', 'paulus pauxillus'. similiter feminina 'ella' vel 'illa' terminantia: 'capra capella', 'libra libella', 'umbra umbella', 'paula pauxilla'. sic etiam neutra 'ellum' vel 'illum' exeuntia: 'tignum tigillum', 'signum sigillum', 'lucrum lucellum'. excipiuntur a desinentibus in 'nus' vel 'na' vel 'num', quae nullam habent consonantem antecedentem in eadem syllaba ante n, venientia, ut a bono, uno, vino derivata. haec enim pares habent syllabas primitivis: 'bonus bona bonum, bellus bella bellum', 'unus

nultima (*al.* penultima, poenultima) *RBDHl* in *del. r* peneultima *P* 1 scamellum *RDHGLK* 2 Apuleius — fores *om. P* Apuleius] *rd* Apud eius *R* Apuleus *DK* *Apul. fragm.* 4 *t.* II *p.* 636 *ed. Hildebr.* ermagore *RH* hermagore *r* hermogore *K* Veram *Rr* (u) infirtua *Gg* (ma) scamillorum] *dglk* scamellorum *DGLK* scamnellorum *Schneiderus Elementarl. p.* 229 4 DE OLVM AB IVM *DL* um] uno *P* muta (ta) *Rr* 5 in o] *om. PRHK add. hk* in r *m. rec. in R* diminuiuum *RBHGLK* ut *om. G* ut pallium palliolum negotium *BD* negotium negotii negotiolum *GL* negociolum *H* 6 Plautus — soletis esse *om. P* *Plaut. cist. fragm. cf.* § 29, *astrabae s. clitell. fr.* 22 *p.* 434 *sq. Both. cf. Ladewigium l. l. p.* 530 *et lib.* VI § 94 cistillaria *K* (i) 8 negotioli bellissumi *Bothius* bellisimi uos negotioli senecis *Rr* bellisimos (s) negotiolis † poenices (h) *Gg* bellissimis negotiolis phoenices *Dd* bellissimo* (s) (i) negotiolis aenetes (phenices) (uel aenetes id est de aere) *Hh* belissim** negotioli ***** enices *L* bellissimos negotioli phenices (e) (uel) *l* bellissimos negotiolis phoenices *Kk* bellissimos negotioli senecesso letis esse *B* senicis] '*v. Lachmannum ad Lucr. p.* 56, *f.* seniceis' *Fleckeisenus* 9 DE ILLVM ET ELLVM ALVM ET RVM. *DL* lum et in *D* uel rum *L* 10 ut tantulum *D* tantullum (l) *P* celebrum (r) *Rr* cerebrum (uel cre) *Gg* cerebellum (uel cre) *Gg* 11 frabrum *Rr* fabrum *P* 12 DE ELLVS ELLA ELLVM ET ILLVS ILLA ILLVM A DISILLABIS. *D* quod in ellus *DGK* uel in illus (i) *D* 13 a dissyllabis *r* a dissyllabas *H* ad syllabis *PRB* assumunt] *r* adsumunt *PRH* agnellus *om. R* 14 cultellus *ex* cultellum *corr. B* femina *L* feminia *K* 15 uel *add. k* terminata *P* ut capra *BD* libella. scientiam neutra excipiuntur (*med. om.*) *P* 16 sicut etiam *LK* neutra in ellum *DG* vel] *d* ne *D* 17 sigellum (i) *Ll* tignum tigillum signum sigillum *post* lucellum *repetit D* ALITER A DISYLLABIS. *D* alt a dysillabis. *L* 18 uel in na uel in num *G* 19 a *om. P* uino uno diriuata. *P* 20 bellum. Similiter unus ul-

una unum, ullus ulla ullum', 'vinum villum'. notandum etiam 'pannus', quod | 'panniculus' facit. Iuvenalis in II:

quarum
Delicias et panniculus † urit bombycinus.

A trisyllabis quoque venientia diminutiva, quae geminant l, pares habent [suis] syllabas primitivis, ut 'oculus ocellus', 'catulus catellus', 'gemi-
40 nus gemellus', 'fabula fabella', 'tabula tabella'. excipiuntur, quae in primitivis ante n aliam habent in eadem syllaba consonantem. haec enim [unam] addunt syllabam diminutivis, sicut etiam disyllaba eiusdem terminationis, ut 'columna columnella', sicut 'agna agnella', 'tignum tigillum'.

In 'us' desinentia secundae declinationis nomina e vel i antecedentibus mutant 'us' in o et accepta 'lus' faciunt diminutiva, ut 'urceus urceolus', 'alveus alveolus', 'luteus luteolus', 'malleus malleolus', 'aureus aureolus'. Plautus in Epidico:

Lunulam atque anellum aureo||lum.

'capreolus' quoque videtur a nominativo 'capreus' esse, cuius femininum in usu est 'caprea'. nam 'capra' a capro fit, ex quibus 'capellus' et 'capella' fiunt diminutiva. i quoque antecedente: 'filius filiolus', 'gladius gladiolus', 'Sergius Sergiolus', 'Tullius Tulliolus', 'patricius patriciolus'. excipitur 'Antonius', quod 'Antoniaster' facit diminutivum. Cicero pro Vareno: Lucius ille Septimius diceret, | etenim est ad L. Crassi eloquentiam gravis et vehemens et volubilis: Erucius hic noster
41 Antoniaster est. feminina quoque e vel i ante a habentia in 'ola' fa-

lus. uinum uillum. *P* 1 notandum — bombycinus *om. P* quod pannus *B* 2 quod *add. r* pa^N^niculus *Rr* *Iuv. sat.* II 6, 259 *sq.* 4 dilicias *G* deli^c^**ias *Ll* et] *r* etiam *rell.* bombycinus urit panniculus *D* bombycinus urit *Iuvenalis* bambicinus *BGLK* bombicinus *g* 5 DE ELLVS ET ELLA A TRISYLLABIS. *DL* 6 suis *om. P* syllabas suis *K* geminus — tabella *om. P* 7 ALITER A TRISYLLABIS. *DL* quae ex primitiuis *P* 8 syllabo *R* in eadem syllaba *ex* syllaba in eadem *corr. K* 9 unam *del. r add. k* dissyllabam *P* . eiudem *R* 10 columnella] *r* columella *PRBL cf.* § 37 11 DE OLVS AB EVS ET IVS. *D* In olus *L* secundae] *r* secundum *R* 12 urceus urceolus] *k* arceus arceolus *P* orceus orceolus *K* Iuuenalis in primo. [*sat.* I 3, 203] urceoli (uc^r^ceoli *Dd*) sex. *post* urceolus *add. Dh* 13 luteus *om. D* luteolus απoμ^τω^υ teriu malleolus *D* aureus — aureolum *om. P* 14 *Plaut. Epid.* V 1, 34 epedeco *B* epitico *K* 15 lunulum *B* ane^l^lum *Rr* 16 insu est *P* 17 est ut caprea *r* capellus] *r* cappelus *R* 18 antecidente *G* ut filius *D* filioli *P* gladiolus. a propriis sergius *D* 19 Sergius Sergiolus] *add. g* seregius. iolus *K* Sergius — patriciolus *om. P* DE ASTER AB IVS. *DL* 20 Cicero — Antoniaster est *om. P* *Cic. pro L. Vareno or. fragm.* 8: *Cic. ed. Orell.* IIII 2 *p.* 443. *de ipsa or. cf. Drumannum Gesch. Roms etc.* V *p.* 234 *sq., ad h. l. Petri Victorii var. lect.* XIIII 23 uarreno *RGL* uarrone *h* 21 lucilius *B* septimus *RBDHGK* est alucii *B* L.^ucii^ *Rr* L.^uciū^ *Gg* crasi *GL* crasum *g* 22 uehimens *GLK* Erucius] *d et sic etiam cod. Ambros. Quintil. inst. or.* VIII 3, 22, *ubi vocc.* Erucius Antoniaster *ex hac or. laudantur* ericius *D* erutius *BGL* eritius *g* hiritius (*ad marg.* heri) *r* eruscius *k* 23 est *del. rdh* DE OLA AB EA ET IA. *D* e] ei *D*

ciunt diminutiva: [ut] 'laurea laureola', 'uncia unciola', 'filia filiola', 'Tullia Tulliola', 'lutea luteola'. Virgilius in bucolico:

Mollia luteola pingit vaccinia calta.

Iuvenalis in primo:

Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem.

neutra e vel i ante 'um' habentia in diminutivis o habent ante 'lum': 'luteum luteolum', 'pallium palliolum', 'laureum laureolum'. Iuvenalis in III:

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit.

Alia vero omnia in 'us' terminantia supra dictae declinationis nomina abiecta s accipiunt 'lus' et faciunt diminutiva: 'servus servulus', 'ventus ventulus', 'Graecus Graeculus', 'paucus pauculus', 'parvus parvulus', 'tantus tantulus', 'primus primulus'. feminina quoque in a desinentia con- 42
sonante anteposita et in 'um' neutra in 'ula' et in 'ulum' faciunt diminutiva, ut 'silva silvula', 'luna lunula' - Plautus in Epidico:

Lunulam atque anellum aureolum -,

'rubicunda rubicundula', 'lingua lingula' et per concisionem 'ligula', 'puella puellula', 'serra serrula'. Cicero pro Cluentio: ex omni parte dentatam et tortuosam venire serrulam. 'aqua' similiter 'aquula'. Plautus in Curculione:

1 ut *om. P* laureola *ex* laureolus *corr. D* uncia — deuncem *om. P* unceola *L* 2 *Verg. ecl* 2, 50 (*deficit Med.*) bocolico *HGK* 3 pangit *B* pinguit *G* pingint *Pal. m. alt. corr.* uacinnia *BDH* uacinia *Kd* calta *add. g* 4 *Iuv. sat.* I 1, 40 Iuuena (lis in primo) unciolam *Rr* 5 proculeus *K* sed] *r* * (& *ni f,*) *R* diuncem *B* *post* deuncem: Idem in eodem. [*sat.* I 3, 94 *sq.*] dorida (*sic h* dorido *RH* dorio *GKl* doridā *B*) nullo cultam (nullum culto *k* nullus cultum *l*) palliolo. In eodem (eolem *R* eadem *Kl*) [I 3, 203 *cf.* § 40] urceoli (urceolis *l* unceolis *K* urciolis *G*) sex *add. RBHGKl del. r* Idem in eodem. Dorida nullo cultam palliolo *add. d* Idem in eodem urceoli (sex) doria (d) nullā culto palliola **** in e ** ē (ad) *L* 6 DE OLVM AB EVM ET IVM. *DL* neutra] *r* Etiam neutra *RBDHGLK* habentiā *B* habentia — palliolum *om. P* 7 *post* palliolum: Iuuenalis in prima. Dorida nullo (*ex* nulla *corr.*) culta palliolo. In eodem urceoli sex. *add. r* Iuuenalis in primo. Dorido nullam (Dorida nullo *d*) cultam palliolo. *add. D* ut lareum *P* Iuuenalis — egit *om. P* *Iuv. sat.* III 8, 187 8 in .Ul. *K* 10 DE LVS AB VS. *D* De lus ab uus. *L* supra dicte *P* declinationis id est secundae nomina *H* 11 asccipiunt *K* lus et] .lu. *P* ut seruus *PB* ut tantus tantulus uentus uentulus seruus seruulus paruus paruulus graecus graeculus paucus pauculus primus *D* graecus graeculus uentus uentulus *K* 12 *post* pauculus: et palculus *add. GL* pauculus primus primulus tantus tantulus. *P* 13 DE VLA AB A ET DE LVM AB VM. *D* De ula ab a *L* quoque *om. P* in *add. r* in a *post* desinentia *repetit G* 14 um *add. r* faciunt diminutiua *om. L* diminutiuum *GK* 15 Plautus — serrulam *om. P* *Plaut. Epid.* V 1, 34 epedico *DK* 16 auriolum *K* 17 a rubicunda *GLK* rubicundula *add. d* *post* rubicundula: luna lunula *repetit L* linga *K* lingula (u) *L* ligula] *h* lingula *LH* 18 puellula *om. P* ser*a (r) ser*ula (r) *G* sera. (r) la. *K* *Cic. pro Cluent.* 64, 180 dentium *vel* dentum *codd. Cic. perperam* (*deficit h. l. Cic. Laur.*) 19 serrulam *G* serulam (r) *K* similiter aqua *r* similiter aquula — animula similiter *om. P* aquula] *l* aqula *GL* acula *BDK* 20 *Plaut. Curc.* I 3, 2 *sq.* (*v.* 159 *sq.*) corculione *HK*

Ne quae hic agimus erus †perspiciet fieri, mea Planesium;
Mane, suffundam aquulam.

similiter 'anima animula', similiter 'equa equula' - Plautus in cistellaria: |

Adhinnire equulam possum ego hanc, si detur sola soli -,

'arca arcula', 'mensa mensula'. Plautus in || mostellaria:

Cedo †mihi speculum et cum ornamentis arculam.

idem in eadem:

Age accumbe igitur; cedo aquam manibus, puere, appone hic mensulam.

in 'ulum': 'primum primulum', 'tantum tantulum'. et haec tamen et in 'olus' desinentia una syllaba vincunt sua primitiva.

43 In 'ster' et 'cio' et 'leus' satis pauca in usu inveniuntur [diminutiva] et fere haec: 'Antonius Antoniaster', 'surdus surdaster' - Cicero in Tusculanarum V: *erat surdaster M. Crassus* -, 'parasitus parasitaster', 'catulus catulaster', 'homo homuncio', 'senex senecio' - Afranius in prodito:

Tu senecionem hunc satis est si servas, anus -.

[in 'leus':] 'equus equuleus' - Cicero in Verrem de signis: *equuleos argenteos nobiles, quique maximi fuerant, aufert* -, [haec] 'acus' [hic] 'aculeus', 'oculus oculeus'.

1 Ne] *om. RBDH* Ne — Planesium *om. K* Neque *GL* quod *Plautus* eurus *R* herus *Dr* prospiciet *L* percipiat *Plautus* planetium *RDHGL* planecium *B* 3 subfundendam *R* effundam *L* fundam *B* aqulam *G* aculam *BD* acula *H* 4 animula equa *L* aequa aequula *P* equla *GK* ecula *BH* *Plaut. cistell.* (*astrabae s. clitellariae: cf.* § 29) *fragm.* 23 *p.* 435 *Both.* 6 equlam *GL* eculam *BDH* ego *om L* 7 mesa mesula *L* *Plaut. most.* I 3, 91 (*v.* 248) mustellaria *BDHL* cister *K* mu ** stellaria *Gg* (uel ci) 8 cedo mihi *Rr* (da) mihi *Prisc. cum libris Plautinis. l.* mi 9 *Plaut. most.* I 3, 150 (*v.* 308) eodem *D* 10 accumbae *K* caedo *L* puere] *d* puerae *D* puer *L* *libri Plautini* 11 ** hic *K* hinc *RHG* hic in mensula *L* mensam (mea(n)m *ex* meam *Vat.* 3870) *libri Plautini* 12 in ulum] enulleus *K* ulum] *d et in litura h* uleus *BDGL et ni f. H* culeus *in litura r* tamen *om. L* in olus] iollus *P* 14 DE ASTER ET CIO. *D* De ster et cio et leus *L* aster *DGh* cio] *r* scio *R* inueniuntur in usu *PBD* in usu *om. L* ussu *G* diminutiua *om. P* 15 Antonius *om. P* surdus — Crassus *om. P* surdus surdaster] *g* sordus sordaster *GL* sordus. diaster *K* *Cic. Tusc.* V 40, 116 tuscularum *L* quinto tusculanarum *B* 16 surdaster] *g* sordaster *GL* sordiaster *K* crassis *Rr* crasus *GL* parasiaster *P* 17 catullus catullaster *r* In cio *ante* homo *add. r* homuncio] *r* homuntio *R* senicio *RBGK* afranus *R* affranius *K* *Afran. in prodito fr.* 2 *p.* 185 *Both.* 243 *Neuk.* 169 *Ribb.* Afranius — leus *om. P* 19 senicionem *G* seruat *D* seruas sanus *Bl* 20 leus] *in litura h* eus *GK* ecus *g* eculeus *RBHdg* equleus *K* Cicero — aufert. haec *om. P* *Cic. in Verr.* II 4, 20, 42 Verrem] *g* uerem *G* eculeos *RBDHg* equleos *GK* 21 nobiles — fuerant au *in marg. add. k* quique maximi] *sic etiam uterque Cic. Guelferbyt.* quique maxime *Paris.* 7774 *A.* qui Q. Maximi *Lagom. tantum non omnes* maximi *ex* maxime *corr. H* maxime *K* 22 hic] *om. PD add. d* et oculus *B* occleus *G* ocileus *g*

p. 618 P. p. 137. 38 K.

Vsi sunt auctores etiam quibusdam Graecis diminutivis, ut **Terentius**:

Edepol, Syrisce, te curasti molliter.

Inveniuntur multa propria sive appellativa, quae cum non sint diminutiva, formas tamen diminutivorum habent, ut 'cuniculus', 'anniculus', 'Metellus', 'Camillus', 'Tibullus', 'frivolus frivola frivolum', 'Camilla', 'tabula', 'vinculum', 'periculum'. et sciendum, quod pauca inveniuntur diminutiva, quae non servant genera primitivorum, ut [haec] 'rana' [hic] 'ranunculus', [hic] 'canis' [haec] 'canicula', 'scutum' vel 'scuta' [id est rotunda forma] 'scutula', 'scutella' - **Lucilius** in V: 44

scutam
Ligneolam | in cerebro infixit -,

'hic qualus hoc quasillum', 'pistrinum pistrilla', 'haec acus hic aculeus', et praeterea 'anguis anguillă', 'unguis ungula', 'nubes nubilum', quae magis denominativa sunt existimanda quam diminutiva, quippe non habent diminutivorum significationem, sed formam tantum. praeterea 'panus panucula'. **Lucilius** in VIII:

Intus modo stet rectus . . subteminis panus.

Probus etiam ponit 'hoc glandium, haec glandula' [pars est in-

1 Vsi] *r* Vtsi *R* Vsi — molliter *om. P* in quibusdam *L* ut terentius *add. l* *Ter. ad.* V 1, 1 2 edelpol *B* sirisce *DGK Bas.* siri ce *g* siris cete *L* t *e *Rr* 3 DE HIS QVAE FORMAM TANTVM DIMINVTIVORVM (DEMINITIVORVM *D*) HABENT. *DL* non sint appellatiua formam tamen appellatiuorum habent ut *P* 4 habent diminutiuorum *RBDHL* uel o cuniculus *Gg* anniculus] aniculus *k* samiculus *l* sa*iculus *L* anniculus anniculus *H* metallus *K* 5 camillus] *k* camellus *K* camelus *L* uel i camellus *Gg* tibulus *PGK* uel bu tiuolus *Ll* fribolus fribola fribolum *RBDHG* uel bu friuolus fribola fribolum *L* fribulus . la . lum *K* fribullus fribola (friuolum *om.*) *P* *post* fribolum: quasi fere e bolo *D del. d* tabula uinculum *om. P* 6 DE HIS QVAE GENVS (gn͠rum *L*) PRIMITIVORVM NON SERVANT. *DL* 7 ut haec rana — aculeus. et praeterea] ut sunt ea quae donatus (*cf. Don. art.* II 4, 3 *p.* 1747 *P.*) asserit. et cetera ut *P* ut rana ranunculus *DG* hic *om. BLK* ranunculus] *r* rannunculus *R* 8 hic *om. D* haec *om. D* canicula dies diecula c stutum *L* rutunda *K* 9 et scutella *Br* Lucilius] *h* Lucius *RHK* *Lucil. sat.* V 23 *Dous.* 28 *Gerl.* VI. *B* 10 scutulam *Dresd. Erl.* 1 *Krehlii* scutellam | Ligneolam *Corpetus Sat. de C. Lucilius p.* 60 11 infinxit *L* 12 calus *K* qualus ΟΧΟΠΙΝΟϹ (*i. e.* ὁ κόφινος) *L* calus (qualus *g*) ΟΧΑΙΤΙΝΟϹ *G* casillum *G* quassillum *BH* cassillum *K* *post* quasillum *in marg.* ΟΚΟΡΙΝΟϹ *add. d* hec *ex corr. b* *acus hic *aculeus (c-c) *B* 13 anguila *L* angilla *K* unguis] *r* anguis *R* ungis *L* nubis *K* 14 didiminutiua *H* quippe cum non *B* 15 significationem deminutiuorum *P* praeterea — glandium, haec *om. P* panus] *glk* pannus *GLK* panucula] *rlk* panicula *P* pannicula *K* pannucula *GL* paenuncula *R* panucla *Non.* 149, 23 16 Lucilius] *r* Lucius *R* *Luc. sat.* VIII 13 *Dous.*, VIIII 1 *Gerl.*, VIIII 17 *Schmidt.* Lucilius in VIII: subtiminis panus. *cod. Charisii p.* 59 *P.* Lucilius lib. VIIII: foris subteminis panus est. *Non. l. l.* VIII* (I) *B* 17 I**u' modo stet rectu', foris subtemini' panust *Schmidtius C. Lucil. sat. quae de libro nono supersunt p.* 40 Intu' modo, stet rectu' foris, subtemini' panus *Corpetus l. l. p.* 76 subteminis] *r* subterminis *R* subtemines *h* subtiminis *K* panus] *l* pannus *GL* 18 Probus *ex* Probum *corr. B* probi *G cf. anal. Vindob. p.* 80 *et ann. ad lib.* V § 45 glandium] *d* glandulum *D* pars est intesti-

p. 618 P. p. 138 K.

testinorum], 'ensis ensiculus, ensicula', praeterea 'haec beta', 'malva', 'hic betaceus', 'malvaceus'. | ||

norum *om. P* 1 ensis ensis ensiculus *R* ensis — malvaceus] hensiculus abet—abetaceus malua maluaceus. *P* ensicula] *b* et ensicula *BDL* 2 hic betaceus maluaceus *add. l* betaceus] *b* betacius *B* be*taceus (a) *Dd* beataceus *K*

EXPLICIT LIB. III. DE DIMINVTIVIS. INCIPIT LIB. IIII DE DENOMINATIVIS. *R* EXPLIC. LIBER · TERTIVS | INCIP. LIB. IIII DE NOMINATIVO. *B* EXΠAICVIT LIB-. III. DE DIMMINV. | INCIP. AIB-. IIII. DE DENOATI *G* explicit liber III .... incipit quartus *L* de denominatiuis *add. l* finit *k* | Liber .IIII. de denominatiuis et uerbialibus et participialibus et aduerbialibus. quot eorum species. ex quibus primitiuis quomodo nascuntur. *K* EXPLICAT TERTIVS LIBER PRISCIANI:· | Quartus de denominatiuis et uerbialibus et participialibus quot eorum species ex quibus primitiuis quomodo nascuntur. | INCIPIT LIBER QVARTVS. *D* *inscr. caret H* .IIII'. lib. *m. rec. in H. hic desinit P*; *A inde ab initio libri* IIII *iterum inc.*: INCIPIT LIBER QVARTVS DE DENOMINATIVIS. *A*

LIBER QVARTVS.

p. 619 P. p. 139. 40 K.

DE DENOMINATIVIS.

Denominativum appellatur a voce primitivi sic nominatum, non ab ali- I 1
qua speciali significatione, sicut supra dictae species. habet igitur generalem nominationem omnium formarum, quae a nomine derivantur. nam et patronymica et possessiva et comparativa et superlativa et diminutiva praeter verbalia et adverbialia et ea, quae ex praepositionibus fiunt, ex maxima parte denominativa sunt, id est a nominibus derivantur. unde in illorum formis quoque sunt quaedam, quae, cum non habeant significationem eorum, denominativa iure appellantur, ut 'Timarchides' proprium, 'Aemilianus' quoque, 'Nobilior', 'Maximus', 'Catulus'. haec enim denominativa sunt dicenda, cum significationem suarum non servent formarum, etsi sint propria. de quibus tamen sufficienter, | cum de iis tractabatur, monstravimus.

Habent igitur denominativa formas plurimas et diversas significationes. quae quia late sunt confusae, generali eas nominatione artium scriptores nuncupaverunt denominativa. et quia multae inveniuntur formae communes tam denominativis quam verbalibus nec non etiam participialibus et adverbialibus, non incongruum esse exstimo, de his quoque in loco una tractare.

Sunt igitur formales denominativorum terminationes sive verbalium hae:

2 apellatur *AK* sic] sui *G* 3 significatione — nominationem *add. r* 4 formarum *et in sqq.* nam — possessiua, erlatiua — praeter *macula teguntur in A* 5 nam patronomica *H* 6 ** praeter *H* propter *BL* verbalia] *rd* uerbialia *RBD et sic persaepe libri* et ea] ** ea *G* ex ea *g* x ea *r* ea — fiunt *in litura ex corr. A* et maxima *RG* 7 *post* deriuantur: sed tamen specialem significationem habent *add. ADLr* sed speizalem habent significationem *k* und··] Deinde *D* uel Vnde *d* 8 quoque formis *G* habent *L* 9 eorum sed denominatiua *B* iure appellantur denominatiua *D* apellantur *A* timarcides *G* thimarchides *AH* forma patronimicorum *post* timarchides *add. L* forma patronomicorum *post* proprium *K* 10 aemillianus *A* Catulus] *d* catullus *D* denomin(a)utiua *Dd* 11 suarum formarum :· et sint (:· non seruant) *Dd* seruant *BAHGKd* formarum *add. r* 12 etsi] *B* et *rell* sunt *K* his *RBHGLK* tractabitur *B* 13 No(m)nstrauismus (*sic*) *A* 15 latae sunt et confusae *GK* latae sunt confuse *A* sunt et confusae *hl* 16 noncupauerunt *G* nonc(u)ipauerunt *in litura K* commones *K* 17 participialibus] *g* participalibus *GK* 18 existimo] *r* exhistimo *R* una in loco *B* in loco uno *LK* in uno loco *G* 20 MVLTIPLICES ET VARIAE TERMINATIONES DENOMINATIVORVM NOMINVM INCIPIVNT. *D* Variae terminationes denominatiuorum *L*. *singulas deinde terminationes in marg. ap-*

'ia', ut 'durus duritia', 'prudens prudentia', 'sapiens sapientia'; a consonante antecedente: 'cantus cantilena'; e: 'cubo cubile', 'sedeo sedile'; i: a fruge || 'frugi', a nihilo 'nihili' - quae tamen magis obliqui sunt supra positorum nominativorum, ut de nominativo et genetivo tractantes docebimus in sexto libro -; o, [ut] 'cicer Cicero'; u: 'tono tonitru'; 'al': 'cervix cervical', 'tribunus tribunal'; 'il': 'vigilo vigil', 'pugillus pugil'; 'ul': 'exulo exul', 'praesulo praesul'; 'am': 'nequis nequam'; 'um': 'oliva olivetum', 'rosa rosetum', 'tendo tentorium', 'sto stabulum', 'praesideo praesidium'; 'en': 'solor solamen'; 'ar': 'lacus lacunar', 'calx calcar', 'caedo Caesar'; 'er': 'eques equester', 'macies macer'; 'or': 'senatus senator', 'amo amator'; 'ur': 'satio' vel 'saturo satur', 'murmuro murmur'; 'as': 'primus primas', 'optimus optimas', 'civis civitas', 'probus probitas',| 'Arpinum Arpinas'; 'es' correptam: 'pes pedĕs', 'equus equĕs', 'tego tegĕs'; 'es' productam: 'pauper pauperiēs', 'acus aciēs', 'saepio saepēs', 'struo struēs', 'sterno stragēs'; 'is': 'aedis aedilis', 'rex regalis', 'amo amabilis', 'penetro penetrabilis', 'Athenae Atheniensis', 'Sicilia Siciliensis'; 'os': 'lepus lepos', 'custodio custos'; 'us' puram: 'occido occiduus' et 'assideo' (vel ab asse, ut quibusdam placet) 'assiduus'; 'us' diversis consonantibus antepositis: 'saxum saxosus', 'spuma spumosus', 'vito vitabundus', et a participiis: 'versus', 'saltus', quando quartae sunt declinationis, et ab adverbiis: 'supra' vel 'super superus', 'infra inferus', 'extra externus', 'hodie hodiernus'; in x: 'fur furax', 'capio capax', 'audeo audax', 'verto vertex'; in dŭas consonantes, ut 'Picenum Picens', 'Tiburtum Tiburs'.

3 Ergo in a desinentia denominativa i habent brevem ante a vel l vel

ponit L, *numeris additis distinguit D* 1 ia] IN . IA . *B* in [ia] *Rr* prudens . tia [o] *Kk* 2 ut cantus *A* ut cantus ACMA *D* cubile ΚΥΦω ΚωΦΗ *D* 3 i ut a fruge *in litura r* i ut fruge *B* afruge afrugi *A* frugi et nichilo *R* obliqui sunt magis *L* oblici *GK* uel obliqui *g* obliqui casus sunt *D* 4 nominativorum] *add. g* nominatiuorum nominum *L* tractantes *add. k* in sexto libro docebimus *DGLKr* 5 o cicer Cicero] *k om. RBAHGLK* o ut cicer cicero *Dh* in o cicer cicero *r* et subtus subtel si dixisset *in altero marg. add. k* u tono tonitru] *K* in u tono tonitru *GLr* u est terminans ut tono hoc tonitru *D* in u est terminans tono hoc tonitru *H* ut in u est terminans tono hoc tonitru *RB* In al *R* 6 uigilio *Rr* pugil *add. d* 7 exulo] *d* exsulo *AD* exul] *g* exsul *ADG* *post* exul *in litura ni f.* praesideo *in L* 8 teudorium *k* praesideo] *l* praesedeo *L* 9 en solor solamen *om. RHGLK at v.* § 16 en ut [solor] solamen *h* calx] clax *B* 10 caessar *Gg* equs *ni f. in l. evanido B* equus *Hh* equis *K* aequester *Rr* 11 sacio *AH* mormuro mormur *K* 12 *post* primas *duo quaterniones desunt in B cf. lib.* V § 56 optimas *ex iterato* optimus *corr. in A* ciues *K* probitas, Arpinum] *h* probitas . as . Arpinum *AH* 13 arpinum arpinas . arrinum arrinas. es *R* correpta *DK* equs *K* 14 es] *h* er *ni f. HK* producta *DK* ut pauper *RAG* 15 aedes *ADh* 16 penetro penetrabilis amo amabilis *D* penitro penitrabilis *K*. Athenae] *r* atthene *R* athenensis *K* sicilensis *K* 17 pura *RD* purum *L* 18 et ab assideo *DLk* 20 et participiis *Rr* 21 aduerbis *Gg* infernus *G* 22 *x *D* audeo] *h* aud*o (i?) *H* 25 DE A INCIPIT. *DL*. a *add. r*

n vel r, ut 'sapientĭa', 'acrimonĭa', 'cautela', 'suadela', 'tonstrina', 'armatura'. inveniuntur tamen in verbalibus etiam alias consonantes ante a habentia, sed quas a verbis ac||cipiunt, ut 'scribo scriba', 'convivo conviva', 'colligo collega'.

Secundae igitur declinationis nomina in 'us' desinentia c antecedente quotcumque sint syllabarum - nisi sint regionum nomina, quae derivantur ex his -, alia vero quacumque consonante ante 'us' posita tantum disyllaba et quae in 'is' | desinentia tertiae declinationis similem habent nominativo genetivum: quae secundae quidem sunt, genetivo, quae vero tertiae, dativo assumunt 'tia', ut 'amicus amici amicitia', 'inimicus inimici inimicitia', 'pudicus pudici pudicitia', 'laetus laeti laetitia', 'durus duri duritia', 'maestus maesti maestitia', 'stultus stulti stultitia', 'segnis segni segnitia', 'tristis tristi tristitia', i tam paenultima quam antepaenultima ubique correpta. alia vero supra dictis casibus assumunt a, paenultima i ubique in his quoque correpta: 'controversus controversi controversĭa', 'ignavus ignavi ignavĭa', 'violentus violenti violentĭa', 'superbus superbi superbĭa', 'modestus modesti modestĭa'. 'miser' quoque, quamvis in 'er' desinat, 'miseri miserĭa', 'astutus astuti astutĭa'. similiter regionum nomina pleraque: 'Italus Itali Italia', 'Gallus Galli Gallia', 'Sicanus Sicani Sicania', 'colonus coloni colonia', 'Hispanus Hispani Hispania', 'Dardanus Dardani Dardania', 'Tuscus Tusci Tuscia', 'Graecus Graeci Graecia', 'Teucrus' vel 'Teucer Teucri Teucria'. similiter faciunt tertiae declinationis nomina sive participia, quae una syllaba vincunt genetivo nominativum: assumunt enim dativo a, paenultima 4
i ubique, sicut supra dictum est, correpta: 'neglegens neglegenti neglegentĭa', 'prudens prudenti prudentĭa', 'misericors misericordi misericordĭa', 'iners inerti inertĭa', 'inops inopi inopĭa', 'ius iuri iniurĭa', 'nomen nomini ignominĭa', 'Caesar Caesari Caesarĭa'. inveniuntur tamen quaedam,

2 uerbialisbus *Kk* 3 uiuo (c̄) cumuiua (con) *Dd* 4 colligo colliga *ALk* 6 quotcumque] *rdh* quodcumque *RDH* q***cunque *K* quocunque numero *HL et in litura k* nomina et quae *G* 7 uero nomina quacunque *L* 8 is] *r* his *R* 9 de reḡ in ia *in marg. d* 10 amicus amicia amititia *A* inimititia *A* 11 puditītia *A* mestus *RAGL* me(s)tus *Dd* mestus . ti . tia *K* mesti mestitia *RADGL* 12 segnes *A* 14 in his quoque correpta *corr. ex* correpta in his quoque *A* his] is *r* ut controuersus *AD* contrauersus contrauersi contrauersia *GL* 15 (u)iolentus . ti . tia *K* 16 superbi *add. r* 18 astutia] *h* astuttia *H* Italus *om. D* 19 gallus gallia (gallĭa) *A* scycanus sycani sycania *H* co*lonus co*loni co*lonia (l) *D* colonus — Hispania *in marg. add. K* 21 grae(c)tia *Rr* T(h)eucrus uel teucer theucria *R* teucrus uel teucer theucria *r* teocrus uel teocer . ri . teocria *K* Teucri *om. L* 22 De nominibus uel participiis *in marg. d* 23 genetiuo] *d* genetiuum *D* enim in datiuo *A* 24 ut neglegens *D* negligens *G* negligens . ti . tia *K* ne*glegenti (c) *D* 26 inersti *D*

quae in 'monĭa' desinunt, a nominibus sive | verbis derivata, 'castus casti castimonia', 'parco parsi parsimonia', 'queror querimonia', 'acer acri acrimonia'. Cicero in Verrem primo: quare si Glabrionis patris vim et acrimoniam.

Consonante vero antecedente in a desinentia || denominativa seu verbalia formas habent tres: 'lā', 'na', 'ra'.

'La' e longa antecedente: 'cautus cauti cautēla', 'tutus tuti tutēla', 'acutus acuti acutēla', 'custos custodi custodēla', 'mandatum mandati man-
5 datēla', 'cliens clienti clientēla'. et nota, quod omnia extremam vocalem genetivi, si secundae sint, sin tertiae, dativi in e longam convertentia assumunt 'la', quae vero a verbis fiunt secundae coniugationis a secunda persona abiciunt s et assumunt 'la': 'candeo candes candēla', 'suadeo suades Suadēla'. Horatius in epistularum I:

Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.

'Na' vero desinentia denominativa sive verbalia, de quibus iam diximus, cum de possessivis 'nus' vel 'na' vel 'num' desinentibus tractabamus, omnimodo longam habent paenultimam vel natura vel positione: 'officium officīna', 'medicus medicīna', 'rex regis regīna', 'leo leaēna', 'doctrix doctrīna', 'tonstrix tonstrīna', 'cocus cocīna' et 'culīna', 'cantus cantilēna', 'far farīna', 'luceo lucērna', 'lux Lucīna', 'lateo latērna'. nam 'Mutĭna', 'sagăna', 'pagĭna' non videntur esse derivativa. ['sagana' enim et 'saga' idem significant.]

6 'Ra' autem terminantia omnia participiis femininis futuri temporis similem habent formam, unde paenultima quoque u sine dubio producitur:

1 monia] *r* Nomina *R* *monia (e?) *A* *monia (i?) *H* ut castus *AD* 2 queror] *r* quaeror *RAH* queror queri (tur) querimonia (queri (tur) *postea al. m. del.*) *Dd* q̄ror. emonia *K* quaerimonia *H* acer acri *add. g* 3 *Cic. in Verr.* I 17, 52 Cicero — acrimoniam *in marg. add. l* primo] in *D* si Glabrionis *Cicero* si .G. glabrionis *H* sig̃.glabrionis *R* sigglabrionis *A* sig(i)nificat glabrionis *DGKl* 4 um *Hh* acrimonia *A* 5 De formationibus tres la . na . ra *d* tres habent *D* 7 De la *D* cautella *K* 8 acutus acuti acutela] *r Lips.* 1 *Erl.* 1 2 *Dresd. et sup. lin. al. m. Heidelb. Krehlii, cf. Lachmanni in Lucr. comm. p.* 204, *om. RH* cutis cuti cutela *ADGKl* cutis cuti cuticula *L* mandataela *R* 9 cliceus clicenti clicentela *a* dicens diccuti dicentela *A* 10 sunt *A* tertiae declinationis datiui *A* ·i· datiui *L* 11 fi**unt *H* saecundae *R* 13 Oratius *AGHK* *Horat. epp.* I 6, 38 aepistolarum *K* primo epistolarum *D* .I. epistolarum *A* 14 hac *D* nam, at, et *codd. nonnulli Horat.* numatum *r* nummatim *RAHGLK* 15 De na *in mg. d* In na *ADGLKr* seu *K* 16 in nus *GLK* 17 ut officium *D* 18 lacena *A* doxtris *A* 19 cocus] *r* cocos *R* coquus *Gd* cocus co(ci)cina *Kk* cocina] *G* uel coquina *g* coquina *d* culina] *D* uel colina *d* colina *G* cantelina *G* uel cantelena *g* 20 fa(r)rina *K* lucerna. (.lux) facit. lucis *Aa* lux Lucina] *R* lux lucis Lucina *rell.* lanterna *g* 21 sagana] sagina *K* uidetur *A* deriua(iua)ta *Hh* sagana — significant *del. d* Saga enim et sagana *L* 23 De ra *in marg. d* terminantia] desinentia *K*

'scriptūra', | 'censūra', 'tonsūra', 'usūra', 'litūra', 'natūra', 'armatūra'. et sciendum, quod supra dictae omnes formae [id est in a desinentes] proprie sunt feminini generis. inveniuntur tamen pauca verbalia, ut supra dictum est, masculina sive communia consonantes verborum servantia, ut 'scribo, hic scriba', 'lego, hic collega', 'fugio, hic' et 'haec perfuga', 'assequor assecula', 'advenio advena', 'convenio convena', 'vivo conviva'.

In e desinentia derivativa neutra sunt, ut 'sedile', 'monile', 'cubile', || 7 'utile', et quia pleraque a communibus in 'is' terminantibus nascuntur, melius cum illis tractabuntur.

In i duo sunt denominativa, ut plerisque videtur, indeclinabilia, 'frugi' a fruge, 'nihili' a || nihilo. quidam enim figurate 'frugi' dativum et 'nihili' genetivum, ut ante dictum est, cum aliis omnibus coniungi casibus non irrationabiliter dicunt, sicut 'mancipi' et 'nec mancipi' et 'cordi' et 'huiusmodi' et 'illiusmodi' et similia.

In o masculina quidem et communia pauca inveniuntur derivativa, ut a cicere 'Cicero', ab eo quod est 'catus' 'Cato' et a capite 'Capito', a labe 'Labeo', a latendo 'latro', a leniendo 'leno', a comedendo 'comedo', a palpando 'palpo', ab epulando 'epulo'. Cicero de oratore: tres viros epulones.

Feminina vero plurima derivativa inveniuntur modo in 'io' modo in 8 'go' modo in 'do' desinentia, et paene omnia rerum sunt incorporalium.

In 'io' igitur terminantia plerumque a participiis fiunt praeteriti temporis, quorum genetivus assumpta o et correpta i facit huiuscemodi nomina: 'oratus orati oratio', 'accusatus accusati accusatio', 'status stati statio', 'datus dati datio', 'nexus nexi ne|xio', 'abolitus aboliti abolitio',

1 ut scriptura creatura tritura censura *D* tonsura censura *H* natura cultura armatura *D* creatura tritura cultura *post* armatura *in marg. add. h* 2 in a] *rh* in ca *R* in *a *H* propriae *HL* 3 tamen *add. r* 4 sive] uel *DG* seruantesiia *H* 5 scrobo (i) hic scraba (i) *Rr* colliga *AK* collega. hic et haec perfuga a fugio uerbo. *D* perfuga] *k* profuga *K* 6 assequor assecula] *r* adsequor adsecula *RAD* adsequor adsace*la (u) *H* assequor assecla *GL* adsequor adsecla *K* conuenio conuena *add. k* vivo] conuiuo *Lh* 7 In e *ac similiter deinceps per singulas terminationes inscr. DL* deriuata (iu) *Hh* munile *RG* 8 in his *A* 10 denominatiua sunt *K* a fruge frugi a nihilo nihili *D* fugi (r) *Rr* 12 ge | enitiuum *L* cassibus *G* 13 inrationabiliter *RADH* et nec mancipi] *l* et nec mancipii *K* et mancipi *L* et mancipii *G* et haec mancipi *A* huiusmodi] *r* huiuscemodi *R* 14 similia] *rh* similibus *RADGHLK* 15 deriuata (iu) *Hh* 16 a cicere * (cicero) *Dd* est *om. L* capite (a) *Rr* 18 epulando] *h* epulendo *HL* *Cic. de or.* III 19, 73 tris *v. l. codd. Cic.* 20 deriuata (iu) *Hh* inueniuntur deriuatiua *L* ios (i) *Rr* 21 poene *H* 22 participis *Gg* 23 assumta *G* et *om. G* huius modi *G* 24 accus*atus accus*ati accus*atio (s) *A* acusatus acusati acusatio *G* acussatus . ti . accussatio *L* status stati statio] satus . ti satio *L* stati *om. K* 25 nexi *om. K* aboblitus *H* abolitus aboliti abolitio] *g* obolitus oboliti obolitio *GL*

'auctus aucti auctio', 'lectus lecti lectio', 'perfectus perfecti perfectio', 'munitus muniti munitio', 'haustus hausti haustio'; 'internectus' autem 'internecti internecio' fecit euphoniae causa abiecta t.

9 In 'go' vero desinentia, sive sint derivativa seu primitiva sive composita, paenultimam producunt vel natura vel positione: 'virāgo', 'compāgo', 'Carthāgo', 'sartāgo', 'calīgo', 'ulīgo', 'rubīgo', 'ferrūgo', 'aerūgo', 'vīrgo', 'mārgo'; excipitur unum 'lĭgo', cuius paenultima corripitur, nec mirum, cum sit masculinum et solum disyllabum vocalem ante 'go' habens.

In 'do' desinentia derivativa tam a nominibus quam a verbis vel participiis veniunt. haec quoque modo e longam vel i modo 'tu' habent ante 'do', ut 'acris acrēdo', 'dulcis dulcēdo', 'intercapio intercapēdo', 'torpeo torpēdo', 'libet libīdo', 'cupio cupīdo', 'formido formidas formīdo formidinis', quod ideo fecit simile nomen verbale primitivo verbo, quia ipsa positio verbi talem habuit formam. in tudo: 'fortitūdo', 'magnitūdo', 'habitūdo'. et sciendum, quod e productam || ante 'do' habentia, si a nominibus derivantur, extremae syllabae terminationes in e convertunt et accipiunt 'do', ut 'dulcis dulcēdo', 'acris acrēdo', sin a verbis, secundarum terminationes personarum in e productam similiter vertunt et accepta 'do' faciunt supra dictae formae derivativum, ut 'intercapio intercapis intercapēdo', 'torpeo torpes torpēdo'. similiter i ante 'do' habentia extremas
10 syllabas secundae vel tertiae personae in i longam convertunt et accipiunt 'do': 'cupio cupis cupīdo', 'libet libīdo'. excipitur 'formīdo' propter supra dictam cau|sam. in 'tudo' vero desinentia, si a nominibus veniunt secundae declinationis, non participiis vel participialibus, genetivo, sin tertiae, dativo assumunt 'tudo' i antepaenultima correpta, ut 'amplus ampli amplĭtudo', 'magnus magni magnĭtudo', 'firmus firmi firmĭtudo', 'longus

1 aocti (v supra) *Aa* autio *R* lecti] *ex* lectio *corr. A* 2 autem *om. GK add. k* 3 internecio] *rh* internectio *RH* internicio *L* facit *GK* acuphoniae *Rr* eupho*niae *A* eufoniae *K* abiecta t *om. G* t primitiui. In *L* 4 primitiua uel composita *HK* 5 ut uirago (a supra) *Dh* uirgo *L* 6 kartago *RDK* chartago *H* kharthago *L* sartago] *add. l* sarthago *GK* rubigo] *h* robigo *AH* uir rubigo genus uitii quo culmi periunt sed abusiue rubigo dicitur nam rubigo uitium obscenae liuidinis (b supra) uel obsceni liuoris ut uarro (*cf. Ritschelii quaest. Varr. p.* 53) ait, quod uillous (*sic ni f.; l.* ulcus) uocatur *in marg. ex Servio ad georg.* I 151 *add. K* 7 Excipiuntur *A* unum *om. G* 8 uocalem i *L* 10 derivativa] *h* deriuata *KH* 11 longam modo i modo *D* uel i modo tu *add. g* 12 acredo — formidas *add. g.* dulcis (*sic*) *H* ****** dulcis (dulcis) *L* 14 facit *R* quia] quod *AGLK* 16 *e productam *H* 19 conuertunt *D* accepta] *ex* accepto *corr. A* acepto *L* 20 diriuatium *Rr* diriuationes *A* deriuationes *D* 22 accipiendo (unt supra) *Rr* 23 ut cupio *DG* Excipitur formido *in mg. add. H* 25 non a participiis *D* 26 i peneultima *L* ut amplius *H* ampitudo (l supra) *Dd* 27 longus — fortitudo *in marg. add. d*

longi longĭtudo', 'celsus celsi celsĭtudo', 'multus multi multĭtudo', 'solus soli solĭtudo', 'similis simili similĭtudo', 'suavis suavi suavĭtudo', 'fortis forti fortĭtudo', sin a participiis vel participialibus in 'tus' desinentibus derivantur, abiecta s assumunt 'do': 'habitus habitudo'. a testa quoque sive testu 'testudo', quod est corporale. nec non omnia in 'do' desinentia, quamvis non sint derivativa, paenultimam u habentia producunt eam natura vel positione, ut 'hirūndo', 'harūndo', 'hirūdo'.

In u derivativa pauca invenio: 'specus specu', 'pecus pecu', 'testa testu', 'tonitrus tonitru', 'cornus cornu'. nec interest aliquid inter primitivorum et derivativorum significationem, ideoque dubium, an sint derivativa dicenda. 11

In 'al' desinentia denominativa, si primitiva [eorum] paenultimam natura vel positione habuerint productam, ea quoque longam habent paenultimam: 'cērvix cervicis cervīcal', 'tribūnus tribūnal', 'vēctus vectīgal', 'lupērcus lupērcal', sin illa brevem, ea quoque | correptam: 'tŏrus tŏral', 'anĭmus' vel 'anĭma anĭmal'.

In 'il' vel 'ul' desinentia, sive a nominibus seu a verbis derivata sint, fiunt abie||ctione extremarum vocalium sive syllabarum primitivi, ut 'pugillus pugil', 'vigilo vigil', 'consulo consul', 'exulo exul', 'praesulo praesul'.

In 'am' unum invenitur trium generum commune, quod derivatur a 'nequeo' vel 'nequis', 'nequam'.

In 'um' desinentia derivativa sive etiam composita diversas habent formas: quaedam enim vocalem habent e longam vel i correptam ante 'um': e, ut 'olivētum', 'vinētum', 'corylētum', 'rosētum', 'dumētum', 'quercētum', 'aesculētum', 'myrtētum' - quamvis feminino genere Plautus in vidularia hoc protulit: 12

1 caelsus. caelsi caelsitudo *L* caelsus .si. caelsitudo *G* celsi *om. d* 3 Si a (N *suprascr.*) *Rr* vel] siue *L* partitipialibus *R* 4 ut abitus (h *suprascr.*) *Dd* habitudo haec testa et hoc testu A testa *R* haec — testu *uncis incl. r* a *om. AK* siue a testu *D* 5 desinentia in do *K* . in *add. d* 6 derivativa] *h* deriuata *H* diriuata *G* eam uel natura uel (uel *suprascr.*) *D* 7 et positione *Kk* herundo *Ld* hyrundo *H* *irudo (h) (uel erudo .i. emblema *suprascr.*) *Gg* uel erudo s. emblema erudo *K* arundo *HGLr* hyrudo *H* herundo *K* hacrundo *G* 8 hoc specu *Rr* pecus pecu] *d* pecu.pecus *D* 10 dubium est an *H* dubium es an *D* dubium non sunt *L* 12 eorum *om. D* 13 habuerunt *L* 14 baec ceruix *R* ut ceruix *ADh* et ceruix *L* 15 lupercus appellatur locus ubi pan deus colitur *in marg. k* ut torus *Dh* 17 vel ul] *r* uel in ul *rell.* 18 extrimarum *K* 19 uigolo *K* ex*ulo ex*ul (s) *D* 21 commune *om. L* deriuaitur *D* 22 uel *del. h* 23 composita* (e) *L* *equidem per totum hunc locum librorum tantum non omnium consensum secutus ipsum sive Priscianum sive Theodorum aeque lapsum esse arbitror atque infra* § 15, *ubi derivativa in 'monium' tractantur, quae huc pertinent* 24 Quaedam enim uocalem i habent ante tum (uocalem habent ante um *3 μπ*) quaedam consonantes. 1 (I *om. μ*) ut augurium — habent formas. Quaedam enim e longam habent (habent e longam *edd.*) ante tum ut oliuetum — id est περιεκτικά *cod. Lips.* 2 *teste Krehlio, eumque ordinem sequuntur edd. ante α, Krehlius.* Quaedam enim uocalem habent e longam ante tum, quaedam i correptam ante um: e, ut oliuetum *etc. αβκ Putsch.* 25 oleuetum *G* coriletum *HGKr* 26 aesquiletum *R* mirtetum *RAGHK* femino *K* *Plaut. vidul. fr.* 2 *p.* 441 *Both.* 27 in vidularia]

p. 625 P. p. 147. 48 K.

Nescio qui servus e myrteta †prosiluit -,

quae sunt continentia vel comprehensiva, id est περιεκτικά. i, ut 'augurĭum', 'solarĭum', 'pomarĭum', 'solacĭum', 'savĭum', 'basĭum', 'odĭum', 'remedĭum', 'concubĭum', 'Palladĭum', 'officĭum', 'conubĭum', 'convivĭum', 'exilĭum', 'consilĭum', 'indicĭum', 'meritorĭum', 'municipĭum', 'praesidĭum', 'domicilĭum'.

Consonantes quoque ante 'um' habentia [derivativa] diversas habent formas.

13 Alia enim in 'bulum' desinunt, quae forma assimilis est diminutivis, et veniunt a nominibus vel a verbis, ut 'cuna cunabulum', 'Vesta' vel 'vestis vestibulum', 'tus turis turibulum', 'voco vocas vocabulum', 'concilias conciliabulum', 'stas | stabulum', 'pasco pabulum', 'prosto prostibulum', 'patior' vel 'pateo patibulum'. et attendendum, quod paenultima in omnibus corripitur, antepaenultima vero, si i habeat, corripitur: 'vestĭbŭlum', 'prostĭbŭlum', 'patĭbŭlum', sin vero a, producitur: 'cunābŭlum', 'vocābŭlum', 'conciliābŭlum', pābŭlum'. excipitur 'stăbŭlum', quod corripit a; nec mirum, cum verbum quoque 'stăbulo stăbulas' eandem corripuit syllabam et 'stăbilis' et 'stătus' et quaecumque a verbo 'sto stas' derivata fuerint. (excipitur 'stāmen' et 'stātura', quod tam nomen quam participium est. Lucanus in III:

lassant rumpentes stamina Parcas.

idem in II:

Vanaque percussit pontum Symplegas inanem
Et statura redit.

om. L uicularia (aulu *supra*) Rr uitularia AH uidulario K i quis LKdh mirfeta HK mirtea (t *supra*) Gg myrtheta A prosilit Bothius 2 contenentia G conprehensiua DHL περιεκτικά] 2 (voc. Gr. lac. rel. indic. 1) περιηcτιcα Monac. m. alt. periecti** H periectiua RDGLKh Monac. uel proiectiua d proiectiua A περιληπτικά vertit Prisc. lib. V § 55 i om. RAD augorium L 3 solatium AH suauium ALK et in litura h hodium K 4 convivium] conuicium L 7 deriuatiua om. D 9 adsimilis GH similis D 10 uel uerbis LK 11 uoco om. G concilio concilias DL concilio . as K 12 sto stas DL sto. as K pabulum] r papulum R pauulum K 13 uel pateo patibulum ex patibulum uel pateo restit. K adtendendum RA in nominibus G in· ****** omnibus (ultima) L 14 corripitur tiribulum (v *supra*) uestibulum h ut uestibulum D uestibulum: patibulum (: turribulum prostibulum *supra*) A 15 ut cunabulum A pabulum G 17 *oque (qu *supra*) Dd corripit Rh 18 stas nomina deriuata ADGL 19 et stamen et A stamen statura H 20 est om. A Luc. Phars. III 19 III scripsi VI (sexto D) libri; scribendum quis suspicetur Lucanus in VI (v. 777): Tristia non equidem Parcarum stamina, dixit. idem in III: lassant etc. 21 lassant] Lucanus lazant R laxant r rell. cum nonnullis codd. Lucani, quod a Prisc. archetypo alienum fuisse ex cod. R lectione colligas parcas (uel ae *supra*) Gg parcae LK 22 Id est A Luc. Phars. II 718 sq. II scripsi VII (septimo D VII (mo *supra*) r) libri 23 Vanaque] uanaquae A unaque G et, in uanaque corr., Luc. Voss. B una L percussit] d percusit DGK simplegas D sym*legas K symflegas k 24 statura] r sat tura R

'stāturus' quoque et 'stāturum' producun||tur, quamvis 'stătus stăta stătum' corripiuntur. idem in X:

zephyros quoque vana vetustas
His adscripsit aquis, quorum stata tempora flatus.)

inveniuntur etiam quaedam in 'culum' desinentia, quae a secunda deri- III 14
vantur persona, ut 'devertis deverticulum', 'verris verriculum', 'perior periris' (unde 'peritus') 'periculum', 'oras oraculum', 'propugnas propugnaculum', 'obstas obstaculum', 'miraris miraculum', 'perpendis perpendiculum'. a simplici quoque, quod in usu non est, 'specio specis speculum' pro 'speciculum' per syncopam 'ci' euphoniae causa. similiter a 'fero fers' 'ferculum'.

Alia vero in 'mentum' desinunt, quae plerumque a verbis veniunt: 'vestio vestis vestimentum', 'hortor hortaris hortamentum', 'orno ornas ornamentum', 'sacro sacras sacramentum', 'fundo fundas fundamentum', 'moneo monitus monimentum', 'alo alis alimentum', 'incresco incremen-
tum'. | et sciendum, quod antepaenultimam productam habent vel correp- 15
tam, prout sint paenultimae syllabae praeteriti temporis eorum verborum, ex quibus derivantur: 'ornāvi' vel 'ornātus ornāmentum', 'monui monĭtus monĭmentum', 'alui alĭtus alĭmentum', 'incrēvi' vel 'incrētus incrēmentum', 'munīvi munītus munīmentum', 'fulcīvi fulcīmentum'. in 'monium' etiam inveniuntur derivativa, i correpta antecedente, ut 'patri patrĭmonium', 'matri matrĭmonium', 'testi testĭmonium'.

Sunt alia in 'um' participiis similia, ut 'factum', 'tectum', 'dictum', 'visum', alia quae a verbis derivantur o in 'um' convertentia: 'regno regnum', 'velo velum', 'stagno stagnum', 'vado vadum'.

In 'en' desinentia derivativa m antecedente paene omnia verbalia sunt 16
et neutra, et si sint a prima coniugatione, a longam habent paenultimam,

2 corripiuntur] *k* corripiantur *DHK et ex* corripiuntur *mut. A* corripitur *G* *Luc. Phars.* X 239 *sq.* 3 zephiros *ADHL et sic Luc. Voss. uterque* sephiros *G* sepheros *K* 4 ascripsit *DGLKr* asscripsit *Luc. Voss. B* adscribit *et* ascribit *aliquot codd. Luc.* aquis *om. Luc. Voss. B*, *add. m. alt.* stata ** *K* 5 quaedam etiam *K* 6 persona] uerborum persona *RDLK* devertis deverticulum] *d* di[r]uertis diuerticulum *ADGh* verris verriculum] *ex* uerriculum uerris *restit. L* uerticulum *A* peris periculum *ante* perior *add. K* perior — periculum] peris *D* peririris *R* perieris ******* unde (periculum) *L* 7 oro. as *K* 8 perpendi[v]colom *Aa* 10 pro [.ci]speculum *Aa* sincopam abiecta ci *L* eufoniae causa abiecta. similiter *K* 13 ut uestio *G* horno hornas hornamentum *Dd* 14 fundis[a] *Rr* 15 monitus] *r* mones *R* alio *Rr* al[i]mentum *Dd* 18 ut ornaui *h* ut *ornaui (h) *D* [na]ormentum *Hh* moneo monitus monimentum] *ex* monimentum moneo monitus *corr. L* uel monitus *D* 19 monimentum] *k* monumentum *K* uel alitus *D* 20 mon[v]iui mon[v]itus *Kk* uel munitus *D* falc[v]iui falc[v]imentum *Kk* 21 diriuata *A* 23 particip[i]is *Gg* dictum tectum *G* . 24 ut regno *A* 26 desinentia *om. A* uerbiali *Hh* 27 coiugatione *G* habent longam *R*

ut 'solor solaris solāmen', 'foro foras forāmen', 'curvo curvas curvāmen', 'oblecto oblectas oblectāmen', 'purgo purgas purgāmen', 'irrito irritas irritāmen', 'ligo ligas ligāmen', sin a secunda vel tertia, i habent correptam, ut 'moneo mones monĭmen', 'rego regis regĭmen', 'tego tegis tegĭmen' et per concisionem 'te||gmen', a 'specio specis' vel 'specie specĭmen', vel u productam, si in 'uo' desinit verbum: 'acuo acūmen', 'fluo flūmen', 'nuo nūmen' ('numen' enim est dei nutus. unde Virgilius:

meo sine numine, venti,

id est sine meo nutu), 'luo lūmen' (quo omnia abluuntur, id est purgantur a tenebris).
17 a verbis vero quartae venientia i productam habent: 'munio munīmen', 'lenio lenīmen', 'molior molīmen'. pauca inveniuntur in 'en' derivativa generis masculini: a pectendo 'pecten', | a filo 'filamen', quod per syncopam i 'flamen' dicimus. et a canendo tamen composita masculina sunt, quae in 'cen' desinentia i correptam habent paenultimam: 'tubĭcen', 'cornĭcen', 'fidĭcen'. excipitur unum 'tibīcen', quod ideo solum i productam habuit paenultimam, quod synaeresis facta est duorum i brevium in unam longam. debuit enim i geminari, quia solet plerumque in compositione a in i converti, ut 'cado incido', 'facio inficio', 'iacio iniicio, reiicio', 'amicus inimicus', 'tuba tubicen'. sic ergo 'tibia' 'tibiicen' faciebat, ex quo factum est 'tibicen'. (nec solum i, sed aliae quoque vocales in multis dictionibus sic solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut 'biiugae bīgae', 'quadriiugae quadrīgae', 'biuni bīni'. et ex contrario una longa in duas breves saepe solet tempo-

3 sin a *K* 4 monimen*** (tum) *H* monimen et monimentum *LK* rego regis *om. L* regimen et regimentum *GL* regimen regimentum *K* tego . gis . men . mentum *K* 5 tegimen et tegimentum et *GL* concisione *R* concissionem *AL* tegmen] tegmina *L* a specio. specis vel specie] *r* aspicio aspicis uel a specie *R* aspicio aspicis uel species *L* a specie *A* 6 ut acuo *AD* 7 est *om. G* dei] *g* diei *ni f. G* notus (v) quare numen dicitur *Rr* *Verg. Aen.* I 133 *post* Virgilius: in I *add. G* in primo aeneidos *D* 10 sine (meo) nutu *Gg* 11 uero *om. A* ut munio *Dr* munio munio munimen lenio lenio lenis lenimen molior (ris) molimen *L* munio . is (v) menimen lenio .is. lenimen molior .ris .limen *K* 13 deriuata *L* ut a *ADh* hic pecten *Rr* 14 i *om. G* flamen] *r* flamen hoc *R* conpossita *R* 16 tubicen liticen cornicen *AD* 17 in peneultima *K* sin(h)aeresis *Rr* sinheresis *ADH* sinarisis *GK* sinaeressis *L* 18 duorum ii *RH* duorum *i (i) *D* quia] quod *K* 20 iacio *ex* gatio *corr. r* iniicio reiicio] *r* inicio reicio *RD* iniicio reicio *H* *ubacen (t i) *Rr* tubicen (liricen) *Hh* *post* tubicen: sic ergo — tibicen *om. L add. l* 21 tibiicen] *r* tibicen *RA* faciebant *R et in* faciebat *corr. H* 23 *post* transire: ut biiugae .ii. excluditur et duo ii in unam longam conuertuntur. *add. H* biiugae] biugae *GK* quadriiugae] quadriugae *GK* biuni] bi-uni *h* bis uni *ADr et ni f. in litura H* In h's uni *R* 24 e *r* una *in marg. add. H*

ribus dividi: 'admittĭĕr' pro 'admittī', 'fĭĕri' pro 'fīri' vel 'fīre', quod magis analogum est, unde Virgilius in IIII georgicon:

At suffire thymo cerasque recidere inanis
Quis dubitet?)

In 'ar' desinentia derivativa si consonantem habeant ante 'ar', paenultima syllaba producitur, sin vocalem, corripitur, ut 'caesus Caēsar', 'lacus lacūnar', 'lupa lupānar', 'laqueus' autem 'laquĕar'. 18

In 'er' derivativa a nominibus pleraque s et t habent ante 'er': 'eques equester', 'pedes pedester', 'silva silvester', 'campus campester', 'apium apiaster', 'olea oleaster'. et sciendum, quod a habent ante 'ster', cum in nomine primae positionis nulla sit consonans inter vocales paenultimae et ultimae syllabae, ut 'apium apiaster', 'olea oleaster'. || diminutiva quoque huiuscemodi formae, de quibus iam diximus, a habent ante 'ster': 'parasitaster', 'Antoniaster', 'Catulaster'. alia vero omnia e habent ante | 'ster' excepto 'paluster'. et haec quidem denominativa sunt. sunt autem verbalia, quae verborum consonantem servant ante 'er': 'rubeo ruber' - Horatius in I sermonum:

Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus -,

'piget piger', 'macero macer'.

In 'or' et in 'ur' a verbis invenio fieri abiectione o, ut 'coloro color', 'laboro labor', 'honoro honor', 'decoro decor', 'adoro ador', 'murmuro murmur', 'auguro augur', 'saturo satur': hoc tamen facit et femininum 'satura' et neutrum 'saturum'. alia vero in 'or' desinentia assumunt verbo r: 'amo amor', 'furo' (unde 'furens') 'furor'; alia a nominibus 19
vel participiis in 'us' desinentibus fiunt mutatione 'us' in 'or': 'senatus senator', 'dictatus dictator', 'tonsus tonsor'.

In 'as' pleraque denominativa sunt, quorum primitiva, si sint secundae declinationis, genetivo, sin tertiae, dativo assumunt 'tas', i paenul-

d uel d uel d
1 ut admittier *D* ut admitier *K* a*mittier *Rr* ammittier pro ammitti *L* ammittier pro ammitti *Gg* uel firae *K* 2 analo*gum (n) *R* analogia *A* analogiae *h* est *om. G* *Verg. georg.* IIII 241 *sq. cf. lib.* VIII § 83 *et* X § 50 3 At] *h* Ad *H* Aut *Med.* At
y
suffire *add. r* sufferre *Rom.* sufferre thumos *Med.* suffere fauos thymo *Pal.* thimo *AD* timo *GL* tymo *K* caerasque *G* coerasque *K* c*erasque *L* recedere *GLK* inanes *ADHGLK Med.* 5 habent *D* 6 ut *om. LK* caessus *G* 8 ante .r. *A* ut eques *D* 9 capester *A* apium apiaster *bis scr. H* 10 olea *ex* oleum *corr. K* *post* ster: i e In primitiuo *R*, *quod gloss.*, *ad sqq.* in
e
nomine primae positionis *pertinens, uncis inclusit r* 12 et ultimae *add. g* ultima *Rr* 13 forma *L* *post* ante ster: parasitaster — ante ster *om. R add. r* 14 parasitasunt (parasitast *pro* parasitasi *legens*) *A* parasitaster surdaster antoniaster *Dh* catullaster *r* habent *add. k* ante *add. l* 15 denominatiua Sunt autem *L* 16 ut rubeo *A* Horatius] *r* Oratius *RK* *Hor. serm.* I 8, 5 18 que *om. L* inguine] *g* unguine *GK* iungine *L* 20 in ur] *h* ur *HL* 21 labor
uel a
roboro robor (robur *k*) honoro *K* decoro decor** (or) *H* odoro ·or *K* mor-
v
muro mormur *G* 22 mormur *K* facit femininum *D* 24 ut amo *ADr* ferens *A* 25 ut senatus *D* 26 questus questor *post* senator *add. L* certus certor quesitus ·or *add. K* dicatus dicator *A* dictator *add. r* 28 datiuuo *A* tas] *d* as *D*

tima ubique correpta: 'probus probi probĭtas', 'novus novi novĭtas', 'bonus boni bonĭtas', 'mendicus mendici mendicĭtas', 'asper asperi asperĭtas', 'prosper' vel 'prosperus prosperi prosperĭtas', 'integer integri integrĭtas', 'sincerus sinceri sincerĭtas', 'sedulus seduli sedulĭtas', 'timidus timidi timidĭtas'. et notandum, quod, quae in genetivo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniae causa, ut 'pius pii pietas', 'medius medii medietas', 'anxius anxii anxietas', 'socius socii societas'. 'liber' quoque excipitur, quod nominativo assumpsit 'tas', non genetivo: 'libertas'. tertiae vero declinationis nomina dativo, sicut superius diximus, assumunt 'tas': 'capax capaci capacitas', 'tenax tenaci tenacitas', 'rapax rapaci rapacitas', 'procax procaci procacitas', 'felix felici felicitas', 'affini affinitas',
20 'infideli infidelitas', 'celeri celeritas', 'au|ctori auctoritas'. excipiuntur pauca, quae b vel p sine s habent ante 'er': haec enim nominativo assumunt 'tas', ut 'puber pubertas', 'uber u|bertas', 'pauper paupertas'. sed hoc possumus etiam in secundae declinationis nominibus observare, ut supra dictum est. unde 'liber' 'libertas' facit, 'asper' autem et 'prosper', quia s habent ante p, 'asperitas' et 'prosperitas' faciunt. 'saluber' et 'salubris' facit nominativum ideoque 'salubritas' et 'celeber' vel 'celebris' 'celebritas'. 'vetus' quoque, quod unum trium generum in 'us' desinens invenitur, nominativo assumit 'tas': 'vetustas'. excipiuntur etiam haec, quae in 'or' desinentia mutaverunt 'or' in 'es' et assumpserunt 'tas': 'maior maiestas', 'honor honestas'.

IV21 Sunt alia in 'as' denominativa, quae plerumque similia sunt accusativo plurali primitivorum suorum et sunt communia, ut 'primâs', 'optimâs', 'Ravennâs', 'Capenâs', 'Arpinâs', 'Crotoniâs', 'Pontiâs', 'Larinâs',

1 ut probus *Dh* 2 mendicus mendici mendicitas] medicus medici medicitas *G* asperitas] Prosperus (asperitas *superscr.*) *R* 3 vel prosperus] *om. K* uel us *add. k* intiger *G* intiger ·ri ·tas *K* intigritas *G* 4 sincoerus sincoeri *G* sincerus ·ri ·tas *K* psedulus ·li ·tas *K* timidus ·di ·tas *add. k* timidi] *h* tumidi *H* 5 quodq. in *H* quae *om. G* 6 aeuphoniae *R* piaetas *Rr* *post* pietas: ab eo autem quod est pietas compositum dixit ouidius et (ad *K*) consanguineas compositum ut sanguine leni adumbras impietate pia. (*metam.* VIII 476 *sq.*) *add. LK* 7 mediaetas *R* anxiaetas *R* sotius sotii *A* socius socii societas *om. L* sociaetas *R* 8 nominativo] *h* nominatiuum *H* assumsit *G* assumit *Kr* ut libertas *RAHGLK* ut liber libertas *r* 9 adsumunt tas sicut supra diximus *AH* supra *DLK* 10 tas auctori auctoritas capax *K* 11 affinis affini affinitas *DG* adfini adfinitas *AHLK* 12 infidelis infideli infidelitas *D* infedelitas *G* celer celeri celeritas *D* caeleritas *R* auctor auctori auctoritas *D* auctori *om. K* 13 *b(a.) *H* p — enim *in litura l* siue *L* ante er habent *Kl* ante .r. *A* 14 peber (u *superscr.*) *H* pauper ·tas. puber ·tas. uber ·tas *K* 16 liber *add. g* quia] quae *L* 17 asperitas] *K* non aspertas *add. k* 18 ideoque et salubritas *K* caeleber caelebris caelebritas *H* celebrita* .r. uetus (s) *A* 19 unum *add. r* 20 uetus uetustas *L* 21 or in es mutaûerunt *D* assumserunt *A* ut maior *KL* magestas (i *superscr.*) *Rr* 23 accussatiuo *AL* acusatiuo *G* 25 Ravennas] *rdh* rabennas *Ak* rab**nas *R* rebennas *DH h. l. om. G* capennas *H* arpinas rabennas crotonias *G* Crotonias] *h* crotenius *A* crotunias (N *superscr.*) *H* larimas *Rr* la*rinas *H*

quae | ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. perfecta enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia, 'hic' et 'haec primatis', 'optimatis', 'Arpinatis', unde neutra quoque eorum in e desinunt: 'primate', 'optimate', 'Arpinate', et ablativus in i, more eorum, quae in 'is' desinentia, cum sint communis generis et faciant in e neutrum, in i terminant ablativum: 'a primati', 'optimati', 'Arpinati'. et testis eius Caper, qui diversorum de huiuscemodi nominibus ponit usus auctorum, confirmans tam in 'is' quam in 'as' huiuscemodi nomina solere proferri. Cato Censorius in I originum: sed lucus Capenatis. in II: si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur. ibidem: lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Po|metinus, Ardeatis, Rutulus, 'Ardeatis' dixit pro eo, quod nunc dicimus 'Ardeas'. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet,

pro 'Ferentinas'. non est igitur dubium, quod - cum in omnibus, quae 22
paenultimam habent circumflexam, si patiantur syncopam, servamus eun-

1 habent in fine *D* circunflexum *L* accentum *add. k* 2 antiquos *LK* desidentia *L* 3 primatis et optimatis *LK* optimatis] *ex* optimus *corr. A* obtimatis (v) *R* unde et neutra *K* 4 ablitiuus *A* ablatiuum *G* ablatiui *L* 5 com *A* cum ** sint *H* 6 faciant] *1* faciunt *libri* obtimati *R* 7 Caper] *in libris enucl. sermonis secundum Osannum de Capro p.* 13 8 nominibus auctorum exemplis (ponit) usus est *Kk* in his *Rr* in has *A* 9 *Caton. orig.* I *fr. p.* 105 *Kr. fr.* 25 *p.* 274 *Roth. fr.* XXVI *p* 31 *sq Wagener. iterum laudatur lib.* VII § 60 10 in] Idem in *ADh Caton. orig.* II *fr. p.* 107 *Kr. fr.* 67 *p.* 278 *R. fr.* LVII *p.* 42 *sq. Wr. cf. Prisc. l. supra l.* II. *R* U *G. ad lib.* I *refert Prisc. l. l.* (o) esset *r* est et *ADG* est (et) *K* eiusdem *A* 11 haeredem *G* non sequuntur *AG* (non) sequuntur *L* (uel non) consequuntur *D cf. Godeschalkii ICti apud Krehlium annotationem, quemque l. Savinium in Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft* II *p.* 366 (*verm. Schriften* I *p.* 155 *sq.*) *Caton. orig.* II *fr. p.* 106 *Kr. fr.* 64 *p.* 277 *sq. R. fr.* XXXVII *p.* 36 *Wr. inde a vocc.* populus (*sic*) communiter — Ardeatis *hoc fragm. rursus laudat Prisc. l. supra l. cf. Lorenzium de dict. Lat. et mun.* I 1841 *p.* 24 *sqq.* 30 *sqq.* dianum *H* 12 arcino *G* egregius *L* Baebius] *G Wagenerus,* bebius *K* breuius *L* laebius *H* lebius *RAD* . Laebius *defendit Grotefendius zur Geogr. u. Gesch. von Altitalien fasc.* III *p.* 14, *coll.* Slabiis, *Osco nomine. at id non Laebium, sed vel Labium vel Laberium significare iure suo suspicatur Mommsenius unterital. Dial. p.* 295. *num* Laevius? dedicabit *L* dicator *R* 13 latinos hi *A* latinus hii *G* latinus in populi commoniter *K* Aricinus] *d* arricinus *K* arcinus *GD* lanuuinus *ex* languinus *corr. A* lanubinus *L* lan(u)ubinus *K* 14 tiburt' *D* Ardeatis, Rutulus] Ardeatis Rutulus *Klausenius Aeneas und die Penaten p.* 810 *n.* 1502 *d*, Rutulus *in f. sententiae infra l. l. a Prisc. omissum, h. etiam l. interpretamentum esse censet Lorenzius l. l. p.* 38 15 quod est nunc ardeas *K* Titinius *scribendum esse post alios docuit Neukirchius de fab. tog. R. p.* 97 tutinius *H* titinnius *rell. et sic fere ubique libri Prisciani* *Tit. psaltr. fr.* 1 *p.* 66 *Both. fr.* VI *p.* 121 *Neuk. psaltr. s. Ferentinatis fr.* I *p.* 125 *Ribb. cf. lib.* VII § 60 16 psaltria] *r* psalteria *RG* saltria *K* 17 res Graecas] *lib.* VII § 60 graeca *h. l. libri* studet. ferentinatis pro ferentinas *L* 18 ferentinas arpinatis pro arpinas. non *K* 19 circunflexam *L* patiuntur *R* patientur *K*

dem accentum in ultima, ut 'prodûce prodûc', 'audîvit || audît', 'cupîvit cupît', 'fumâvit fumât', 'illîce illîc', 'istîce istîc', idque omnibus placet artium scriptoribus, qui de accentu scripserunt - debeant haec quoque idem servare, cum 'ti' subtracta paenultima vocalis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, (id est a) invenitur ultima in concisione habens eundem accentum. inveniuntur tamen etiam propria differentiae causa in fine circumflexa, ut 'Lenâs Lenatis', 'Menâs Menatis', ne accusativi plurales menae [genus est piscis] et lenae [femininum est lenonis] esse putentur.

In 'es' correptam pauca inveniuntur denominativa: 'equus equĕs', 'pes pedĕs', et verbalia: 'tego tegĕs', 'mergo mergĕs'.

In 'es' productam verbalia repperi a praesenti vel praeterito tempore; a praesenti: 'saepio saepēs', 'luo luēs', 'struo struēs', 'mácero maciēs', 'luxurio luxuriēs', 'illuo illuviēs'; a prae|terito: 'rupi rupēs'.

23 In 'is' denominativa sive verbalia multas et diversas habent formas. alia enim in 'alis', alia in 'elis', alia in 'ilis', alia in 'ulis' finiuntur, ut 'curialis', 'fidelis', 'docilis', 'virilis', 'curulis', alia vero in 'ris' a longa antecedente: 'Apollināris', 'scholāris', alia in 'ensis': 'Atheniensis', 'Catinensis'; alia duas consonantes habent ante 'is': 'agrestis', 'caelestis', 'salubris', 'muliebris', 'Samnis', 'insignis'.

Ergo in 'alis' desinentia vel 'ale', si sint a nominibus primae declinationis, assumunt nominativo primitivorum 'lis' vel 'le' et producunt a paenultimam - ut 'curia curiālis', 'memoria memoriālis', 'pluvia pluviālis', 'mensa mensāle', 'via viālis' -, sin secundae, extremam i genetivi, sin tertiae, 'is' mutant in a longam et assumunt 'lis': 'Mercurius Mercurii Mercuriālis', 'fluvius fluvii fluviālis', 'neuter neutri neutrālis', 'liber liberi

1 accendum *A* fumauit fumat cupiuit cupit audiuit audit produce produc *D* 2 illicce *ADHLr* uel illic *A* isticce *DHLr* sticce *A* idque] *rk* Id quoque *R* ideoque *H* idē*que *h* id *K* omnibus quoque placet (placet *in mg. add.*) *K* 3 accentibus *G* debeant] *d* quod debeant *R* debent *DLa* 4 servare] obseruare *LK* obseruaret *l* circunflectebatur *L* 5 eundem accentum *ex* accentum eundem *revoc.* *K* 6 accen(t)dum *A* in fine *om.* *H* circunflexa *g* 7 leenas leenatis *AG* menatis *om.* *G* accussatinus *L* plurales] *h* pluralis *H* plurales — luo lues *lin.* 12 *in litura l* 8 menae q̄ genus *GL* menae quod est genus *K* genus est piscis *Hh* laene *RL* leenae *G* leene *A* quod femininum est de nomine le(n)onis *Hh* lenonis] *u* leonis *RGL* laenones *A* 9 denominatiua inueniuntur *K* equs *G* 10 merges merges *Dd* 11 producta *R* reperi uerbalia *G* a praesenti repperi *D* uel preterito tempore *add.* *d* 12 praesenti *sup. lin. add. in D* uo luo uo lues *K* lues] *h* luos *H* 13 luxurio luxuries] *h* luxorio luxories *H* illues *GK* 14 formas] significationes (uel formas) *Dd* 15 alia in ulis *om.* *GL* *add.* *l* u*lis (l) *H* 16 docilis *add.* *k* uirilis docilis *D* curulis *om.* *GL* *add.* *l* 17 ut apollinaris *D* appollinaris *GL* scholaris] *k* scolaris *RDLK* Atheniensis] *om.* *R* athenensis *K* athinensis *G* ut atheniensis *Dh* Atheniensis Catinensis] *corr.* *ex* *r* catinensis atheniensis *r m. pr.* catinensis *R* cati*nensis *K* 18 Ali** (m) *K* dua(s) *Rr* (h)abent *Rr* ut agrestis *DK* agraestis *A* 20 ale] alae *r* a nominibus sint *G* 21 primitiuorum *add.* *k* 23 mensalae *A* 24 mot·nt is *K* a logam *A* et assumunt lis *add.* *d* *LIS (A) *H* ut mercurius *D* 25 fluius (ii) fluialis *K* neutrum

liberālis', 'theatrum theatri theatrālis', 'iudicium iudicii iudiciālis', 'Martius Martii Martiālis', 'fatum fati fatālis', 'genitus geniti genitālis', 'caput capitis capitālis', 'virgo virginis virginālis', 'cardo cardinis cardinālis', 'hospes hospitis hospitālis', 'navis navālis', 'dos dotis dotālis', 'flos floris flo||rālis', 'corpus corporis corporālis', 'caelebs caelibis caelibālis', 'mors mortis mortālis', 'iuve|nis iuvenālis' (invenitur et iuvenilis), 'princeps principis principālis', 'municeps municipis municipālis', 'crinis crinālis', 'vox vocis vocālis'. sin a quartae declinationis nominibus deriventur, abiecta s, sin a quintae, 'es' ex nominativo assumunt 'alis': 'manus manuālis', 'census censuālis', 'species speciālis'. verbalia quoque a prima V 24
coniugatione inveniuntur in 'alis': 'penetro penetrālis'.

In 'elis' pauca invenio denominativa: 'fidus fidi fidēlis', 'crudus crudi crudēlis', 'patruus patrui patruēlis', 'frater fratris fratruēlis'. et nota, quod omnia extremam i genetivi in e productam mutantia assumpserunt 'lis', 'frater' vero 'fratris' 'is' in u conversa assumpsit 'elis'.

I longam habent omnia in 'ilis', quae a nominibus derivantur, nec non in 'ile' neutra, sive ex eis fiant sive non habeant aliud ante se genus, sed a quacumque parte orationis nascuntur, ut 'aedis aedīlis', 'senex senīlis', 'anus anīlis', 'puer puerīlis', 'vir virīlis', 'scurra scurrīlis', 'civis civīlis', 'servus servīlis', 'quintus Quintīlis', 'sextus Sextīlis', 'gens gentīlis', 'hostis hostīlis', 'subtel subtīlis'. 'exīlis' etiam a Graeco ἐξίτηλος factum denominativorum servavit regulam. similiter neutra produ- 25
cunt paenultimam: 'ovīle', 'monīle', 'cubīle', 'sedīle'. nam in 'ilis' desinentia verbalia sive participialia corripiunt eandem i paenultimam: 'fero fertĭlis', 'utor utĭlis', 'futio (ex quo compositum effutio) futĭlis', | 'volo volatĭlis', 'textus textĭlis', 'altus' vel 'alitus altĭlis', 'fictus fictĭlis'. a pare etiam derivativum, quod a verbo 'paro' nascitur (unde comparo compa-

AHL 1 Thāeatrum *R* teathrum teathri teatralis *D* theathrum theathri theathralis *GL* teathrum .ri .alis *K* iuditium iuditii *A* 2 Martii] *l* marti *L* marcialis *A* fa*tum .ti fa*talis (c-c) *K* genitus — capitalis *om. L* capud *Rr* (t *supra*) 3 uirgini[s] *Hh* 4 hospes hospitis hospitalis] *g* ospes ospitis ospitalis *G* hospis .itis .alis *K* nauis nauis naualis *DGL* 5 celebis *L* 6 iuvenilis] iuenilis *r* iuenalis *R* 8 deriventur] *r* deriuantur *RHGK* 9 es] s *R* abiecta es *Hd* ut manus *D* 11 ut penetro *D* ut penitro *K* 12 ut fidus *AD* fidi *add. h* 13 nota] *r* noto *R* 15 conuersa et assumpsit *L* 16 quae in ilis *h* 17 eis] eis in ilis *ADHrg* eis in illis *R* se *in mg. add. H* 18 aedes *A* (i *supra*) 20 ciues *L* quintus quintilis sextus sextilis seruus seruilis *LK* 21 subtelis *G* *post* subtilis: Excipitur par paris parilis. Ouidius *add. R* Excipitur par paris parilis *DGLk* Excipitur parilis *Kh* Ouidius *quod et ipsum ad* parilis *spectat A cf. § sq. extr.* ἐξίτηλος] *gk* ΕΞΙΤΕΛΟϹ *R* ΗΞΙΓΕΛΩϹ *r* ΕΞΙΓΗΛΟϹ *A* ΕΞΙΓΕΛΟϹ *D* ΕΞ**ΗΓΟϹ *G* ΕΞΙ*ΗΛΟϹ *K* ΕΖΙΤΗΛΟϹ *L* exilos *h om. H* 22 seruabit *A* seruat *L* 23 ut ouile *r* oliue *A* monile] *r* munile *RAG* illis *Rr* 24 participialia] *g* participalia *G* i peneultimam *in litura g* ut fero *D* 25 futtio *RH* fucio *A* sutio *in litura g* futio futilis ex quo compositum effutio effutilis uolo *LK* ex — effutio *om. G* conpositum *H* effutio] *r* effuttio *H* effucio *RA* futilis] *r* futtilis *RH* 26 uolatilis uictus uictilis textus *Kl* textus — altilis *om. L add. l* texilis *G* fictus fictilis *om. K* 27 diriuatum *K*

ras. proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari) verbalium regulam servavit, 'parilis'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Arte suum parili revirescere posse parentem.

26 cetera quoque omnia i paenultimam corripiunt et, si sint a verbis primae coniugationis, a longam habent antepaenultimam, ut 'amo amas amābilis', 'penetro penetras penetrābilis', 'paro paras parābilis', 'praedico praedicas praedicābilis', 'lacrimo lacrimas lacrimābilis', 'quasso quassas quassābilis', 'laudo || laudas laudābilis', 'tracto tractas tractābilis', 'aequo aequas aequābilis', 'miror miraris mirābilis'. excipitur 'stăbilis', quod solum antepaenultimam a corripuit. Lucanus in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

27 quae vero a verbis secundae vel tertiae vel quartae coniugationis nascuntur, si habeant antepaenultimam i, eam quoque corripiunt: 'doceo docĭbilis', 'credo credĭbilis', 'utor [utilis] utĭbilis', 'sentio [sensi] sensĭbilis', 'audio audĭbilis'. sciendum tamen, quod plurima nascuntur ex his coniugationibus, quae antepaenultimam i non habent, ut 'docilis', 'habilis', 'flebilis', 'nubilis', 'volubilis', 'utilis', et quod quaedam ex praesenti, quaedam ex praeterito, quaedam ex futuro derivantur; ex praesenti: 'doceo docibilis', 'habeo habilis', 'volvo volubilis', 'utor utilis' et 'uti|bilis'; ex praeterito: 'plausi plausibilis', 'sensi sensibilis' vel 'sensilis' - Lucretius in II:

Ex insensilibus ne credas sensile nasci -;

ex futuro: 'flebo flēbilis', unde e ante b productam habuit.

In 'aris' desinentia derivantur a nominibus sive verbis, quorum extrema syllaba incipit ab l vel alia consonante vel a vocali aliqua pura. fiunt autem a genetivo nominum sive a positione verborum sic: quaecumque litera sive literae sequantur l vel aliam consonantem, ex qua postrema

1 proprie] *r* propriae *RH* posunt *K* 2 regulam *om. R*, *post* seruauit *add. r* servavit] *r* seruabit *RAH* *Ovid. metam.* VII 305 in VII metamorphoseon *om. K* 3 reuiuiscere (ue) *Rd et sic 'multi ex vetustioribus scriptis' Ovidianis teste N. Heinsio* uiuescere *g* rerescere *K* iuuenescere *libri aliquot Ovidiani* 5 ut *om. GLK* 6 penitro .tras .lis *K* tracto tractas tractabilis laudo laudas laudabilis aequo aequas aequabilis predico predicas praedicabilis lacrimo lacrimas lacrimabilis quasso quassas quassabilis miror miraris mirabilis *R* 9 miraris] miras *A et in* miraris *corr. H* 10 *Luc. Phars.* V 250 *sq.* 11 e] *HK Luc. Voss. A B et sic vel* ex *libri Luc. fere omnes*, est *rell.*, *om. codd. lib.* VIIII § 38 est abili *Luc. Guelf.* 2, *corruptelae originem demonstrans* stabulis (i) *Rr* cunc(ta) *Rr* 12 dispiceret *HGK* 13 saecunde *R* 14 ut doceo *AD* 15 utilis] *om. DK add. d*, lis *add. k* sensio *G* sentio — nunc ergo dicamus, § 39, *uno folio exciso deest in H* sensi] sentis *R om. K* sensibilis] *r* sentibilis *R* 16 hisdem *K* 17 habilis] *r* abilis *R* 18 volubilis *om. L* 19 derivantur] nascantur *L* ex] *om. DG & A* presentis *A* doci**lis (bi) *G* docibis *in* docilis *corr. A* docilis *D* 20 habeo *add. d* 21 ut plausi *A* *Lucr.* II 888 in ·II· *add. l* 22 insensilibus] *cum libris Lucretianis DGr* insensibilis *A et ni f. in litura R* insensibilibus *L* insensilibi *K* sinsile *A* nasci] gigni *Lucretius* 23 producam (t) *Rr* 24 siue a nerbis *K* quorum etiam extrema *L* 25 uel alia consonante *om. L* 26 ·uerborum sit quaecumque *A* sic *add. r*

incipiat syllaba genetivi, transeunt in a longam et assumunt 'ris' vel, si a vocali incipiat, ipsa extrema mutatur in a longam, et assumunt 'ris': 'populus populi populāris', 'singulus singuli singulāris', 'Apollo Apollinis Apollināris', 'consul consulis consulāris', 'miles militis militāris', 'schola scholae scholāris', 'Latium Latii Latiāris', 'familia familiae familiāris', 'peculium peculii peculiāris', 'molo molis' vel 'mola molae molāris'. sic etiam neutra in 'are' finita: 'velum veli velāre'. Iuvenalis:

Et pegma et pueros inde ad velaria raptos.

In 'ensis' desinentia, si sint a nominibus primae vel secundae declinationis, mutant extremam || partem nominativi singularis vel pluralis in 'en' et assumunt 'sis': 'Cirta Cirtensis', 'Olbia Olbiensis', 'Sardinia Sardiniensis', 'Hispania Hispaniensis', 'Catina Catinensis', 'Enna Ennensis', 'Minturnae Minturnensis', 'castrum castrensis', 'forum forensis', 'Ilium Iliensis', 'Locri Locrensis', 'Vtica Vticensis', 'Cremona Cremonensis', 'Ostia Ostiensis' ('Athenae Atheniensis' euphoniae causa i habuit antepaenultimam et 'Halice Haliciensis'); sin vero tertiae sint declinationis, abiciunt extremam s genetivi et assumunt 'ensis': 'pistor pistoris Pistoriensis', 'Carthago Carthaginis Carthaginiensis'. quae vero duas consonantes habent ante 'is', vel a nominativo fiunt primitivorum vel a genetivo. et a nominativo quidem derivata abiciunt extremam literam et assumunt 'bris': 'salus salubris', 'mulier muliebris'; a genetivo vero, mutata extrema eius parte in e et assumpta 'stis' vel 'stris': 'ager agri agrestis', 'caelum caeli caelestis', 'terra terrae terrestris'. 28

In 'tis' quoque inveniuntur denominativa, sed antique prolata, paenultimam natura vel positione longam habentia, ut 'Samnitis' pro 'Sam- 29

2 incipit *AG* extre[ma] *Rr* assumit *d* Vt populus *D* 3 populi] *r* populis *R* appollo appollinis app[i]ollinaris *GL* appollo appoll[i]onis appollonaris *K* appol[l]inis *Rr* 4 milis ·tis ·taris *K* scola scolae scolaris *RDL* 5 scolaris *A* 6 molaris. sic[h]ut etiam *G* 7 *Iuv. sat.* I 4, 122 11 ut cirta *DG* cirta *Rr* uel cyrta *in marg. l* Olbia Olbiensis] *Zwicc.* 2 *Krehlii* oluia oluiensis *RADl* oliua oliuensis *GLK* Sardinia — Hispaniensis *add. d* 12 catena *G* uel catina *g* minturnae (minturna *L*) minturnensis enna ennensis *GLK* 13 utica uticensis cremona cremonensis ostia ostiensis castrum castrensis forum forensis ilium iliensis locri locrensis *D* 14 hostia hostiensis *L* 15 Athenae Atheniensis] *g* athinae athinensis *G* 16 Halice Haliciensis] *sic, m. pr. in* halice haliceusis *corr.*, *K* alice alyciensis *R* halyce halyciensis *ADL Heidelb.* halyc*e (a) halicensis *G. de Halice cf. Paus.* II 36, 1 *Curtius Peloponnesos* II 461 *sq. cum libri optimi Halicyarum incolas* Halycienses *nominent* (*fr. Vat. rescr. et cod. Lagom.* 29 *ap. Cic. in Verr.* II 2, 28, 68) *et* Haliciaenses (*Riccardian. Plin. nat. hist.* III 14, 91), *coniciat quis* Halicyae Haliciensis *legendum esse* sunt *D* 17 ut pistor *DK* 18 charthago charthaginis charthaginiensis *R* karthago kar[i]taginis kart[h]haginensis *Gg* cartago cart[h]*aginis (h) cartaginiensis *Ll* karthago ·nis ·iensis *K* carthag[i]inensis *Dd* uero in duas *K* 20 diriuata *Aa* der[iu]iuatiua *K* 21 ut salus *AD* parte eius *R* 22 stris] *g* tris *AG* ut ager *GK* agris *Rr* 24 antiqu[e]a *Rr* 25 i uel e *post* paenultimam *add. L et in litura K* pro samnis *add. r*

nis', sicut 'Laurentis' quoque pro 'Laurens', 'Tiburtis' pro 'Tiburs' teste Capro. sic 'Quiritis' pro 'Quiris' et 'Caeritis' vel 'Caeretis' pro 'Caeres', qui tamen nominativi nunc in usu non sunt. unde Virgilius in X:

Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis.

invenitur tamen et correptam i habens paenultimam apud eundem Virgilium:

Est ingens gelidum lucus prope Caerĭtis amnem,

et Horatius similiter in primo epistularum:

Quid deceat, quid non obliti, Caerĭte cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlixis,

nisi pro 'Caerete', quod est nomen oppidi, e paenultima in i conversa protulerunt. | Livius ab urbe condita XLI: Lanuvini Caeritesque anguem iubatum apparuisse nuntiarunt.

In 'os' tam denominativa quam verbalia pauca inveniuntur: 'lepus lepos', 'competo compes' et mutatione e in o 'compos', 'custodio custos', 'do dos'. ||

30 In 'us' terminantium diversae sunt formae tam denominativorum quam verbalium, ex quibus multas iam diximus, cum de possessivis tractabamus, id est de his, quas a Graecis accepimus, formis possessivorum et Latinis

VI· in 'ius' vel 'nus' desinentibus. nunc ergo dicamus de reliquis in 'us' ter-

1 sicut] sic *AD* . tyburtis (i *supra*) pro tyburs (i *supra*) *Rr* . Teste capro sic *A* 2 Capro] *inter librorum enucl. sermonis rell. h. l. posuit Osannus de Capro p.* 13 *sq.* et ceritis (uel ceris *supra*) *Kk* et ceris uel ceretis (uel ceritis *supra*) pro ceres *G* et caeris uel caeretis pro caeres (uel i *supra*) *g* 3 *post* non sunt: Alpheus (*l.* Alphius: *corr. Bondamus apud Burmannum l. infra l.*) tamen Auitus in I (Io *E*) excellentium Curis posuit pro Quiris: Marite, si sanguis Curis, Sabina si caedes (*Bondamus* cedes *D*[a] sedes *E*) placet, In me, oro, conuertas manus. unde Virgilius de Sabinis loquens: priscique (p̄ssique *D*[a]) Quirites [*Aen.* VII 710] pro Curites. a Curibus enim urbe Sabina est deriuatum. *add. Darmst.*[a] *m. alt. et Erl.* 2 *Krehlii, cui tamen desunt extrema verba inde ab* a Curibus, *et partim verba sc. ab* Alpheus — excellentium *et ab* unde — Curites *eiusdem Krehlii Dresd. Alphii Aviti, de quo cf. Wernsdorfium poet. Lat. min.* III *p.* XXXI *sqq., hos versus ex cod. suo Prisc. in anth. Lat. recepit Burmannus add. t.* II *p.* 730 (*n.* 125 *v.* 9—11, *t.* I *p.* 46 *Meyer.*). *quorum immemor videtur fuisse Lachmannus in Ter. Maur. praef. p.* XII *Verg. Aen.* X 183 4 cerete (i *supra*) *Gg* cherete *Med.* minonis *GK* 5 *Verg. Aen.* VIII 597 uirḡ in VIII est *G* 7 lucus *add. r* cheritis *Med.* 8 Oratius *K Hor. epp.* I 6, 62 *sq.* similiter *om. K* 9 Quid deceat] *r* Quide|ciet *R* quod non *D* ceriti *D* caerite (i *supra*) *Rr* caera *RL* coera *G* 10 rumigium *L* uitio sumit hacensis *GL* uitio sumit ithacensis *K* Itacensis *ADr* olixis (u *supra*) *Kk* ulixei *D et ipse Prisc. lib.* VI § 92 *cum parte libr. Horat.; et vel sic vel* Vlixi *Hor. praestantiores fere omnes,* Vlyssei Vlixis Vlyxis *al.* 11 pro **** *L* caeretae *R* caeritē *in litura g* 12 Libius *L Liv. ab u. c. lib.* XXXXI 21, 13: et faces eadem nocte plures per caelum lapsae sunt in Lanuvino; Caeritesque anguem in oppido suo iubatum, †auis (aureis *vel* flavis *edd. f.* ravis) maculis sparsum apparuisse adfirmabant, *ubi ex Prisciano sunt.* Lanuvini Caeritesque *scribendum esse coni. Sigonius* Lanuuii *L* caeritisque *G* 13 angem *L* uibratum *GK* nuntiarunt] *rk* nunciarunt *R* nuntiauerunt *GK* 14 ut in os *AD* 15 *ante* compos: competo *repetit A* 18 iam multas *R* possiuis *R* 19 accipimus (e *supra*) *Rr* 20 uel in ius uel *K* nus] *us (N *supra*) *Rr* in nus *A* ergo] uero *G* *a vocc.* de reliquis *iterum inc. H cf.* § 27

minantibus, quae diversas, sicut dictum est, habent formas. alia enim in 'ius' exeunt, ut 'nuntius', 'patricius'; alia in 'uus' divisas: 'arduus', 'vacuus'; alia in 'bus': 'probus', 'orbus', 'superbus'; alia in 'cus': 'acus', 'lucus', 'arcus', 'parcus'; alia in 'quus': 'aequus', 'obliquus'; alia in 'dus': 'providus', 'invidus', 'lividus', 'vividus', 'praedabundus', 'furibundus', 'loquendus', 'sequendus'; alia in 'lus': 'patulus', 'anniculus', 'bibulus', 'credulus'; alia in 'rus': 'sonorus', 'honorus'; alia in 'sus': 'cursus', 'usus', 'spumosus', 'saxosus'; alia in 'tus': 'togatus', 'palliatus', 'metus', 'motus'; alia in 'stus': 'venustus', 'angustus', 'quaestus'.

In 'ius' desinentia, sive a nominibus sive a verbis derivata, servant 31 ante 'ius' primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimae vel paenultimae syllabae, sed tum paenultimae, cum et ipsa paenultima in vocalem desinit et ultima a vocali incipit, ut 'servus servi Servius', 'servilis Servilius', 'agellus agelli Agellius', 'silva Silvius', 'virgula Virgilius', 'Mars Martis Martius', 'nuntio nuntius', 'saucio saucius', 'scio scius' - sic Apuleius in primo Hermagorae et Pacuvius in Teucro:

Postquam defessus †. perrogitando advenas
De gnatis neque . . quemquam invenit scium.

unde 'nescio' quoque 'nescius' -, exceptis in | 'icius' desinentibus: illa enim assumunt, si sint nomina ex quibus derivantur vel participia secundae declinationis, genetivo, sin tertiae sint, dativo 'cius', i tamen tam paenultima quam antepaenultima correpta, ut 'advectus advecti advectĭcĭus', 'commendatus commendati commendatĭcĭus', 'faber fabri Fabrĭcĭus', 'pigneratus pignerati pigneratĭcĭus', 'tribunus tribuni tribunĭcĭus', 'pater patri patrĭcĭus', 'aedilis aedili aedilĭcĭus', 'gentilis gentili gentilĭcĭus'. inveniuntur ta-

1 dictum est] diximus *GK* formas habent *L* 2 patricius] *r* patritius *RH* diuisas *ex* diuersas *corr. A* deuisas *L* ut arduus *LK* 3 *post* uacuus: alia in quus aequus obliquus *add., eadem infra om. D* ut probus *K* orbus probus *A* alia in cus *add. g* 4 lucus] *k* lacus *LK* alia — obliquus *praeter D om. G add. g* quus] cus *R* ut aequus *K* 5 probidus *L* lividus] *h* libidus *GLK* li*idus (v) *H* uiuidus *om. GK* uiuidus — loquendus *in mg. add. A* 7 honoros *A* 8 metus] *d* maetus *Ah* mestus *RDGk* maestus *H* 9 uetustus *H* augustus *K* angustus mestus quaestus *h* questus *RDGLK* 10 deriuatiua (i) *K* 11 ultimae syllabae uel paenultimae *A* 13 Servius] *r* seruus *R* 14 seruulis *Rr* agelli] agelli** *L* Silvius] *r* siluaus *R* uirga *G* uirgula (uirga uel) *Dd* 15 marti *L* nuntio] *r* nuncio *RA* nuntius] *r* nuncius *R* saucio saucius] *h* sautio sautius *RH* sautio sautius socio socius *A* 16 epuleius *G* epuleus *K* *Apul. Hermag.* I *fr.* 5 *t.* II *p.* 637 *Hild.* ermagorae *G* ermagore *R* ermogore *K* pacubius *RDGLK* *Pac. in Teucro fr.* 11 *p.* 145 *Both.* II *p.* 98 *Ribb.* 17 defessus] *dg* diffessus *D* defesus *G* defessus est *G. I. Vossius castigat. et not. p.* 108 defessus fuit *Ribbeckius* 18 neque eorum quemquam *G. Hermannus opusc.* VII 382 quemquam] *r* quenquam *GL* quemquem *RA* 19 in cius *GKh* 21 tamen *om. RADL* paenultimā *R* 22 antepaenultimam *Rr* adfectus adficti adfecticius *A* advecticius] *r* aduectitius (ci) *RH* commendatus ·ti (t) commendaticius (t) *Kk* 23 commendatius *Rr* commendatitius *H* tribunus tribuni tribunicius pigneratu[s] ·ti pigneraticius *L* 24 pignecratius (ci) *Hh* 25 aedilis *ex* aedilus *corr. A* aedili *om. R* gentilus *A* gentili

men quaedam a primae quoque declinationis nominibus eiusdem formae, quae a habent || ante 'cius': 'gallina gallinacius', 'membrana membranacius', 'chartina chartinacius'.

32 In 'uus' divisas tam a nominibus quam a verbis derivata secundum in 'ius' terminatorum regulam mutatione extremarum literarum vel literae in 'uus' solent fieri, ut 'pater patri patruus', 'annus anni annuus', 'perspicio perspicuus', 'ambigo ambiguus', 'rigo riguus', 'ardeo arduus', 'vaco vacuus'. notandum inter haec 'menstruus', quod euphoniae causa assumpsit t et r.

In 'quus' quoque desinentia similiter fiunt: 'aequo aequus', 'obliquo obliquus'; sed magis ab his nominibus verba quam a verbis nomina sunt derivata. 'longus longinquus' ideo assumpsit n ante 'quus', quia aliter euphoniae satisfacere non poterat.

In 'bus' vel 'cus' desinentia a verbis b vel c ante postremam vocalem habentibus derivantur mutatione o et, si ante eam alia sit vocalis, eius quoque, in 'us', ut 'probo probus', 'orbo orbus', 'superbio superbus', 'parco parcus', 'luceo lucus', 'arceo arcus'.

33 Inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': 'sus subulcus', 'bos bubulcus', 'peto petulcus'.

In 'dus' tres sunt formae:

Vna quae servat consonantem, ex qua ultima vel paenultima primitivi incipit syllaba | - sed tunc paenultima, si non intercedat consonans inter ultimae et paenultimae syllabae vocales -, et reliquam eiusdem syllabae vel syllabarum partem mutat in i correptam et assumit 'dus', ut 'herba herbĭdus', 'turba turbĭdus', 'uva uvĭdus', 'vivo vivĭdus', 'rabies rabĭdus', 'tumeo tumĭdus', 'timeo timĭdus', 'areo arĭdus', 'squaleo squalĭdus', 'ferveo
34 fervĭdus', 'invideo invĭdus', 'frigeo frigĭdus', 'valeo valĭdus'. excipitur al-

om. R 1 quoque *om. L* 2 ut gallina *AD* gallinicius (a *sup.*) *Kk* gallinatius *AH* membranacius] *r* membranatius *RA* 3 chartina] *r* carthina *RD* epistola e charta quae a carpendo dicitur *gloss. cod. Heidelb.* carthinatius *RA* carthinacius *r* 5 extremarum] *r* extremum *R* 6 in (u *sup.*) uus *add. d* patrius *A* perspicio perspicis perspicuus ambigo ambigis ambiguus *L* 7 *post* ambiguus: pigo piguus *add. RH* pigeo piguus *AD* piget piguus *h* rigo riguus *post* uacuus *collocant RAH* vaco] uacuo *ADGLK* 8 assumit *R* assumsit *G* 10 fiunt ut *AD* obliquo] *g* oblico *G* 11 uerba fiunt quam *LK* sint *AL* deriuata sint *K* 12 deriuatiua *A* loginquus *G* 14 postremam vocalem] *1* postremam *K* postremam uocalem uocales *A* postremam uocalem uel uocales *k rell.* 15 o in us et *h* eam *in marg. add. l* sit alia *H* eiusq. in *G* 16 *post* quoque: scil. mutationes *sup. lin. add. r*, mutatione *in mg. l* *post* probus: turbo turbus *add. ADHGLK* *post* orbus *idem add. r. de* turbus = *turbo cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. vv. turbus et turbinus t.* VI *p.* 700 *ed. Henschel.* 18 uel a uerbis *LK* ut sus *D* 19 bobulcus *DGLK* boculcus *A* 20 sint *A* 21 peneultima* *K* 22 intercaedat *H* 24 motant *K* dus] *r* ds̃ *R* ut *om. L* 25 (u *sup.*) uidus *Rr* uiuo uiuidus *om. DL* rabies rabies *A* 26 timeo timidus *om. G* areo aridus] *rk* hareo haridus *RAK* squaleo squalidus] *k* scaleo scalidus *GK* 27 frigio (e *sup.*) *Rr* alternitas (ti *sup.*) *Hh*

ternitatis causa, quam Graeci ἐπαλληλότητα vocant, unum 'pando pandus', ne, si 'pandidus' dicamus, male sonet alterna d in utraque continua syllaba, quod in multis solent tam Graeci quam nos evitare. (non dicunt illi 'Χαρύβδιδος', quamvis exigat regula, sed 'Χαρύβδεως'. et Romani quoque illos secuti non dicunt 'huius Charybdidis' sed 'huius Charybdis'. eiusdem vitii causa non dicimus ab eo, quod est 'mane', 'manunine', sed 'matutine', 'vitis vinetum', non 'vi||tetum', quod tamen etiam a vinea videtur esse derivatum. praeterea 'meridies' pro 'medidies' a medio die. sed non tamen in omnibus hoc valet. nam 'candeo candidus' facit, 'sordeo sordidus', 'madeo madidus', nisi quod haec secundae coniugationis in 'deo'; illud unum, id est 'pando', tertiae in 'do' desinens habuit huiuscemodi formae nomen.) et haec quidem in 'dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut 'herbidus', qui habet herbas, 'turbidus', qui habet turbam, 'timidus', qui habet timorem, 'rabidus', qui habet rabiem, 'invidus', qui habet invidiam.

In 'bundus' vero desinentia similitudinem habere significant, | ut 'vi- 35
tabundus' similis vitanti, 'praedabundus' similis praedanti, 'errabundus' similis erranti, 'moribundus' similis morienti, 'furibundus' similis furenti. et sunt paene omnia huiuscemodi formae nomina verbalia et, si a verbis primae coniugationis derivantur, a habent longam antepaenultimam, ut 'causor causaris causābundus', 'vito vitas vitābundus', sin ab aliis, i correptam, ut 'ludis ludĭbundus', 'furis furĭbundus', 'moreris morĭbundus'. excipitur alternitatis causa 'rubicundus', quod in paenultima syllaba pro b c habuit, ne sit absonum, si 'rubibundus' dicamus.

Tertia forma in 'dus' terminantium est participialis, id est quae ter- VII 36
minationem habet participiorum futuri temporis passivorum, et significat

1 ἐπαλληλότητα] *om. H* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΗΤΑ *Rr* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΕΤΑ *DL* ΕΠΑΛΕΛΟΤΗΤΑ *G* ΑΛΛΟΘΕΤΑ *h* pondo *Rr* 2 sonat *G* sonant *A* alternam *RAGL* alternum *r* continua] *r* continuatam *R* continuans *L* continua** *K* 4 ΧΑΡΥΒΔΙΔΟC *Gg* carybdidos *RK* Χαρύβδεως] *scripsi* ΧΑΡΥΒΔΕΟC *ADGr* χarybdeos *K* carypdeos *R* ΧΑΡΥΒΔΙΟC *L* ΧΑΡΙΒΔΙΟC *H* rumani *K* 5 Charybdidis] *g* χarybdidis *K* charibdidis *L* carybdidis *DGr* carypdidis *R* caribdidis *A* sed huius Charybdis *om. G* sed huius charubdis *g* χarybdis *K* charibdis *L* carybdis *Dr* carypdis *R* caribdis *A* 6 uicii *A* 7 non vitetum] *h* nouitetum *H* tamen a uinea etiam uidetur deriuatum *L* 8 miridies *K* pro] non *D* me**didies *K* medio et die *h* 9 tamen non *D* 10 sordidus] sordidus facit *RH* mandeo mandidus *H* quod *in mg. add. h* coniugationis sunt in *ADr et* sunt *in litura H* in deo; illud] . ideo illud *GLK* ideo. Illud *H* . Ideo. illud *h* 12 demonstrantur *H* 13 ea habere *D* herbas habet *G* 14 herbas — rabidus qui habet *in marg. add. r* turbam] rabiem *Aa* (turbam uel turbationem) turbam *Gg* timidus — rabiem *om. A* 17 uitandi *A* moribundus similis morienti (et *H*) errabundus similis erranti *AH* 18 furienti *L* 19 poene *Rr* nomina formae *G* 21 caussaris *Rr* *post* uitabundus: morior moreris moribundus *add. A* si[n] *Kk* 22 ut ludo ludis *DHL* laudis laudibundus furis furis furibundus *K* 24 obsonum *Dd* 25 terminantium participialis *L*

dignum esse aliquem eo, quod demonstratur, ut 'laudandus' laude dignus, 'amandus' dignus amari, 'curandus' dignus cura, 'ornandus' dignus ornari, 'ordinandus' dignus ordinari, 'legendus' dignus legi, 'loquendus' dignus de quo loquantur homines.

In 'lus' desinentium formae similes sunt diminutivis: 'pendulus', 'credulus', et veniunt tam a nominibus quam a verbis, ut 'annus anniculus', 'pateo patulus', 'credo credulus', 'pendo pendulus', 'bibo bibulus'. extremas partes syllabarum finalium sive extremas syllabas, si sint purae, in 'ulus' vertunt, excepto anniculo differentiae causa: nam 'annulus' diminu-|| tivum est. ('novacula' a 'novo novas' derivatur.)

37 In 'rus' denominativa sive verbalia pauca inveniuntur, quae paenultimam producunt: 'honor honōrus', 'odor odōrus', 'decor decōrus', 'cano canōrus', 'sono sonōrus', quorum regula | in promptu est: nam nomina 'us', verba 'rus' assumunt.

In 'sus' duplicem habent formam: vel enim participialia sunt, id est participiis praeteriti temporis similia, et res incorporales significant et sunt quartae declinationis, ut 'usus', 'cursus', 'lusus', 'versus' - quod ab incorporali re ad corporalem quoque adductum est, quae est in literis -; aut mobilia sunt et secundae, ut 'lassus', 'fessus', 'cassus'; vel o productam habent ante 'sus' et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut 'saxosus' plenus saxis, 'spumosus' plenus spuma, 'ventosus' plenus ventis, 'harenosus' plenus harena. fiunt autem a primitivis suis hoc modo: mutant extremam partem syllabae vel syllabam, si pura est, in quam terminat genetivus, in o productam et assumunt 'sus': 'saxi saxosus', 'curiae curiosus', 'herbae herbosus', 'scelus sceleris scelerosus', 'numeri numerosus', 'oneris onerosus', 'perfidiae perfidiosus'. notandum, quod a metu 'meticulosus' fit. Plautus in mostellaria:

Nescis, quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

1 eo quod] eoque *k* dignus laude *DL* 2 dignus amore *L* curari *Gh* orandus *L* orari *L* 3 ordinari] *ah* ornari *AH* 4 loquantur] *rdh* loquentur *RADHGL* 5 pendulus credulus *om. A* *post* credulus: et ueniunt — credulus *om. R add. r* 7 credo credolus (v) *Hh* peudo (e) *Hh* pendo pendulus *om. A* 8 sillabarum partes *L* 9 conuertunt *AD* anniculus *DH* annulus] *gk* anulus (u) *AGr* anulum *K* 10 Et nouacula *AD* 12 hōnorus *A* honoris *K* 13 quorum — assumunt *in mg. add. g* in promptu est regula *K* promtu *R* prumtu (p) *L* prumptum est. Nannomina *A* 14 rus accipiunt uel assumunt *g* 15 sus] *h* cus (v) *H* 18 re. Ad *H* quoque *add. k* addictum *Rr* 19 lassus fessus cassus] *g* lassus fesus cassus *l* lasus fesus casus *GLK* 20 habent *om. L* aliquem esse (i) *D* eius rei quod significantur *H* 21 saxus *Rr* spumis *K* uentuosus *K* 22 arenosus *D* arena *Dr* arenae *H* 23 in qua *L* terminatur *D* terminatus *A* terminet *H* 24 et *om. K* assumit *R* ut saxi *D* 25 haerbae haerbosus *H* scelus *om. DL* scelus sceleris scelerosus *R* perfidiae perfidiosus numeri numerosus oneris onerosus *D* 26 ∗oneris ∗onerosus (h-h) *L* *post* onerosus: ponderis ponderosus *add. r* 27 metuculosus *DHGLKr* plaustus *A* *Plaut. most.* V 1, 52 (*v.* 1101) mustellaria *ADHGLK* 28 metuculosa *RDGLK*

In 'tus' si sint participialia aut denominativa, vel incorporalia et fixa 38 sunt, ut 'motus', 'tumultus', 'sonitus', 'habitus', 'cultus', 'consulatus', 'tribunatus', vel mobilia, ut 'togatus', 'palliatus', 'loricatus', 'tunicatus', 'gratus', 'laetus', 'mutus'; et sciendum, quod, si a primae declinationis nominibus derivantur, a habent paenultimam productam, ut 'barbātus', 'stellātus', 'trabeātus', 'purpurātus'; sin a secundae vel tertiae, in quibusdam a, in aliis i productam, ut 'pallium [pallii] palliātus', 'anulus anulātus' - Plautus in Poenulo:

quia incedunt cum anulatis auribus -

(excipitur 'manuleātus', quod quamvis a paenultimam productam habet, tamen a quarta declinatione derivatur: 'manus mānuleātus'. Plautus in Pseudulo:

manuleatam tunicam habere hominem adde||cet,

id est manicatam), 'grates' vel 'gratiae grātus', 'avītus', 'marītus', 'cerrītus', ab avo, mare, Cerere. excipiun|tur 'vetustus' et 'libertus', in quibus nominativi primitivorum 'tus' assumpserunt. a quartae declinationis nominibus derivata u productam habent ante 'tus': 'cornūtus', 'verūtus', 'astūtus', 'versūtus'. 39

In 'ctus', 'ptus', 'xus' participialia sive verbalia inveniuntur: 'amictus', 'sanctus', 'acceptus', 'sumptus', 'aptus', 'captus', 'raptus', 'flexus', 'laxus', 'fluxus', 'luxus', 'nexus'; haec enim omnia, cum non significant tempus, nomina sunt.

cum Plaut. Vatic. et Decurt. corr. metucolosa *H, Plaut. Decurt. m. pr.* fit *G* iudicium *K* 1 participialia] *gk* participalia *GK* et *om. H* 2 *post* fixa sunt: et quarte scilicet declinationis sunt et non sunt uerbialia *Rr* et quartae declinationis *ADl* et quartae declinationis et sunt uerbalia *d* et quartae scilicet declinationis *H* et non sunt uerbalia *GK et in litura L* et secundae sunt scilicet declinationis et non sunt uerbalia *g* consolatus (u) *K* tribunatus et quartae declinationis *add. GLK et iterum A, del. l* tribunatus et secundae uel mobilia sunt et haec secundae declinationis et non sunt uerbialia ut togatus *Rr* (uel mobilia) 3 *post* mobilia: et secundae declinationis *add. H* et secundae scilicet declinationis (sunt *D*) et non sunt uerbialia *AD* et sunt secundae declinationis et non sunt uerbalia *l* palliatus togatus tonicatus loricatus *K* tonicatus *AGL* 4 laetus] latus *GLK* si *add. h* 5 a habent] *sic*, habent (v) *in mg. add., d* * *D* scellatus *G* 6 purpuratus] *k* porpuratus *AGK* purpopuratus *H* sin autem a *G* *post* sin a *unius folii iactura deficit L usque ad vocc.* ut Glycerium *p.* 142, 23 hic est defectus unius folii *in mg. inf. m. rec.* 7 pallium *om. RAHGK* pallii *om. D* annullus *Rr* Plaustus *A* *Plaut. Poen.* V 2, 21 8 paenulo *AH* penulo *DGK* pamulo *R* paerulo *r* 9 quia] 'qui *G. Hermannus in Iahnii ann.* XXXV 191 *f. recte' Fleckeisenus* 10 manulatus *GKd* manuliatus *A* productam peneultimam *G* 11 manulatus *GKd* manuliatus *A* plaustus *A* *Plaut. Pseud.* II 4, 48 (*v.* 738) 12 Pseudulo] *k* phseudulo *RrH* pseudulo *DGK* 13 manuliatam *A* manulatam *GK* tonicam *GK* addecet] *sic etiam Plaut. Ambros.* Addecet *H* adiecit *GK* decet *codd. Plaut. praeter Ambr.* 14 gratis *K* avitus] productam ·i· auitus *G* (productum i) auitus *Kk* cerritus] *r* ceritus *RHd* ceriritus *k* 15 Cerere] *dk* cererae *D* ***rere *K* cerre *A* nominatiuo *k* 16 t[us] *Kk* quartae quoque declinationis *h* 21 nexus fluxus luxus *D* non sint significant *H*

In 'stus' a nominibus vel a verbis nascuntur extremam partem convertentibus in 'stus' e vel u antecedentibus, ut 'honor honestus', 'maeror maestus', 'modus modestus', 'scelus scelestus', 'robur robustus', 'ango angustus', 'augur augustus'. praeterea 'Venus venustus', 'ius iustus', 'onus onustus', quae, quomodo 'vetus vetustus', assumpta 'tus' faciunt derivativa et omnia una vincunt syllaba primitiva absque maesto.

In 'ax' plerumque verbalia inveniuntur ab omni coniugatione: 'voro voras vorax', 'audeo audes audax', 'teneo tenes tenax', 'emo emis emax', 'fallo fallis fallax', 'capio capis capax', 'pellicio pellicis pellax', 'sagio sagis sagax'.

In 'ex' correptam similiter a verbis: 'lateo lates latĕx', 'verto vertis vertĕx', 'vomo vomis vomĕx'. in 'ex' productam similiter: 'rego regis rēx', 'lego legis lēx'.

40 In 'ix' feminina inveniuntur a masculinis verbalibus sive denominativis in 'tor' desinentibus defigurata, quae mutant 'or' in 'rix', ut 'victor victrix', 'senator senatrix', 'cultor cultrix'; 'nutritor' quoque 'nutritrix' debuit facere, quod euphoniae causa sive alternitatis mediam syllabam concidit: 'nutrix' enim dicimus.

In 'ox' verbalia vel denominativa: 'voco vox', 'velum velox'.

In 'ux': 'luceo lux', 'duco dux'.

In 'nx' et 'rx': 'coniungo coniunx', 'arceo arx'.

In duas consonantes inveniuntur participialia: 'sapiens', 'amans', cum sint sine tempore; inveniuntur et denominativa: 'principium princeps', 'municipium municeps'. | ||

1 uel uerbis *DG* 2 ut *om. GK* meror mestus *RDGK* 3 scelus scelestus *add. r* robor *K* 4 anguo *K* 5 onestus *Rr* assupta *A* asumpta *G* 6 deriuatiuum *D* maesto (m *superscr.*) *Rr* mesto *GK* mestus *D* maestu(s) *H* 7 ut uoro *ADG* 8 uoras *om. G* tene* (s *superscr.*) *Rr* emis] *om. G* .is *in mg. g* emes (i *superscr.*) *Hh* 9 fallis] *om. G* .is *g* capis] *om. G* .is *g* pellicis] *om. G* .is *g* pelax *A* 10 sagis] *om. AG* .is *g* 11 ut lateo *D* lates *om. G* uertis *om. G* 12 uomis *om. G* regis *om. G* 13 legis *om. G* 15 motant**or. *K* ut *om. G* 16 n*tritor (v *superscr.*) (o) *Kk* 17 eufoniae *K* ephoniae *H* 19 ut uoco *G* 20 lucio (e *superscr.*) *Rr* 21 nx] unx *r* coniungo] *h* coniugo *RH* 23 sunt *DKh* sine tempore] *ex* tempore sine *mut. K*

Explicit lib. IIII. DE (DE *superscr.*) NOMINATIVO. INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *R* EXPL LIB. QVARTVS | INCIPIT LIB QVINTVS DE GENERIBVS *A* finit liber quartus | INCIP AIB. V. de generibus *G* INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *H* finit | Liber quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. *K* PRISCIANI LIBER .IIII. ID EST .III. DE NOMINE EXPLICAT. Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. INCIPIT. *D*

LIBER QVINTVS.

DE GENERIBVS.

Quoniam de speciebus sive formis nominum, quantum potuimus, supra tractavimus, nunc de generibus quaerere conemur. I 1

Genera igitur nominum principalia sunt duo, quae sola novit ratio naturae, masculinum et femininum. genera enim dicuntur a generando proprie quae generare possunt, quae sunt masculinum et femininum. nam commune et neutrum vocis magis qualitate quam natura dinoscuntur, quae sunt sibi contraria. nam commune modo masculini modo feminini significationem possidet; neutrum vero, quantum ad ipsius vocis qualitatem, nec masculinum nec femininum est. unde commune articulum sive articulare pronomen tam masculini | quam feminini generis assumit, ut 'hic sacerdos' et 'haec sacerdos', neutrum autem separatum ab utroque genere articulum asciscit, ut 'hoc regnum'.

Epicoena, id est promiscua, vel masculina sunt vel feminina, quae una voce et uno articulo utriusque naturae animalia solent significare. dubia autem sunt genera, quae nulla ratione cogente auctoritas veterum diverso genere protulit, ut 'hic finis' et 'haec finis', 'cortex', 'silex', 'margo'. similiter 'grus', 'bubo', 'damma', 'panthera' in utroque genere promiscue sunt prolata. || sunt alia communia non solum masculini et feminini, sed etiam neutri, et sunt adiectiva, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc felix', 'sapiens'. sunt quaedam tam natura quam voce mobilia, ut 'natus 2

2 formis *in litura g* 3 tractab(u)imus *R* de geribus *A* 4 DE DIVISIONIBVS GENERVM *inscr. D* 6 proprie] *rd* propriae *RADH* posunt *G* 7 communia et neutra *G* naturae *AH* denoscuntur *G* 8 cummunę *K* femini[ni] *H* 9 ad] et (pertinet ad) *Rr* ****** ad (ptinet ?) *K* ad ipsius *in litura H* 11 feminini] *h* femini *HK* 12 separatim *K* 13 assciscit *R* adsciscit *H* adscisit *A* ut horegnum *R* 14 epicoena (ΕΠΙΚΟΙΝΑ) *Rr* ΕΠΙΚΕΝΑ *GK* ΗΠΥΧΗΝΑ *in lac. h* uel masculina uel feminina sunt *K* 15 animalia] *om. H add. h* animali(a)um *Rr* 18 margo *om. K*, *ante* silex *add. k* *post* bubo *in marg.:* Ouidius. fedaque fit uolucris, uenturi nuncia luctus (?), Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. (*metam.* V 549 *sq.*) Solaque carminibus (*l.* culminibus) ferali carmine bubo (?). (*Verg. Aen.* IIII 462) *add. h* dama *g* panthera damma *D* pantera *r* 19 promiscue] *rg* promiscuae *RGd* promiscua *D* sunt promiscue *A* sint prolata *G* communa *R* 20 femini *R* foemini *H* 21 mobilia natus *HG*

nata', 'filius filia'; sunt alia natura et significatione mobilia, non etiam voce, ut 'pater mater', 'frater soror', 'patruus amita', 'avunculus matertera'; sunt alia voce, non etiam naturae significatione mobilia, ut 'lucifer lucifera', 'frugifer frugifera': sive enim de sole sive de luna sive de agro sive de terra loquar, nulla est discretio generis naturalis in rebus ipsis, sed in voce sola; sunt alia quasi mobilia, cum a se, non a masculinis feminina nascuntur, ut 'Helenus Helena', 'Danaus Danaa', 'liber libra', 'fiber fibra'. unumquodque enim eorum propriam et amotam a significatione masculini habet demonstrationem et positionem; sunt alia, quae differentiae significationis causa mutant genera, ut 'haec pirus hoc pirum', 'haec malus hoc | malum', 'haec arbutus hoc arbutum', 'haec myrtus hoc myrtum', 'haec prunus hoc prunum'. et hoc in plerisque invenis arborum nominibus, in quibus ipsae arbores feminino genere, fructus neutro proferuntur vel ligna, ut 'haec buxus' arbos, 'hoc buxum' lignum. Virgilius: dant arbuta silvae, cruentaque myrta, cerea pruna, volubile buxum.

3 (margin number beside "tera'; sunt alia voce")

De singulis igitur terminationibus quomodo possint comprehendi genera, prout valeam, hinc tractare incipiam.

4 Masculini generis terminales inveniuntur literae septem: a, o, l, n, r, s, x, ut 'scriba', 'Cicero', 'sol', 'flamen', 'Caesar', 'bonus', 'rex'; feminini quoque eaedem, ut 'Roma', 'virgo', 'Tanaquil', 'Siren', 'mater', 'civitas', 'pax'. in e quoque productam inveniuntur || feminina, sed Graeca dumtaxat, ut 'Taygetē', 'Euterpē', et in 'um', sed figurate, ut 'Glycerium mea' et 'Dorcium' et 'Philotium'. communia in easdem literas desinunt, quas et masculina, ut 'hic' et 'haec advena', 'homo', 'vigil', 'tibicen', 'fidicen'- ut quibusdam placet, nam usus eorum feminina in a terminat,
II 5 'fidicina' et 'tibicina' -, 'hic' et 'haec pauper', 'civis', 'dux'. neutrorum duodecim inveninntur terminales literae: a, e correpta, i, u, l, m, n, r, s, c, t, d, ut 'poema', 'marĕ', 'gummi', 'cornu', 'mel', 'regnum', 'numen',

1 alia mobilia natura et significatione *D* 2 *post* mater: non enim fit a patre patra *add. D* 8 unnnquoque *G* propria *R* propria et amota *A* 9 habent *G* positionem] significationem *R* 10 differentiae] *h* differentia *H* differentiae significationis *ex* significationis differentiae *corr. G* et hoc pirum *D* 11 hae^c malus *Dd* myrtus] *k* mirtus *K* 12 myrtum] *k* mirtum *K* implerisque *AD* 13 genere *om. AHGK add. h* necuero (utro) *A* 14 arbor *ADK* *Verg. georg.* II 520 *georg.* I 306 *ecl.* 2, 53 *Aen.* VII 382 15 arbusta *Rom.* arsuta *Pal.* syluae *R* cruentaque myrta *ex* myrta cruentaque *corr. D* coera (e) *Gg* cerea (o) *Kk* 17 DE TERMINALIVM LITTERARVM NVMERO IN VNOQVOQVE GENERE. *D* conprehendi *A* comprehende (i) *Dd* cpraehendi *H* 19 litterae inueniuntur *D* 21 eadem *AG* syren *H* 22 productam quoque *G* producta *R* productam sed graeca dumtaxat inueniuntur ut *D* femininae *H* 23 tahygete *ADHK* taigete *G* eyterpe *HK* euturpe *G* eyterpe feminina *D* figuratae *A* glicerium *ADK* gligerium *G* 24 *g* mea et Dorcium *iterum inc. L, v. lib.* IIII § 38 *p.* 139, 7 Dorcium] *r* dortium *RA* philocium *RH* *post* Philotium: sicut dicam ossa mons *D del. d* desinunt litteras *AH* 25 quas] in quas *ADKr* 26 femina *L* 27 fidicina tibicina *G* 29 nomen, *sed*

'tuber', 'sidus', 'lac', 'caput', 'aliud'. communia trium generum desinunt in i, m, r, s, x, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nequam', 'par', 'prudens', 'audax'.

In a igitur desinentia vel masculina sunt vel feminina vel communia vel neutra. masculina sunt, quae cum sint propria apud Latinos a terminantia, apud Graecos assumunt s, ut 'Catilina', 'Sulla', 'Fimbria', 'Aquila', *Κατιλίνας*, *Σύλλας*, *Φιμβρίας*, *'Ακύλας*; vel contra apud Graecos in 'as' desinen|tia vel in 'es', apud nos in a terminant, ut *Μαρσύας*, *Σωσίας*, *Βυρρίας*, *Χαιρέας*, *Τυρίας*, *Βαγράδας*, 'Marsya', 'Sosia', 'Byrria', 'Chaerea', 'Turia', 'Bagrada', *ποιητής*, *κιθαριστής*, *σοφιστής*, *Σκύθης*, *Μελικέρτης*, *Λεπτάστης*, 'poeta', 'citharista', 'sophista', 'Scytha', 'Melicerta', 'Leptasta'. Sallustius in II historiarum: quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat. excipitur 'haec charta' et 'haec cataracta', 'margarita', 6
'catapulta', quae, cum sint masculina apud Graecos, apud nos etiam genus cum terminatione mutaverunt. quod autem 'Turia' et similia fluminum nomina masculina sunt, ostendit etiam Sallustius in 'am' terminans eius accusativum in II historiarum: inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam. nam si esset neutrum, similis esset accusativus nominativo. illa quoque in a desinentia, quae officiorum sunt ad viros perti-

in mg. pr. ni f. m. numen *K* 1 capud *Rr* (t) *aput *Gg* (k) aliut *Rr* (d) 2 nequam] *r* nequar *R* 4 DE QVINQVE GENERIBVS IN A SED PRIMVM DE MASCVLINO *DL* sunt *add. r* 5 quae cum] *h* quaecumq.. *H* 6 catillina *ADH* catilena *LK* katilena *G* uel katilina *g* syll**a *H* silla *rell.* 7 *Κατιλίνας*] *r* ΚΑΤΙΛΛΙΝΑϹ *AD* ΚΑΤΙΛΗΝΑϹ *G* catilinas *RK* cantilenas *L* *Σύλλας*] *r* sillas *RLK* *Φιμβρίας*] *r* ΦΥΜΒΡΙΑϹ *AHG* fimbrias *RLK* *'Ακύλας*] *in mg. r* ΑΚΙΛΑϹ (ΚΙ) *A* aquilas *R* aquilas *LK* 8 desinentia *om. G* terminantur *DK* ΜΑΡϹΙΑϹ *Arg* ΝΑΡϹΙΑϹ *G* marsas (y) *L* marsias *RK* 9 *Σωσίας*] *r* ϹѠϹΥΑϹ *DH* ϹΟϹΙΑϹ *G* sosias *LK* sosyas *R* ΒΙΡΡΙΑϹ *AG* ΒΙΡΡΙΑϹ *r* byrrias *RL* birrias *K* ΧΕΡΕΑϹ *HGr* chereas *R* caereas *LK* *Τυρίας*] tyrias *K*, ΤΥΡΥΑϹ *H* turias *RL* ΘΟΙΡΙΑϹ *r* *Βαγράδας*] *r* ΒΑΤΡΑΔΑϹ *A* bagradas *RL et ex* bragadas *corr. K* marsia *ADHGKr* Sosia] *r* sosya *RD* 10 birria *AGK* birrhia *H* cherea *RADHG* turia caerea *LK* Turia] *d* tyria *AD* bagrada *ex* bragada *corr. K* poetes (poetas *L*). citharistes (cytharistes *K*). sophistes. scythes (schites *R* schithes *K*). melicerites (milicertes *L* milicertes (e) *K*). leptastes. *RLK* ΠΟΙΗΤΗϹ. ΚΙΘΑΡΙϹΤΗϹ. ϹѠΦΙϹΤΗϹ. ϹΚΙΤΗϹ. ΜΕΛΙΚΕΡΤΗϹ. ΛΕΠΤΑϹΤΗϹ *r* ρѡεθεc. *H* ϹΚΙΘΗϹ ΚΙΘΑΡΙϹΤΗϹ *G* ΚΥΘΑΡΙϹΘΕϹ *H* ϹѠΦΙϹΤΗϹ *A* cophictec *H* 11 ϹΚΙΘΗϹ *G* ϹΚΙΤΗϹ *A* ϹΚΥΘΕϹ *H* ϹΚΥΝΦΗϹ *post* ϹΚΥΘΗϹ *add. D* ΜΗΛΙΚΕΡΤΗϹ *A* ΜΕΛΙΚΕΡΤΕϹ *H* ΛΕΡΤΑϹΤΕϹ *H* ΛΗΡΑΤΑϹΤΗϹ *A* citarista (h) *Rr* chitharista *A* cytharista *HK* schita *R* scitha *GK* schyta (i) *H* scnipha *post* scytha *add. D* 12 milicerta *L* *Sall. hist.* II 31 *p.* 144 *Kritz.* 13 Mauritania] *r* mauretania *RA* proditionis] *r* prodicionis *RA* 14 misserat *GL* Excipiuntur *LK* chartha *R* cartha *A* carta *GLK* catarecta *GK* catharecta *A* margarita catarecta *D* margareta (i) *GgK* 15 genus etiam *G* 16 tyria (v) *Dd* tyria *G et in litura L* 18 accusatiuum (accussatiuum *A*) dicendo in *AD* *Sall. hist.* II 24 *p.* 136 *Kritz. cf. lib.* VI § 9 19 Turiam] *d* tyriam *AD* esset et accussatiuus *L* nonominatiuo *H*

nentium, masculina esse nulla est dubitatio: 'scriba', 'lixa', 'collega'. quae vero, cum apud Graecos communia sunt vel mobilia, apud Latinos in a desinunt tantum nec ex masculinis in 'us' desinentibus transformantur, commu||nia tantum et paene omnia a verbis sunt composita vel derivata, ut 'hic' et 'haec agricola', 'caelicola', 'advena', 'parricida', 'Graiugena', 'conviva'. Pomponius in auctorato:

conveni omnes convivas meas.

Horatius in sermonum I:

ut conviva satur.

7 Alia vero omnia propria sive appellativa in a desinentia feminina sunt, ut 'Musa', 'curia', 'Roma', 'Ilia'. in promiscuis tamen invenimus quaedam auctoritate veterum secundum genus masculinum prolata. Virgilius in georgicon I:

Aut oculis capti fodere cubilia talpae.

idem in bucolico:

Cum canibus timidi venient ad pocu|la dammae.

Horatius tamen feminine hoc idem protulit in I carminum·

Et superiecto pavidae natarunt
Aequore dammae.

item Horatius in II epistularum:

Si foret in terris, rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthera camelo
Sive elephas albus vulgi converterit ora.

et magis in quadrupedibus hoc invenis: nam in aliis animalibus, si sint

1 ut scriba *AD* colliga *GK* uel cenniga *k* 2 ·II· DE COMMVNI GENERE *DL* uero *om. L* sint communia *G* sint *H* et apud *h* 3 nec *add. r* 4 communia sunt tantum *ADHGLK* poene *AH* sunt *om. H* 5 agricula *LK* caelicula *K* parridicida *A* 6 *Pompon. auctor. fr.* 2 *p.* 105 *Both. p.* 139 *Munk. fr.* II *p.* 193 *Ribb.* postquam conuenio omnes conuiuas meas *cod. Char. p.* 37 *P.* postquam conueni omnis conuiuas meas *Donatianus ex ed. Mediol. a.* 1504 *expressus ap. Gaisfordum script. Lat. rei metr. p.* VIII Postquam convivas omnes conveni meas *Bothius* postquam conveni convivas omnes meas *Munkius. at codd. scriptura proba:* . póstquam conveni ómnes convivás meas. *et sic etiam Ribbeckius* in *add. r* 7 meos *GL* 8 oratius *K* *Hor. serm.* I 1, 119 sermone *D* I *scripsi* II *RLK* II *r* (do) secundo *ADHG* 9 uti *Horatius* 10 ·III· DE FEMININIS. *D* ·III· de feminino *L* femina *R* 11 Ilia] illia *H* allia *h* ·IIII· DE PROMISCVO GENERE *DL* quaedam inuenimus *K* 12 prolata ut *D* *Verg. georg.* I 183 13 ·I· (primo *D*) georgicon *AD* 14 capti (i?) *H* capti *Med.* foedere *A* 15 *Verg. ecl.* 8, 28 bocolico *AGK* 16 timidi] *sic etiam Pal. m. alt.* timidae *Med.* timide *Pal. m. pr.* ueniunt *L* damae *l* damnae (m) *Med.* 17 *Hor. carm.* I 2, 11 *sq.* feminine] *r* femininae *RH* protulit hoc idem in ·I· epistularum. Et *L* 19 damae *gl* 20 Idem horatius *G* Idem *L* Horatius] *r* oratius *RHK* *Hor. epp.* II 1, 194 *sqq.* aepistolarum *K* 21 foret] *l* forte *L* rid&r&t *H* irrideret *r* ridet *Gk* ridere demotritus *A* . et seu *GLK* uel heu *spscr. l* 22 diuerso *GK* confussa *L* pantera *RH* camelo] *h* camelló *RHK* 23 siue *om. L* elifas *RG* elefas *r* eliphans *K* converterit] *cf. infra* § 23; *probat Bentleius ad Hor. l. l.* conuerteret *Ad cum codd. Horatianis* hora *RD* *post* hora: Hanc confusionem in a desinentia *add. R, uncis induxit et* glosa fuit *superscr. r* 24 quadrupedibus] *rh* quadripedibus *RHK*

promiscua in a, feminini articulos assumunt. in a neutra non inveniuntur Latina, sed Graeca, ut 'poema', 'schema', 'emblema', 'toreuma', 'peripetasma', nisi tria monosyllaba Latina eiusdem generis literarum nomina indeclinabilia: a, ka, ha. omnia enim nomina elementorum propria neutra sunt tam apud nos quam apud Graecos et indeclinabilia. (numerorum vero nomina, quae declinantur, mobilia sunt vel per tres vel per duas terminationes, ut 'unus una unum', 'duo duae duo', 'tres tria', 'ducenti ducentae ducenta'; indeclinabilia vero communia sunt trium generum: 'hi' et 'hae' et 'haec quattuor', 'quinque', 'sex' et deinceps usque ad 'centum': 'mille' quoque trium est generum, quia est indeclinabile.) 8

In e correptam neutra sunt omnia, ut 'marĕ', 'sedilĕ', 'monilĕ'. in e productam Graeca feminina, ut 'Euterpē', 'Libyē'.

In i neutrum, 'hoc gummi', et a genetivis composita communia trium generum, 'eiusmodi'. nam 'nihili', 'frugi', 'mancipi' obliqui sunt casus figurate cum omnibus casibus adiuncti. | ||

In o, i antecedente, quando non sunt verbalia sive participialia, masculina sunt, ut 'hic stellio', 'gurgulio'; quando sunt verbalia sive participialia, feminina sunt, ut 'oratio', 'actio', 'coniugatio', 'coniunctio', 'interiectio'. g quoque vel d antecedentibus, si mutant o in i in genetivo, feminina sunt, ut 'virgo virginis', 'Carthago Carthaginis', 'uligo uliginis', 'dulcedo dulcedinis', 'acredo acredinis', 'cupido cupidinis', quod tamen et masculinum est, quando proprium est ipsius Amoris dei. excipiuntur supra dictae declinationis masculina haec: 'hic ordo ordinis', 'cardo cardinis'. 'margo' quoque auctoritate poetica non solum feminini, sed etiam masculini generis invenitur. Statius: 9

Solverat Hesperii devexo margine ponti.

1 DE NEVTRO *D* De neutro in a. *L* 2 scema *DGLK* 3 trea *G* genera *A* 4 k *Lr* ha] *r* a *R* h *L* 5 nos] Latinos *L* 6 mobilia sunt] *g* mobilia *G* uel per duas uel per tres *G* uel per duas terminationes uel per tres *L* 7 trea *G* (uel -i) 8 i et ae *Rr* (h h) 10 trium generum *G* quia] quod *GL* indeclinabile est *G* 11 DE NEVTRO ET FEMININO IN E *DL* monile sedile *L* munile *Ar* 12 euturpe *GL* lybyae *R* lybye *HKr* lipie (y) *Ll* libiae *A* 13 DE NEVTRO ET COMMVNI IN L. *D* ut hoc *L* 14 ut eiusmodi *AD* huiusmodi *GL* nihili fugi *R* nichili frugi *r* 15 figuratae *AH* cum] com *A* 16 DE TRIBVS GENERIBVS IN O. *DL* quando] *r* q *G* quando si *RG* *** si *L* quando non] qñ *in* q ñ (si) *corr. in K* *vocc.* quando — gurgulio *gloss. visa Krehlio, quo teste in marg. add. Zwicc.* 1, 2 *Lips.* 2 *et m. rec. in Dresd., uncis inclusit Erl.* 2 *post* uerbalia siue participialia *vocc.* masculina — uerbalia siue participialia *om. HK* 18 ut oratio — feminina sunt *add. g* actio] *r* accio *R* interiectio coniunctio *R* 19 emutant *Rr* 20 Carthago] *r* karthago *AG* kartago *a* charthago *R* chartago *HL* karthago . nis *K* Carthaginis] *r* karthaginis *G* kartaginis *H* chartaginis *RL* cartaginis *a* uligo . nis (uel o) *Kk* 22 Amoris *om. AD add. d* diei *AD* supradectae (i) *A* 25 Statius] *r* statius thebaidos (tebaidos *R*) libro *RAHGLK* statius in libro thebaidos *D* statius thebaidos libro III *hl* *Stat. Theb.* III 407 26 hisperii *G* dinexo *L*

propria quoque inveniuntur feminina, quae apud Graecos in ω vel in ων desinunt, ut 'Manto', 'Dido', 'Sappho', 'Ruscino', 'Bubo', et unum Latinum 'Iuno' et appellativum in 'ro' unum, 'caro'. alia vero omnia masculina sunt, ut 'stellio', 'Anio', 'Cicero', 'Milo', 'Apollo', 'mango', 'praedo', 'ligo', 'carbo', 'sermo', 'quaternio', exceptis paucis communibus, quae communia esse tam ipsa natura quam exempla Graecorum nobis demonstrare possunt, apud quos vel communia vel mobilia haec inveniuntur, ut 'hic' et 'haec homo', ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, 'hic' et 'haec latro', ὁ ληστὴς καὶ ἡ ληστής. inveniuntur tamen ex his quaedam in a facientia femininum, ut 'leno lena'. Iuvenalis in II:

Aut apud Isiacae potius sacraria lenae. |

'caupo' quoque 'caupona' facit, quod est tam taberna quam mulier, et ad imitationem Graecorum: 'leo leaena' vel 'lea', 'draco dracaena', 'strabo straba'.

In u neutra sunt: 'cornu', 'genu', 'gelu'.

In c duo sunt neutra: 'hoc lac lactis' et 'allec allecis'.

In d neutra sunt: 'quid' vel 'quod' et 'aliud' - haec enim ratio nomina esse ostendit - et 'Bogud', nomen barbarum, quod Livius in centesimo quarto decimo declinavit Bogudis.

1 *ων*] *r* ON *R* ωH *A* 2 mantuo *Rr* sapho *GLK* nuscino *K* nibo *L* uel bubo *l* bibo *RDH* Bito *Sturzius opusc. p.* 44. *at* Bubo, *quae est librorum AGKl lectio, mutatione non eget: est enim haec urbs Lyciae* 3 ** iuno *K* unum in ro *L* uero *om. G* 4 appollo *AHGL* appallo *K* margo *L* 6 natura ipsa *D* nobis demonstrant apud *L* 8 ω ANTPωΠωC *H* O ANTPωΠOC *AK* O ANTPOΠOC *GL* ANTPωΠωOC KAI NANETPωΠω *Rr* ANΘPOΠOC *K* ANTPOΠOC *GL* ANΘPωΠωC *H* 9 ΛHCTHC *DGK* ΛHTEC *A* ΔHCTHC *H* ΛECTEC *L* O ΛHCTHC KAI HNCTHC *Rr* ΛHCTHC *D* ΛECTEC *L* ΛHCTEC *G* ΔHCTIC *K* ΛHCΘEC *A* ΔHCTHC *H* quedam feminina in a ut *D* 10 *Iuv. sat.* II 6, 489 11 Aut] ut *A* isciacae *RDH* istiacae *A* ipsiacae *GLK* uel isiacae *g* sacrariae *K* laenae *r* 12 tam *add. h* 13 emitationem *K* leaena *Rr* leena *GL* lena *K* draco . na *Kk* dracena *RAH* dracena uel draca *GL* 15 DE .V. *D* In V *L* ut cornu *D* genu genu *H* genu gelu ueru *D* gelu genu ueru *A* 16 DE C. *D*(*L?*) Sunt duo in c *D* duo sunt *K* neutra sunt *L* ut hoc *D* hallec *AHG* hallec . cis *K* hallecis *DG* halletis *A* hallec * is (t) *H* 17 DE NEVTRO ET MASCVLINO IN D. *et sic per sqq. terminationes titulos add. DL* d duo neutra *AD* quid et quod *G* 18 Bogud] *scripsi* bogud bogudinis *RAHGk* bogud bogudis *DLKh* Livius] *r* libius *RAHGK* libyus *D* liuyus *d* *Livii fragm. libro* CXIII *secundum Prisciani edd. assignavit Drakenborchius, Liv. t.* XIV *p.* 795 *ed. Stuttg., libro* CXII *coll. Prisc. lib.* VI § 22 *Weissenbornius t.* VI *p.* 12 *ed. Teubn. hoc loco* centesimo (centissimo *GK*) quarto decimo (quartadecimo *L* XIIII *K*) *literis exaratum tantum non omnes libri praebent; fragmenta infra laudata ad librum* CXII *pertinere et ipsa eorum argumenta et libri docent. Bogudis vero nomen etiam per a.* 46 *vicissitudines in libro* CXIIII *a Livio commemorari potuit, ut in variis fontibus utrumque numerum Prisc. invenerit* 19 bogudis declinauit *K* Bogudis] *d* bugodis *D*

In 'al' Latina neutra sunt omnia: 'tribunal', 'cervical', 'vectigal'. excipitur unum monosyllabum masculinum, 'hic sal sa||lis'. Terentius in eunucho:

†qui habet in se salem.

Sallustius in Iugurthino: neque salem neque alia gulae irritamenta. inveniuntur tamen vetustissimi quidam etiam neutro genere hoc protulisse. barbara in 'al' desinentia masculina sunt: 'Hannibal', 'Hiempsal', 'Hasdrubal'.

In 'el' correptam neutri sunt generis, 'mĕl', 'fĕl', 'subtĕl', τὸ 11
κοῖλον τοῦ ποδός.

In 'el' productam barbara masculina inveniuntur: 'hic Michaël', 'Gabriēl', 'hic Abēl'.

In 'il' unum masculinum, 'pugil', unum femininum, 'Tanaquil', unum commune, 'vigil', unum neutrum indeclinabile, 'nihil', quod per apocopen, id est abscisionem extremae syllabae, ab eo, quod est 'nihilum', factum est 'nihil'.

In 'ol' unum est masculinum, 'sol solis'.

In 'ul' quoque unum reperitur masculinum Latinum, 'consul', duo communia, 'praesul', 'exul', et barbara, 'Suthul', 'Muthul'; et sunt propria, quae ideo quidam neutra | esse putaverunt, quod appellativis neutris sunt coniuncta: 'oppidum Suthul'. sed melius est figurate sic esse apposita dicere, ut si dicam 'mons Ossa' vel 'Tiberis flumen', quam quod

1 latina neutra sunt latina omnia *L* ut tribunal *D* ceruic(a)el *K* 2 Excipiuntur *H* *Ter. eun.* III 1, 10: Verbis saepe in se transmo(v)uet qui habet salem (qui sal habet *Bentleius*) 3 eunocho *K* 4 in se] ipse (uel n) *Ll* 5 *Sall. Iug.* 89, 7 'eugurthino *G* irritamenta gulae *cum libris Sallustianis GK* 6 tamen] *om. G* tamen et *AH* uetustis(t)simi (*sic*) *H* neutr(o)a *K* 7 protullisse *G* ut hannibal *AD* (h)annibal *Rr* hiemsal *AL* 8 Hasdrubal] *rd* hastrubal *D* hastrubas *R* 9 correpta *RH* suptel *DL* s(v)abtel *K* *post* subtel: subtilis sed non in usu. *add. A* θω *R* θο *Hr* 10 κοῖλον] *r* κοιλων *RDGL* κοι.λων *A* κολον *H* κογλον *K* τοι *G* τ(o)οι *Rr* θωγ *H* 11 producta *RA* masculina barbara *HL* masculina inueniuntur barbara *D* inueniuntur masculina *K* ut est hic *D* ut hic *G* mich(a)el *Kk* michahel *RAH* 12 hic gabriel *D* gabrihel *RA* grabrihel *H* hic Abel] hic abiel *G* abiel *K* ab*el (i) *L* ****el *H* raphael *h* nechabel *R* nectabel (nestabel) *r*, *cf. lib.* VII § 30 13 ut pugil *L* 15 a(po)copen *A* apacopen *LK* est per abscisionem *D* est per extremae syllabae abscisionem *K* abscissionem *g* extramae *D* nihihilum *R* 16 factum nihil *D* 17 unum masculinum *L* ut sol *A* 18 reperitur] *r* repperitur *RAHL* latinum masculinum reperitur *D* 19 ex*ul (s) *DG* m(v)athul *K* muithul *R* 20 neutri* *Rr* 21 oppidum] *r* opidum *RL* ut oppidum *A* 22 si *om. R* osa *L* tyberis *R* tib(e)ris *Kk* fluium (flumen *in mg.*) *K* quam dicere quod

neutri generis in 'ul' terminantia sint, et maxime, cum lingua Poenorum, quae Chaldaeae vel Hebraeae similis est et Syrae, non habeat genus neutrum.

In 'am' unum invenitur commune trium generum et utriusque numeri, 'hic' et 'haec' et 'hoc nequam'.

In 'im' quoque unum neutrum proprium, 'Cim', nomen vici, ut dicit Celsus. et barbara indeclinabilia non solum in 'am' et in 'im', sed in alias quoque literas terminant, in quas Latina vel Graeca nomina non solent desinere, ut 'Abraham', 'Ioachim', 'Loth', 'Ruth', 'Iacob', 'David', 'Balac'. sed haec nomina nulla regula Latina vel Graeca sunt moderanda, nisi si transferantur in aliquam declinabilem formam, quod quidam historici fecerunt, ut 'Abrahamus Abrahami'.

III 12 In 'um' neutra sunt omnia: 'templum', 'regnum', 'tectum'. inveniuntur tamen || apud comicos feminarum quoque propria, quae in hanc terminationem diminutionis sive adulationis amatoriae causa proferuntur, ut 'Glycerium', 'Philotium', 'Dorcium', 'Sophronium', 'Abrotonum', quae quamvis articulos habeant femininos, declinationem tamen et formam tam apud Latinos quam apud Graecos servant neutrorum.

In 'en' correptam a canendo composita masculina | sunt, ut 'cornicĕn', 'fidicĕn', 'tubicĕn', 'tibicĕn', quorum feminina quae sunt in usu a genetivo figurantur mutata 'is' in a: 'fidicinis fidicina', 'tibicinis tibicina'. alia vero omnia in 'en' desinentia correptam neutra sunt, ut 'hoc numĕn', 'stamĕn', 'solamĕn', 'semĕn', cuius nominativum etiam 'hoc seminium' antiqui protulisse inveniuntur. Plautus in milite glorioso:

ADGKr 1 sint (v) *K* maximae *H* paenorum *RG* 2 chald*eae (a) *R* chaldeae *HAGL* caldeae *DK* uel *add. k* vel Hebraeae] uehebreae *A* hebreae *DH* ebreae *GLK* et (uel) *Kk* sire *R* sirae *r* syre *A* syreae *G* siriae *in* sireae *mut. K* 4 commune inuenitur *AH* trium generum commune *G* 5 ut hic *K* 6 quoque *om. H* vici] ciui *A* 7 solum et in *K* 8 aliis quoque litteris *D* quoque litteras *ex* litteras quoque *mut. R* nomina *add. l* 9 solunt *R* habraham *A* iochim *L* ioacim *GK* iocob *L* 10 Balac] *h* balach *D et in litura ni f. H* nomina *om. L* 11 si] *r om. RADHLK* transferentur (a) *Rr* formam declinabilem *D* 12 (h)istorici *Rr* storici *A* ab(h)raamus *Rr* habramus *A* habra(ha)hmus *a* ab(h)raami *Rr* 14 tamen *add. k* feminearum *L* 15 diminutionis *in marg. add. l* sive] aut *L* adolationis *GL* et amatoriae *L* āamatoriae *G* 16 Glycerium] *h* glicerium *DL* gligerium *G* clycerium *AH* filotium *R* filocium *AHr* dorcium philocium *D* Dorcium] *r* dortium *RA* sofronium *A* sophronium *Hh* Abrotonum] *h* abrotonium *RH* afrotonum *r* abrotanum *A* abroto(h)nium *Kk* abrothonium *G* habrotonum *L* 17 feminos *L* tamen et] *g* tam et *G* 18 grecos quam apud latinos *D* 19 ut *om. DL* 20 tibicen tubicen fidicen *D* tibicen liticen quorum *A* 21 genitiuis *A* figurate (figurantur *d*) a genitiuis *D* a ut tibicen tibicina tibicinis (tibicinis tibicina *d*) fidicen fidicinis fidicina *D* fidicenis fidicena tibicenis tibicena *K* tibi(ci)nis *Hh* 22 correpta *RA* 23 st*amen *L* semin(i*)um *RrAD* seminum *G* 24 ut antiqui *G* Plaut. mil. glor. IIII 2, 67 sq.

verri adfertur merces,
Non hic suo seminio quemquam †procule nam inpertiturus est.

excipitur 'flamĕn' [sacerdos Iovis] et 'pectĕn', quae sunt masculina. Trogus in XXII femininum a flamine protulit, 'haec flaminica': †Papicio flamen propter mortem flaminicae flaminio abiit.

In 'en' producta Latina generis sunt masculini: 'liēn', 'riēn' vel 13
'rēn' et 'splēn splenis'. Graeca vero in n desinentia eadem servant genera, quae habent apud Graecos: 'hic Ti|tan', 'haec Siren'.

In 'ar' Latinum unum dumtaxat proprium masculinum disyllabum invenitur, hic 'Caesar', et monosyllaba masculina, 'Lar', 'Nar' - Virgilius:

Sulphurea Nar albus aqua -,

barbara vero plura: 'Aspar', 'Bostar', 'Hamilcar', 'Arar', quod etiam 'Araris' dicitur. Lucanus in VI:

(*v.* 1059 *sq.*) 1 ue^{r}riafertur *L* uerrias fertur *A* uerriant fertur, uerreant ut tu *etc. libri Plautini* affertur *RADGK* merces] *h* mercis *AHKr Plaut. Vet.* 2 semino *GLK* quenquam *GL* q'quam *K* procule. nam] *R* porculenam *r et sic apud Plautum Ge. Merula* porculae. nam *H* porculae nam *ADK* porculaenam *L* proculē *et* proculem *libri Plaut. opt.* porcellam *corr. Reizius* inpertiturus est] *h* impertiturus est *r* imperiturus est *K* inperiturus est *H* impertiturust *Plauti Palat. decurt. et Vat.* inpertitust *Vet.* 5 *Trog. Pomp. fragm. hist. Philipp. lib.* XXII *v. Iustin. ed. Bongars. Paris.* 1581 *init. fol.* 6 *v., ed. Dübner. t.* II *p.* 221, *ubi perperam lib.* XXI *assignatur. Pompeii Trogi fr. ed. Bielowskius fr.* 25 *p.* 21 *sq.* feminini *A* a flamen flaminica protulit *L* flaminea *RDH* flaminca *K* Papicio] papitio *AH* Papirius *Bongarsius, Falsterus amoen. philol.* III 238 Papisius *s.* Papirius *A. G. Cramerus in ann. ms. ad Gell. noct. Att.* X 15, 22 6 flamen propter mortem] *L, om. rell.* propte• mortem *α* flaminice *H* .flamenice *A* flamincae *K* flaminea *D* fla•minio (m) *R* flamonio *AGk* abiit] *L et sic Bongarsius, Falsterus, Cramerus, Krehlii censor Ien. l. l. p.* 418 obiit *libri rell.* 7 productam *DL* Latina *om. L* 8 ren splen *L* splenis] *h* et splenis *AH* splenis *om. DL* in •n (?) *R* in en *h* 9 Graecos] illos *G* ut hic ΤΙΤΑΝ *D* t^{y}itan *Kk* sirien *A* 10 unum *add. h* dumtaxat uunm *A* duxtaxat *H* 11 monsillaba *L* nar lar *K Verg. Aen.* VII 517 in *post* Virgilius *add. H* in VII. *Drh* 13 solphurea *G* sulphorea *HL* sulphuria *A* solphuria *K* sulpurea *Med. Rom., deficit Pal.* aluus *L post* aqua: Lar quando significat κατοικίδιον θεόν, laris facit genitiuum, sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactauit Cossus. et testis Ouidius in epigrammatis [*t.* IIII *p.* 164 *ed. Burm. cf. intpp. ad Quint.* VIIII 3, 70]: Larte ferox caeso Cossus opima tulit. Liuius in IIII ab urbe condita: Larte Tolumnio rege Veientum [*cf. Liv.* IIII 17, 1: ad Lartem Tolumnium Veientium regem]. *GLk* (Lar *om. L* quando] quod *G* quoque *k* ΚΑΤΟΥΚΑΙΑΙΟΝΕ ΕѠΝ *G* ΚΑΤΙΚΑΙѠΝ•••• *L* ΚΑΤΟΥΚΑΙΑΙΟΝ ΗѠΝ *k* imperatorem] regem *k* ui^{e}entorum *L* ueentorum *k* quem quem *k* machtauit *L* cosus *k* cesso *L* cosus *k* Lipyus *L* Lypyus *G* Lippius tulit in *k* ui^{e}entum *L* uientum *Gk*). *eadem continet cod. Monac., ubi m. alt. verbis a* Lar — opima tulit *inductis spscr.* glosa ē usque huc. *tamquam gloss. haec ascripta in D:* Lar quando significat ΚΑΤΟΙΚΑΙΟΝ id est habitaculum deorum laris facit geñt sin autem imperatorem u^{i}egentorum lartis. quem mactauit cossus et testis est ouidius dicens larte ferox cesus cossus opima tulit. Lar domus mulierum quia ignis in ea semper custodiebatur Nam lar ignis a greco ΚΑΤΟΚΕΟ id est uro. 14 ut aspar *A* amilchar *RG* hamilchar *HLK* etiam *add. l* 15 Lucanus *om. L* *Luc.*

Rodanumque morantem
Praecipitavit Arar.

Virgilius vero in bucolico:

Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim

accusativum in 'im' protulit, qui a nominativo est in 'is' terminante, 'hic Araris'. unum etiam commune trium generum eiusdem ex||tremitatis invenitur: 'hic' et 'haec' et 'hoc par' et quae ex eo componuntur, 'im-
14 par', 'dispar', 'compar', 'separ'. alia vero omnia in 'ar' desinentia Latina neutra sunt, ut 'hoc laquear', 'lacunar', 'lupanar', 'instar', 'far', 'columbar', quod signi|ficat genus vinculi. Plautus in rudente:

Nam †in columbari collus haud multum post erit.

In 'er', si sint secundae declinationis, masculina sunt: 'sacer', 'ager', 'Auster', 'beber', 'puer', 'oleaster'. sin vero tertiae sint declinationis in 'er' desinentia, b vel u loco consonantis quidem antecedente, neutra sunt, nisi sint adiectiva, ut 'tuber', 'cadaver', 'suber', 'ver', 'uber', quod significat τὸ οὖθαρ. Virgilius in VII:

non vobis rege Latino
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.

excipitur 'hic imber', quod videtur a Graeco esse ὄμβρος et illius genus
15 servasse, et ex eo composita: 'September', 'October', 'Mulciber', terrae

Phars. VI 475 *sq. cf. lib.* VII § 50 VII *H* 1 Rodanumque] *r Luc. Voss. B* rodanunque *R* rhodanumque *Luc. Voss. A* 2 praecitauit *H* aras *A* *Verg. ecl.* 1, 63 (*deficit Med.*) 3 uero *om. G* bocolico *GA* bocō *K* bocolicis *L* 4 ararem *Pal.* bibet] libet *A* 5 qui a nominativo] *h* quia nominatiuo *AH* quia nominatiuus in is terminatur *D* 6 cummune *L* 7 et ab eo composita impar *D* inpar *RH* ·In·par· *A* 8 conpar *R* semipar *GL et ex* separ *mut. K* 9 ut *om. L* laqu^{a}eor *H* lupinar *L* ins^{t}ar *Hh* *post* far: farris differentiae causa asciscit alterum r in genetiuo *D* 10 columbar] *D* uel collumbar *d* collumbar *k* columbuar *L* *Plaut. rud.* III 6, 50 (*v.* 888) rudente* (in) *H* 11 ^{Nā}in *A* columbariā *Rr* co^{l}lumbari *Kk* co^{l}llus] colus *L* collum *Zwicc.* 2 *Krehlii cum libris Plaut.* eius collum *Pareus* collum eius *Fleckeisenus*, *qui nunc sic potius scribendum esse censet:* Nam collus in columbari hau multo post erit haud] *r* haut *K* aud *RH* aut (ā *G*) *GL* multo *libri Plautini* post terit *R* poterit *H* 12 In ^{e}r *Rr* si sunt *H* ut sacer *r* 13 beber] *Krehlius in annot. cf. schol. Iuv.* 12, 34 beuer *rd plerique libri Krehl.* pedur (*ni f. in voc. lituris ab r fere diruto*) *R* peuer *ADH* fiber *h glossatores in nonnullis Krehlii codd.* castor *gloss. in Erl.* 1 *Krehlii om. GLK* sunt *H* in R *R* 14 *** neutra *H* 15 adiectiua *ex* deiectiua *corr. A* c^{t}uber *Rr* suber *add. h* ver] uerber *GL* uber *K* 16 ^{ΘΟΥΘΑΡ}ΤΟΥΤΑΡ *Rr* ΤΟ ΟΥΤCΑΡ *A* ΘΟ ΟΥΤΑΡ *H* ΤΟ ΟΥΕΑΡ *K* ΤΟ ΟΡΕΑΡ *G* *Verg. Aen.* VII 261 *sq.* 18 diuiter *Hh* troiaeque *ex* troiaeue *corr. Pal.* derit *AH cum Pal. Fr.* (*deficit Rom.*) deerit *Ver.* derit *Med.* 19 hic *add. h* uidetur et a *DH* ^{O}ΥΜΒΡΟC esse *Kk* ὄμβρος] μ *om. RH* ΙΜΒΡѠC *r* ΟΙΜΒΡΟC *GL* ΟΥΜΒΡΟC *H* ΟΥΜΒΡѠC *D* ѠΥΜΒΡΟC *A* ὁ ὄμβρος 2 ὁ ὄμβρος ϰ *et sic* (?) *Krehlii Lips.* 1 *ante* esse seruasse genus *R* 20 seruare *K* octember *L* Terrae — passer

p. 646. 47 P. p. 176. 77 K.

quoque fetus, si sint in 'er' desinentes tertiae declinationis, neutri sunt generis: 'siler', 'papaver', 'laser', 'cicer', 'siser'. excipitur 'haec acer', quod 'huius aceris' facit genetivum: nullum enim femininum in 'er' desinens secundae potest inveniri declinationis. Ovidius:

> Et platanus genialis acerque coloribus inpar.

Solinus in memorabilibus de arbore turis: palam fieret, intorto eam esse vimine, ramis ad aceris qualitatem. 'iter' | quoque vel 'itiner' vetuste neutri sunt generis et 'spinter', quod ἀκροχέριον aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis:

> †Iubeas spinter novum reconcinnarier.

idem in eadem:

> Mihi tu dederis pallam et spinter? numquam factum reperies.

alia vero omnia masculina sunt, ut 'hic pater', 'frater', 'asser', 'passer', 16
'cancer' (vetustissimi etiam 'hoc cancer' de morbo protulerunt), 'hic agger', 'anser', 'carcer' (et 'hoc carcer' quidam protulerunt, quos non sequimur), 'hic equester', 'paluster', exceptis duobus, quae ipsa natura defendit feminino generi, 'mater' et 'mulier', ('linter' quoque, || quod apud Graecos masculinum est, ὁ λουτήρ, apud nostros femininum est. Livius in VI:

> Iam in altum expulsa lintre)

et adiectivis, quae si non in 'is' facient feminina, necessario communia

p. 151, 14 *in litura g* Terrae enim quoque *A* 1 quoquo *R* foetus *Lg* si *om. L* in·r *R* desinentia *D* declinationis *om. L* 2 ut siler *D* piper cicer *Hh* arbor acer *Rr* arbor acer *A* 3 aceris *add. l* facit in genitiuum *A* in r *ALg* 4 *Ovid. metam.* X 95 5 geni*alis *K* genitalis *Lg cum libris aliquot Ovidianis* impar *ADGLK* 6 *Solinus in memorabilibus* 33, 8 *cf. lib.* VI § 44 memoralibus *Lg* admirabilibus *lib.* VI *l. l.* 7 ad] et *L* aceris *in litura l* Inter *Rr* 8 itener *DK* itiner *d* uetustae *A* spinther *g* aut fibulam] naufroualam *L* 9 humeris *ADHg* *Plaut. Menaechm.* III 3, 4 (*v.* 527) menechmis *g* menecmis *RD* megms *A* (ne i) menegmis *H* minethmis *K* (c) micenis *L* 10 ·iubeasque *libri Plautini* spinther *g* reconcinarrier *g* 11 *Plaut. Menaechm.* IIII 3, 9 (*v.* 683) eadem] *d* eodem *DL* 12 tu] *g* tu si *R* tum *AD* ut tu *Plauti Vet.* tu ut *Plauti Decurt. Vat.* .deris (.de) *g* palam (l) *Kk* et *om. RAH add. r* spinther *g* tu nūquam *L* reperies] *r* repperies *RAH* releceris (relegeris, redixeris) *libri Plautini* repereris *Ritschelius* 14 masculini *K* sunt in ·r· ut *A* hic *add. l* aser *L* paser *g* 15 cancer *sup. lin. add. al. m. in R* uetustissimi — carcer *om. R add. r* hoc de morbo *L* hic agger — protulerunt *post* protulerunt *om. G add. g* 16 agger] *h* anger *AHKrd* ager *Dg* auser cancer et hoc carceri *A* 17 sequimur] *r* sequitur *RA* aequestri *L* 18 diffendit *G* generi] *k* genere *LK* al genere (M) *in mg. r* mater mulier *K* mulier mater·*L* 19 masculinum] *l* femininum *L* ΕΛΩΥΤΗΡ *Rr* ΟΛΟΥΝΤΗΡ *GL* ΟΛΟΥΘΕΡ *H* Libius *LK* Livius in VI] *Livius sc. Andronicus in Odyssea, quae iam Merulae erat ad Ennium p.* CCXVI *sententia. est enim prius versus Saturnii hemistichium* 20 VI] VII *H Dresd.* 2 *Krehlii* III *spscr. in Lips.* 1. 30 (*i. e.* 3°) *Lips.* 3. *numerus videtur corruptus esse* 21 expulsam lintrem *A* lyntre *DH* 22 et ** adiectiuis (ab) *D* in at (M) et adiectiuis *Rr* non is *G* faciunt *AKH* faciant *L* nescessario *R* commo-

sunt (ut 'celer' masculinum 'celeris' facit femininum, cuius neutrum in e invenitur. Ovidius metamorphoseon VIII:

praedaque potita nefanda
Fert secum spolium celeris progressaque porta.

Terentius in Phormione:

†Nullus es, Geta, nisi | aliquid consilium celere rep-
pereris):

'pauper', cuius femininum in a quoque vetustissimi proferebant - Plautus in vidularia:

Paupera haec res est.

Terentius tamen in Andria:

quam honeste in patria pauper vivere -,

'degener', 'uber' - ὁ εὐθαλὴς καὶ ἡ εὐθαλὴς καὶ τὸ εὐθαλές, Lucretius in VI:

sequitur gravis imber et uber.

Cato in II originum: itaque res uber fuit, antequam legiones –.

17 'Acer' et 'alacer' et 'saluber' et 'celeber', quamvis 'acris' et 'alacris' plerumque faciant et 'salubris' et 'celebris' feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inveniuntur prolata. Virgilius in VI:

nia *L* 1 **** celer *L* celer celeris masculinum celeris *H* masculinum — femininum *om. DL add. d* 2 inuenitur *om. G* Ouidius — porta *om. L* X *in mg. l* *Ovid. metam.* VIII 86*sq.* in VIII. metamorphoseon *D* metamorfoseon *K* VII *A* 3 Preda quae *Rr* 4 spolia *K* sceleris *libri Ovidiani plerique. hunc versum in cod. Marciano m. rec. ad marg. adscriptum spurium esse censuit Nic. Heinsius, eiecit Merkelius* progressaque *R* progresaque *GL* 5 *Ter. Phorm.* I 4, 1 *cf. lib.* VII § 57 formione *HLK* 6 Nullus es] Nullu's *Bentleius* Nullus — nisi] nisi es geta nihil *G* aliquod *d* iam aliquod *Prisc. infra l. l. cum Ter. Bemb. Bas. et Donato* aliquod iam *Bentleius cum cod. C. C. Terentii et codice quodam vetusto Prisciani lib.* VII tibi consilium *libri Terentiani* celere consilium *L* caelere *Rr* reppereris] *HGr et lib.* VII *l. l. fere omnes* repereris *Ld et ex veterrimis suis libris Terentianis Bentleius* repperies *RA* reperies *D Lachmannus in Lucr. p.* 210 repperis *K cum Bas.* repper*** (iat, t *ut vid. m. ant. in* s *corr.*) *Ter. Bemb.*

8 protulerunt *L* Plaudus *Rr* *Plaut. vidul. fr.* 3 *p.* 441 *Both. cf. Lindemanni ad Prob. inst.* II 1, 34 *p.* 116 *ann.* 2 9 uitularia *L* 10 paupera] *r* pauper *R* 11 *Ter. Andr.* IIII 5, 3 *cf. lib.* XVI § 9 tamen in *ex* in tamen] *corr. L* in at M ◡– 12 honeste *Rr* in patria honeste *Ter. Bas.* pauper in patria *L* pauper* **uere *K* paupere uiuere *k* uiueret *Ter. Bas. et sic ex codd. duobus Ter. Bodleianis Bentleius* 13 ὁ εὐθαλὴς] Ο ΕΥΘΑΛΕϹ *L* ΟΗΥΘΑΛΗ ΚΑΥΗΙΕΥΘΑΛΗϹΚΑΥΘΟΕΥΤΑΛΗϹ Ο ΘΥΘΑΛΗϹ ΚΑΙΝΘΥΘΑΛΗΚΑΙΘΟϹΥΘΑΛΗϹ *Rr* Ο ΕΥΘΑΛΗϹ ΚΑΙΝΕΥΤΟΘΑΛΗϹ. ΚΑΠΟΕΥ. ΘΑΛΗϹ *A* Ο ΘΥΘΑΛΗϹ ΚΑΙΗΘΥΘΑΛΗϹ ΚΑΙΟΘΥΘΑΛΕϹ *H* Ο ΕΥΘΑΛΗϹ ΚΑΙ Η ΕΥΕΑΛΗϹ ΚΑΥ ΤΟ ΕΥΕΑΛΕϹ (θ θ) *Kk* τὸ εὐθαλές] ΤΟ ΕΥΘΑΛΗϹ *DG* *Lucr.* VI 290 III *K* *Cato origg.* II *p.* 107 *Kr. fr.* 36 *p.* 274 *R. fr.* LX *p.* 43 *Wr.* 16 uirginum (uel ori) *Ll* legiones] s. accederent *gloss. cod. Heidelb.* uastassent (uestassent *μ*) regiones *edd. ante α* uastassent legiones *edd. inde ab α usque ad Putschianam* 18 Acer uel et *K* Alacer et acer *D* caeleber *r* alacris et acris *D* faciant plerumque *L* 19 faciunt *K* 20 etiam generis inueniuntur etiam prolata. Virgilius etiam in *K* *Verg. Aen.* VI 685 in VI *om. L*

alacris palmas utrasque tetendit.

idem in V:

Ergo alacris cunctosque putans excedere palma.

Te|rentius in eunucho:

quid tu es tristis? quidve es alacris?

Naevius in carmine belli Punici:

fames acer
Augescit hostibus.

Ennius in XVI:

Aestatem autumnus sequitur, post acer hiems.

idem in XII:

Omneis mortaleis victores cordibus vivis
Laetanteis vino curatos somnus repente
In campo passim mollissimus perculit acris.

frequentior tamen usus in 'er' profert masculina et in 'is' feminina, quorum neutra semper in e finiuntur. ('hic volucer' et 'haec volucris' et 18 'hoc volucre' facit. Horatius in IIII carminum:

Inclusit volucris dies.)

In 'ir' masculina sunt, ut 'hic vir', 'levir', 'Trevir', 'abaddir'. unum

1 Anchises alacris *RAD* Achises alacris *H* alacris *ex corr. Pal.* *post* tetendit: de anchisa dicens *add. RGL et in litura H* de anchisa dicit *AD* de anchissa dicitur *K. gloss. ex lib.* VI § 40 *ortum esse vidit et expunxit Krehlius. duce cod. suo Lips.* 3 palmas alacres *L* 2 *Verg. Aen.* V 380 in V aeneidos *Da* in georgicon III (V *supra*) alacris *L* 4 *Ter. eun.* II 3. 13 eunocho *L* *post* eunucho: parmeno dicit ad chaeream (chercam *GHLKr* ceram *R*) *add. GRHLKd* haec parmeno dicit ad chaeream (cheream *D* cheriam *A*) *add. AD* 5 quidues (e *supra*) *Bemb. m. alt. corr.* es *om. Bas.* 6 Neuius *libri* *Naevii bell. Pun.* V 1 *p.* 202 *E. S. p.* 71 *Klussm. inc.* IX *p.* 18 *Vahl. cf. lib.* VI § 40 7 acer haec fames *L* 8 augessit *A* angescit *K* 9 *Enn. ann.* XVI 34 *E. S.* XVI *fr.* XII *p.* 61 *et p.* LXXVI *Vahl.* 10 hiems] *r* hiemps *RAD* hiems fit *Serv. ad Aen.* VI 685 hiemps sit *Serv. cod. Cassell.* 11 *Enn. ann.* XII 3 *sqq. E. S.* XII *fr. unic. p.* 55 *cf. p.* LXXI *sq. Vahl. v. etiam lib.* VI § 40 12 omnes *RD* omnis *AHGLKr* mortales *RADh* mortalis *HGLKr* vivis] huius *RHG* '*An* hibus (hiuus) *latet?*' *Vahlenius* 13 lactantes *G* lactantis *K* laetantes *rell.* uiro *A* curatos *ex* curantes *corr. A* 14 in — mollissimus *om. L* † *in mg. l* mollissimos *d* 15 proferre *L* 16 hic uolucer — dies *supra post* perculit acris *collocant libri. est adnot. archetypi marg., quae loco alieno in verba scriptoris illata est* 17 facit *om. G* Oratius *RLK* *Hor. carm.* IIII 13, 16 19 DE MASCVLINO ET NEVTRO IN IR. *D* ut uir *H* uir duumuir leuir *et ad mg.* duumuir a uiro est compositum, leuir enim dicitur ΟΑΝΔΡΟΑΝΕΑΦΟϹ treuir est gens gallica hic *K* leuir duumuir a uiro est compositum. leuir enim dicitur ΟΑΝΔΡΑΛΕΑΦΟϹ (ΟΑΝΔΡΑΔΕΑΦΩϹ *D*) treuir enim gens gallica (gallia *ex* gallaa *corr. A*) treuir (hic treuir *Dd*) abaddir *AD* treuir (hic *L*) duumuir a uiro est compositum (hic *G*) abaddir *GL* *post* abaddir: deus esse dicitur hoc (uel hoc *A*) nomine (nomen *K*) lapis ille (lapis ille lapis *L* lapis ille ***** *l*) quem Saturnus uorasse (deuorasse *H*) traditur pro ioue (pro ioue uorasse traditur *D*) quem graeci βαίτυλον (*sic r*, ΒΑΤΥΤΥΛΩΝ (H *supra*) *R* ΒΑΥΤΥΛΟΝ *GK* ΒΑΥΛΟΝ *H* ΒΑΤΥΘΟΝ *in litura l* ΒΑΤΤΥΛΙΟΝ *A* ΒΔΕΛΛΙΟΝ *D* uel ΒΑΝΤΥΛΙΟΝ *d*) uocant *add. libri; in marg. relegavit Krehlius, cf. lib.* VII § 32 et unum *L*

proprium civitatis invenitur 'Gad||dir' - quod quidam femininum esse putaverunt, sed Sallustius neutrum esse | ostendit in II historiarum accusativum nominativo similem ponens: ut alii tradiderunt, Tartessum, Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent; nam si esset femininum, 'Gaddirem' dixisset - et unum neutrum indeclinabile, 'hoc ir'.

IIII 19 In 'or' comparativa quidem communia sunt: 'hic' et 'haec clarior', 'felicior', 'melior', 'minor', excepto uno 'hic senior'; alia vero omnia masculina sunt, ut 'hic orator', 'cursor', 'furor', 'doctor', 'horror', 'labor', exceptis femininis quidem tribus, quorum duo ipsa natura alterius esse generis prohibet, 'uxor' et 'soror'. 'arbor' etiam, quod iure inter feminina connumeratur, quod 'mater' quoque dicitur proprii fetus unaquaeque arbor auctore Virgilio, qui in II georgicon hoc ostendit dicens:

Parva sub ingenti matris se subicit umbra.

unde specialia quoque uniuscuiusque arboris nomina feminina sunt, excepto 'oleastro', quod tam forma terminationis quam declinatio prohibuit esse femininum. nam 'siler' non est inter arbores ponendum, sicut nec 'rubus'.

20 neutra quoque in 'or' desinentia quattuor inveniuntur: 'marmor', 'aequor', 'ador', 'cor', praeterea communia, quae etiam apud Graecos communia sunt: 'memor', 'immemor', et | a decore vel corpore vel colore composita, 'hic' et 'haec indecor', 'dedecor', 'bicorpor', 'tricorpor', 'discolor', 'concolor'. 'auctor', quando αὐθέντην significat, commune est, quando αὐξητήν, 'auctrix' facit femininum, sicut omnia verbalia in 'or' desinentia.

In 'ur', si sint propria vel deorum vel gentilia vel appellativa avium

1 inuenitur ciuitatis *D* gadir *D* 2 *Sall. hist.* II 32 *p.* 144 *Kr. cf. lib.* VI § 45 3 similem nominatiuo *A* tartesum *LK* 4 ciuitatem Hispaniae *L* tyri *L* tirii *AGK* 5 Gaddir] *d* gadir *D* Gaddirem] *d* gadirem *DH* 6 *post* neutrum: ΤΟ ΗΝΑΡ *add. A* ΤΩ ΗΝΑΡ *D post* ir: ΤΟ ΤΕΝΑΡ ΤΗϹ ΗΙΡΩϹ (*i. e.* τὸ θέναρ τῆς χειρός) *G* ΤΟ ΘΕΝΑΡ ΤΗϹ ΝΙΡΑϹ *L* ΤΟ ΤΗΝΑΡ ΤΗϹ ΝΙΡΟϹ *K* 7 DE QVATTVOR GENERIBVS IN OR. *D* quidem *om. L* commuuia *ex* commonia *corr. L* comunia *K* 8 uno *om. H* 9 ut *om. HGK* honor *D* uel horror *d* 10 quidem tribus *ex* tribus quidem *corr. K* generis esse *AHGLK* 11 et] *R om. rell.* 12 connomerator *Dd* conumeratur *L* quodque dicitur propri *Rr* foetus *ALKr* 13 *Verg. georg.* II 19 14 paruae *L* subigit *Med.* 15 spetialia *H* 16 aleastro *K* tamen *A* declinatio *Hh* 17 ponendum] numerandum *L* 18 quatuor in or desinentia *D* desentia *A* ador aequor *G* 19 ador *Rr* cor ador *D* cor] color *l* praeter *L* 20 inmemor *Ha* corporae *A* colore uel corpore *L* uel colore *add. h* 21 hic et haec et hoc *GL* dedetor* *H* tricorpor] *r* triporcor *R* 22 quando *om. A* ΑΥΘΕΝΤΗϹ *Dd* ΑΥΘΗΝΤΗΝ *A* ΑΥΘΗΝΘΗΝ *R* ΑΥΘΕΝΤΗΝ *H* ΑΥΘΗΝΤΕΝ *L* ΑΥΤΕΝΤΕΝ *K* commune quando est *K* est *om. G* ΑΥΞΗΤΗ *Rr* ΑΥΞ**ΗΝ (ΗΤ) *D* ΑΥΧΕΤΕΝ *L* 23 autrix *Rr* auttrix *A* antrix *DH* 24 DE TRIBVS GENERIBVS IN VR. *D* ir *Rr* ur desinentia si *AD* sint propria] *Krehlius in ann.* sint nomina propria *H* sint nomina propria *Rr* sint hominum propria *ADGK* sint hominum uel deorum propria *L* alium

vel f ante 'ur' habentia, masculina sunt: 'Anxur', 'Astur', 'turtur', 'vul-
tur', 'furfur'; verbalia vero, quae hominibus imponi possunt, communia
sunt, si sint tertiae declinationis, ut 'augur', 'fur'. Horatius in I ser-
monum:

Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.

unum secundae invenitur masculinum, 'satur', cuius femininum in a terminat.
alia vero omnia eiusdem termi||nationis nomina neutra sunt: 'murmur', 'gut- 21
tur' (quod etiam masculino genere protulit Plautus in aulularia:

Etiamne obturat inferiorem gutturem,
Ne quid †anima forte amittat dormiens?),

'sulphur', 'Tibur', 'robur', 'iecur'.

In 'as' Latina, si sint patriae, communis sunt generis, 'hic' et 'haec
Arpinâs', 'Sufenâs', 'Capenâs', quorum ideo extrema syllaba circumflectitur,
quia per syncopen 'ti' syllabae, sicut saepe diximus, prolata sunt. anti-
quissimi enim 'hic' et 'haec Arpinatis', 'Sufenatis', | 'Capenatis', proferre
solebant. alia vero omnia in 'as' desinentia feminina sunt, ut 'pietas', 22
'probitas', 'auctoritas', excepto uno proprio, 'Maecenas Maecenatis'. (est
etiam 'Laenâs', quod differentiae causa in fine circumflectitur. Iuve-
nalis in I:

Quod captator emat Laenâs, Aurelia vendat.)

inveniuntur tamen alia quoque propria in formam gentilium prolata, ut
'Antias' historicus, et monosyllaba: 'as assis', 'mas maris', 'vas' mascu-
linum 'vadis', neutrum 'vasis', et 'hoc fas', 'nefas', 'nugas' etiam, omnis 23

1 x uel f (x *in litura*) *L* x uel t uel f *dh et m. rec. in R* ut anxur *AD* a^n^xur *Ll* tu^rt^tur *Rr* 2 hic furfur *R* inponi *AH* in^poni^possunt *Dd* 3 fur augur *D* oratius *K* *Hor. serm.* I 8, 39 sermonum] *rd* sermone *RD*
5 pediacia *R* peditia *A* pedatia *H* pudiatia *K* uor^a^onus *Rr* foratus *G* furanus *K* 6 secundae declinationis *AD* inueniuntur *A* inuenitur declinationis masculinum *l* masculinum inuenitur *D* ut satur *r* femininum satura *D* terminatur *D* terminat satura *K* terminatur satura *GL* 7 mormur *GK* uel murmur *g* guttur *om. G* quod — dormiens *notam sc. archetypi marginalem ad* guttur *pertinentem post vocc.* sulphur — iecur *exhibent libri* *Plaut. aulul.* II 4 (III 1) 25 *sq.* aularia *L* 9 etiamnec *GLK* obturat] *d* obdurat *ADGL* guttorem *LK* 10 anima] animae *libri Plaut.* animai *G. I. Vossius Arist.* IV 3 *p.* 546 *ed. Eckst.* amitat *G* 11 solphur (ph *in litura*) *G* solfur *K* sulphur ^uel θ^ mucic *Dd* iecur est iecoris uel ioc^e^ineris *Dd* 12 DE ·S· SED PRIMVM DE V GENERIBVS IN AS. *D* communis] *h* communi *AH* 13 suphenâs *R* suffenâs *r* cupenas *H* tapenas *G* ideo *om. H* circunflectitur *Lg* 14 saepe] *r* sepae *R* 15 enim quoque hic *D* suffenatis *RA* *post* Sufenatis: Capenatis — Maecenatis *om. R add. r* c^a^pinatis *A* 16 omnia *om. L* femininam *A* 17 probit^i^us *H* auctoratas *A* mecenas mecenatis *GKr* moecenas maecenatis *A* Maecenatis *om. L* 18 etiam] enim *K* lenas *DHKg* leenas *AGd* deferentiae *K* circunflectitur *Lg* *Iuv. sat.* I 5, 98 20 captor *L* Laenas] *L* leenas *d* lenas *rell. cum codd. Iuv.* auri^e^lia *Kk* aurelea *G* 21 formam] *d* forma *ADh* prolata *add. r* 22 hystoricus *H* monosyllabis *RAHK* monosillabis *GL* asis *GL* 23 uassis *AK* omnis] *d*

generis, quae sunt indeclinabilia. Graeca vero tam in 'as' quam in alias quascumque syllabas terminantia eadem servant apud nos genera, quae habent apud Graecos, si eandem servant terminationem etiam apud Latinos, quam habent apud illos. in multis enim videmus commutatione terminationis genera quoque esse conversa, ut ὁ κρατήρ 'haec cratera', ὁ χάρτης 'haec charta', ὁ κηρός 'haec cera', ὁ ἀμφορεύς 'haec amphora', ὁ πάνθηρ 'haec panthera'. Horatius in II epistularum:

Diversum confusa genus panthera camelo
Sive elephas albus vulgi converterit ora.

24 In 'es' correptam [si sint apud Graecos] communia vel mobilia, quae illi τριγενῆ vocant. hoc autem etiam ex ipsa rerum significatione potest cognosci in omnibus appellativis, utrum possint necne femininorum quoque esse adiectiva vel etiam neutrorum. quod si ipsa exigat significatio, in 'es' desinentia communia sunt, ut 'hebĕs' tam de mare quam de femina di||citur - significat enim tardus et tarda -, 'milĕs' quoque 'hic' et 'haec | milĕs'. Ovidius in II metamorphoseon de Callistone loquens:

Miles erat Phoebes, nec Maenalon attigit ulla
Gratior hac Triviae: sed nulla potentia longa est.

similiter 'praepĕs', qui et quae in altum volat, 'terĕs' quoque rotundus et rotunda, 'comĕs' a comitando, quod tam ad mares quam ad feminas pertinet, et omnia similiter utrique generi convenientia: 'divĕs', 'superstĕs', 'quadrupĕs', 'inquiĕs', 'sospĕs' etiam et 'hospĕs'. Lucanus in V:

omnis commune *DGL* omnis commone *K* omnis communis *RA et in litura h* 1 sunt *add. k* 2 genera *add. d* 4 multis *add. h* commutationem *L* commotationem *G* 5 ΚΡΑΤΗϹ *Kk* ΚΡΑΘΗ *H* haec cratera, ὁ χάρτης *om. A* 6 ΧΑΡΤΗϹ *Rr* ΚΑΡΤΗϹ *D* ΚΑΘΕϹ *H* charta] *k* cartha *RA* carta *DHK* ΚΗΡωϹ *G* ΚΕΡΟϹ *AK* coera *G* ο ΑΜΦΟΡΕΙϹ haec amphora ο ΚΗΡΟϹ haec caera *L* ΑΜΦωΡΕΥϹ *r* ΑΜΦΟΡΕΥϹ *DGK* ΑΜΦωΡΙϹ *R* ΑΜΦΟΡΗΙϹ *AH* 7 ΠΑΝΤΗΡ *A* ΠΑΝΘΕΡ *K* panthera] *d* pantera *RDH* Oratius *GK* *Hor. epp.* II 1, 195 *sq. cf. supra* § 8 aepistolarum *LK* epistularum sermonum *Rr* epistolarum sermonum. si foret in terris rideret demoerit. seu diuersum *A* epistolarum si foret in terris rideret democritus seu diuersum *D* 8 confussa *GL* pantera *H* camello *RAHGK* 9 elefas *RG* eliphas *K* aluus *L* conuerteret *H* hora *RDK* 10 commonia *K* 11 ΤΡΙΓΕΝ** *D* ΤΡΙΓΕΝΑ *d* trigenam *R* trigenem *AH* trigeni *GL* uel trigena *g* trigena *K* 12 femininorum] *r* femininarum *RDL* feminarum *HGKd* 13 si *add. h* ratio significatio *G* 14 commonia *K* haebes *K* tam] quam *G* 15 tardus uel tarda *G* tardus tarda *L* 16 *Ovid. metam.* II 415 *sq.* calistone *DGL* calystone *A* 17 erit *A* phebes *D* menalon *AHLK* menalaon *GK* adtigit *Rr* 18 hac] hac *Rr* et *DGL* riuiae *Rr* potentia longa est (*sic Ovidius*). similiter] *in libris post* potentia *add. gloss.* formae *s.* forma *in hunc modum:* potentia formae. Longa est similiter *Ar* potentia formae. Longae similiter *R* potentia forma (forme *d*) longa est. Similiter *D* potentia forma long est. Similiter *K* potentiae formae longa. Similiter *H* potentia formae. Similiter *GL* 19 in *om. RADLK add. rk* volat] *r* uolet *R* 20 et rotunda et rotundum *g* comes quoque a comitando hic et haec *Dd* 21 similiter *om. GL* utroque *K* hic et haec diues *ADGK* 22 hospes] *rhg* hopes *R* ospes *HGk* opes *K* *Luc. Phars.* V 11

p. 650 P. p. 183 K.

Hospes in externis audivit curia tectis.

Frequenter tamen haec duo in genere feminino a terminant auctores, ut Virgilius in III:

bellum, o terra hospita, portas.

Lucanus in III:

tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus facilis, legere rudentes,

et 'Sospita' Iuno. Ovidius in II fastorum:

Principio mensis Phrygiae contermina Matris
Sospita delubris dicitur aucta novis.

invenitur etiam 'antistita' pro 'antistĕs'. Cicero de signis: postridie sacerdotes Cereris atque illius fani antistitae, maiores natu, probatae ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt. neutris quoque coniuncta haec (id est in 'ĕs' communia) 25 inveniuntur, ut Virgilius in VII:

sed haec tereti mos est aptare flagello.

Iuvenalis in V:

nec umquam
Depositum tibi sospes erit.

Lucanus in V:

rerum nos summa sequetur,
Imperiumque comes.

1 ospes *GK* Hos[pes] *Luc. Voss. Bb* exteruis] *sic etiam lib.* VII § 35. 65 extremis *K et aliquot libri Luc.* cy[u]ria *A* 2 tamen *om. D* haeduo *A* duo *om. G* femino *H* auctores a terminant *L* 3 ut *om. DHL* *Verg. Aen.* III 539 .IIII. aeneid'. *A* tertio aeneidos et pater anchises bellum *D* 4 hospita] *g* ospita *GK* 5 *Luc. Phars.* III 43 *sq.* IIII *G* 6 optulit *Luc. Voss. AB* hospita] *g* ospita *GK* 7 pupibus *GL* accesūs *GL* accessum facilem *Luc. Guelf.* 2 facilis] *RK* faciles *rell. cum Luc. Voss. AB* legere rudentes] *om. RK add. r* legerer et *Lk* rudentes] *om. AH add. dh* [v] r. *G et in litura D* 8 iono *A* *Ovid. fast.* II 55 *sq.* 9 menses *A* phrigiae *G* frigiae *L* frugiae *K* matris] *libri Prisc. et hic et lib.* VII § 66, *cod. Heins. chart. Ovid.* matri *Ovidii tantum non omnes* 10 novis] *k* nobis *AK* 11 antistita] *d* antestita *AK* antesta *G* uel antestita *g* antista *DL* autestes *AGK* uel antistes *g* *Cic. in Verr.* II 4, 45. 99 postridie *ex* postridue *corr. H* post tridie *L* postridiae *R* 12 ceris[.er] *Dd* fani[v] *Kk* antistitae: *sic etiam Gell.* XIII 21, 22, *Charis. p.* 77 *P. et pars librorum Cic.* antistites *etc. ul.* antestitae *K* antestite *A* antestae *G* antistae *L* 13 probatae agnobiles *A* nubiles *K* 14 defferunt *G* differunt *L* idem[st] *Rr* in es *add. k* commonia *K* 15 ut *om. K* *Verg. Aen.* VII 731 *post* VII *extremam versus praecedentis partem huiusque initium:* teretes (terites *L*) sunt aclydes (aclides *L*) illis tela (taela *G*) *add. GL* 16 tereti] lento *cum Verg. GL cf. lib.* VII § 35. 65 mo[s]l *Med.* 17 Iuuenalis — erit *om. D* *Iuv. sat.* V 13, 177 *sq.* II *GL* IIII *in litura h* 18 nec umquam] *sic etiam lib.* VII § 35 numquam *lib.* VII § 65 *cum Iuven.* 20 Lucanus in V] *r* In eodem *R* *Luc. Phars.* V 26 *sq.* 21 sequitur *RADG et ni f. K* 22 imperu[i]mque *Luc. Voss. Bb*

Sallustius in I historiarum: nobis primae dissensionis vitio humani ingenii evenere, quod inquies atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis
V 26 agit. alia vero omnia, id est quae nullam significationis naturalem commu|nionem habent cum femininis, masculina sunt, ut 'gurgĕs', 'tramĕs', 'stipĕs', 'limĕs', 'poplĕs', 'fomĕs', 'caespĕs', exceptis in 'gĕs' desinentibus, quae in genetivo e servant - sunt enim feminina duo: 'segĕs segetis', 'tegĕs tegetis' - et uno arboris nomine, quod ratione supra dicta femininum est, 'abiĕs', || et 'compĕs compedis'. Terentius:

habendae compedes.

In 'es' productam, si sint quintae declinationis, feminina sunt. excipitur unum 'diēs', quod tam masculini quam feminini generis in singulari numero invenitur (ex quo et diminutio fit, 'diecula'. Terentius in Andria:

Eho inpudens, non satis †est, quod tibi dieculam addo?

pro dilatione aliqua temporis), in plurali vero semper masculinum invenitur: non enim incertum tempus videtur significare, quod plerumque in feminino genere invenimus numeri singularis. ideo autem diximus 'plerumque', quod invenitur in usu et pro certo tempore femininum et pro incerto masculinum e contrario. Virgilius in II:

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

Lucanus in III:

non usque adeo permiscuit imis
Longus summa dies, ut non, si voce Me|telli

1 *Sall. hist.* I 8 *p.* 6 *sq. Kr.* istoriarum *A* nobis] nuper *Dd* (uel nobis) nuper *A* primae *om. GL* dissensiones *RH* discessionis *r* disensionis *L* desensiones *K* 2 evenere] *r* euenire *RK* retinere *A* quod] quoque *GL* dindomitum *H* 3 ut (a) gloriae *Dd* 4 *post* agit: Iuuenalis — erit, *quae supra om., exhibet D* significationes (i) natularem (ra) *Aa* commonionem *K* 5 feminis (ni) *Kk* ut *om. L.* 6 stipes] *r* stirpes *A* stipes stipitis *RH* cespes *ADHG* cispes *LK* 8 tegitis (e) *Gg* 9 *Ter. Phorm.* II 1, 19 10 ha|habendae *A* aries. et paries. masculina (mascula *A*) e seruant in obliquis casibus *post* compedes *add. AD* 11 excipi**tur (un) *H* 13 quo diminutio *K* quo etiam dimiuutiuum (deminutiuum *G* dēminutiuum *g*) *GL* *Ter. Andr.* IIII 2, 27 14 eho] *d* hoc* *R* al' hoc correctum (M) *r* hacho *A* h̃ *K* eo *GL* o *D* eho tu *Terentius* impudens *RDHGL* est] habes *Terentius* propter delatione. *A* propter delationem (i) *Dd* 15 pro — temporis] *om. Lips.* 3 *Krehlii*, pro dilatione aliqua *Dresd.* pro dilatione sed aliqua *Lips.* 2 *Krehlii* 16 plerumque (in) feminino *Rr* 17 inuenitur *A* numero (i) *Rr* singularis numeri *K* 18 *post* femininum: et pro incerto tempore femininum *add. R del. r* 19 e contrario] *r* et quontrario *R om. GL* *Verg. Aen.* II 324 *sq.* II aeneidos (eneid' *A*) *AD* 20 in .e. luctabile *H* 22 et lucanus *AH* *Lucan. Phars.* III 138—140 III] *L* VII *r* VI *R rell.* 23 notusque (n) *A* usuque *L* promiscuit *L* 24 sic uoce *A* uoce] *k* uocem *GLK*

Servantur leges, malint a Caesare tolli.

Statius in I:

longumque in saecula digne
Promeriture diem.

ex eo quoque compositum semper masculinum est, 'hic meridiēs', certum enim significat tempus diei. Terentius in adelphis:

†ipso meridie stipulam colligendo.

alia vero in 'es' productam desinentia, quae sunt propria, masculina inveniuntur, ut 'Herculēs', 'Vlixēs', 'Persēs', 'Achillēs', 'Verrēs', 'Chremēs', 'Lachēs', excepto uno feminino, 'Cerēs Cereris'. appellativa vero, si sint ad homines pertinentia, quae apud Graecos communia vel mobilia, apud nos communia sunt, ut 'herēs', 'locuplēs', quod et neutrum est. alia vero omnia feminina sunt, ut 'caedēs', 'strāgēs', 'struēs', 'vulpēs', 'apēs', 'luēs', 'labēs', 'cladēs', 'nubēs'. excipitur 'hic verrēs' appellativum, cum porcum significat. 27

In 'is' finita nomina, si sint adiectiva vel derivativa appellativa, communia sunt, et si ad homines proprie solos pertinent, non faciunt ex se neutra, ut 'hic' et 'haec civis', 'hic' et 'haec hostis' - Statius in V Thebaidos:

Turbidus incertusque oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu,

cum de uxore He|limi Gorge loquitur -, 'hic' || et 'haec Samnis' ('aedilis', quia dignitatis est ad viros pertinentis, masculini generis est); sin tam ad homines quam ad alias res dici possunt, in e faciunt neutrum: 'hic' et 'haec suavis' et 'hoc suave', 'hic' et 'haec dulcis' et 'hoc dulce', 'hic' et 'haec regalis' et 'hoc regale', 'hic' et 'haec amabilis' et 'hoc amabile'. alia vero in 'is' desinentia, n vel duas consonantes in eadem syllaba 28
vel duplicem consonantem ante 'is' habentia et quae paenultimam syllabam

1 servantur] seruentur *pars codd. Luc. cum Voss. B* malent *GLK* mallent *codd. aliquot Luc.* a Caesare] accesserae *A* 2 Idem statius *GL* *Stat. Theb.* I 638 *sq.* in I] *om. GL* li. I. *K* I tebaid' *A* primo thebaidos *D* 3 longumque] *d* si longumque *DG* secula *AD* dignae *AH* 4 promeriturae *HLK* 6 tempus significat *D* *Ter. ad.* V 3, 62: meridie ipso faciam ut stipulam colligat; *et sic lib.* VII § 92 in adelphis *om. L* 7 meridiae *Rr* 8 productam] *r* producta *R* 9 achiles *G* laches uerres chremes *D* 10 Apellatiua *A* 11 pertinentia *om. L* commonia *K* mobilia sunt apud *A* 12 commonia *K* 13 stages *A* uolpes *Gg* 14 clades pubes nubes *K* 16 DE TRIBVS GENERIBVS IN IS. *D* commonia *K* 17 proprie] *r* propriae *RAHK* soli *D* 18 ciuis et hic *K* *Stat. Theb.* V 212 *sq.* in *om. D* V *libri mei omnes, Erl.* 1, 2 *Krehlii, et sic iam restituit I. F. Gronovius ad Liv.* XXX 14, 2 secundo *edd. ante Krehlium* 19 tebaidos *AG et in* thebaidos *corr. D* 20 turpidus *Rr* incertumque *Statius* 21 amplexam *R* 22 helymi *DL* elymi *AG* liquitur *Dd* sammis *r* ammis *R* 23 quia quia *A* pertinentis] *rd* pertinens *RAD* 24 neutrum ut hic *DGL* 28 syllabam in unam *H*

una ex liquidis terminant, masculina sunt, ut 'panis', 'funis', 'amnis', 'ignis', 'piscis', 'fascis', 'fustis', 'postis', 'vectis', 'axis', 'ensis', 'anguis', 'unguis', 'collis', 'follis', 'mensis', 'corbis', 'orbis', 'torquis'. excipitur 'haec bipennis', quod ideo femininum est, quod quasi adiectivum est securis, vel quod a penna, quod ipsum quoque femininum est, componitur. sed magis adiectivum hoc esse Virgilius ostendit 'ferro bipenni' ponens in XI:

ferro sonat alta bipenni
Fraxinus.

29 excipitur etiam 'canis' commune, quod et natura sic esse ostendit. 'finis' quoque et 'clunis' tam masculini quam feminini generis usurpavit auctoritas in una eademque significatione. Iuvenalis in IIII:

Ad terram tremulo descendant clune puellae.

Horatius in I sermonum:

Quod pulchrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.

multa tamen et in hac et in aliis terminationibus confudisse genera inveniuntur vetustissimi, quos non sequimur, ut 'haec amnis', 'funis', 'anguis'. composita sive ex masculinis sive ex femininis, si adiectiva fuerint, communia sunt, ut 'hic sanguis', 'hic' et 'haec exanguis' et 'hoc exan-

1 terminant] *d* terminantur *RAD* amnis] *r* ammis *R* annis *A* 2 ignis amnis *L* fustis] fastis *G*
ΤΟΒΑΚΑΟΝ
axis *H* *post* axis: ΘωΒΑΚωΝ *add. R unc. incl. r* ΤΟΒΑΚΛΟΝ *A* Τ******Ν mensis *D*
unguis
ensis anguis *K* 3 *post* collis: ΚΟΦΥΛΟC *add. RA*
ΚΟΦΙΛΟC
follis *H* *post* follis: ****ΟC *D* mensis *in litura R, h. l. om. D* coruis *K*
ΚΟΦΙΝΟC
corbis *H* corbis ΚωΦΙΝωC *D* curbis ΚΟΦΙΝΟC *L* curuis ΚΟΦΙΝΟC *G* corbis orbis] orbis *R* corbis *r* 4 Excipiuntur *GL* bipinis *G* bipinnis *g* pipennis *H* *post* bipennis: ΠΗΛΗΚΙΝ *add. D* ΠΗΛΗΚΥΝ *GL* ΠΗΛΝΚΥΜ *A* 5 ΠΗΛΗΚΗΟC securis *GL ord. deinde mut. in G*
ΠΗΛΗΡΗCΟC
securis *H* *post* securis:
Κ
ΠΗΛΗΡΗωC *add. Dd* ΠΗΛΗΡΗΟC *A*
a
quod appenna *H* quod est apinnis *K* piuna *GLr* 6 *Verg. Aen.* XI 135 *sq.* *post* ostendit: ferro — ostendit *om. R add. r* ferro bipinni (*sic*) *h. l. collocat l, post* fraxinus *posuerat L* bipiuni *GLr* uel bipenni *g* 8 alta *Prisc. et hic et lib.* VI § 83 VII § 62 *cum Verg. Med. Pal. Rom.* acta *et* icta *v. l. codd. Verg.* bipenni] *k* bipinni *GLKr* uel bipenni *g* 10 cummune *K* esse *om. G* ostendit esse *L* 11
i
masculina *H* femini *L* ususurpauit *R* 12 *Iuv. sat.* IIII 11, 164 IIII] *scripsi* VII *AD* VI *RGLK* III *H* quinto (V, 5) *edd.* 13 descendant] *k cum Iuvenale* descendunt *ADH Serv. ad Aen.* II 554 discendunt *GL*
un
discendit *K* clunae *r* 14 oratius *K* *Horat. serm.* I 2, 89 ser-
v
monem *Rr* 15 pulcrae *GK*
c
pulchre lunaes *R* pulchres clune *A* clunis *K* caput] *r* capud *RH* *post* ceruix: in una eademque (eadem *L*) significatione *add. RADHLK* 16 confudisse] *rk* confundisse *RLK* 17
m
sequitur *A* anguis funis *K* 18 fuerint] fiant *ADGL et in litura H* uel fuerint *l* 19 samguis *L* hic et haec — animus *om. R add. r* et hic et haec *H* exsanguis *LK* ex-

gue'; 'animus', 'hic' et 'haec exanimis' et 'hoc exanime'; 'cuspis', 'hic'
et 'haec tricu|spis'. invenitur tamen hoc etiam neutro adiunctum, sed 30
per obliquos casus. Ovidius in I metamorphoseon:

positoque tricuspide telo
Mulcet aquas.

'pestis' etiam et 'neptis' et 'vestis', cum duas consonantes ante 'is' ha-
bent, feminini sunt generis, et 'vallis', 'turris', 'pelvis', 'pellis', quam-||
vis paenultimae syllabae liquidis terminantur, tamen feminina sunt. illa
quoque masculina sunt, quae una syllaba crescunt in genetivo, ut 'hic la-
pis lapidis', 'pulvis pulveris', 'sanguis sanguinis', 'vomis vomeris', 'cinis
cineris'. excipiuntur 'haec cuspis cuspidis', 'cassis cassidis', quorum ex-
tremae syllabae amborum ab s coeperunt, quod in eiusdem formae mascu-
linis non invenies, 'lis' quoque 'litis'. alia vero omnia in 'is' desinentia
feminina sunt: 'haec avis', 'classis', 'puppis', 'cutis', 'securis', 'messis',
'bilis', 'strigilis', 'vis'. Graeca vero eandem habentia terminationem ge- 31
nera quoque, quae apud Graecos habent, servant etiam apud Latinos, sicut
et alia paene omnia, quod iam superius diximus, ut 'Paris', 'Tibris', 'ti-
gris', 'Thetis'. 'molaris' a mola derivatum potest esse commune, cum
adiectivum est, sed quia plerumque ad dentem vel lapidem refertur, usus
frequens masculinum hoc profert. Statius in V Thebaidos:

vastaeque sudes fractique molares.

In 'os' terminantia feminina tria inveniuntur: 'cos cotis', 'dos dotis', VI 32
'glos gloris'; communia quinque: 'custos', 'sacerdos', 'bos', 'compos',
'impos'; neutra duo: 'os oris' et 'os ossis'. alia vero omnia masculina
sunt: 'mos', 'ros', 'flos', 'lepos', 'nepos'.

In 'us' correptam secundae vel quartae declinationis, si sint arborum
nomina, feminina sunt, propria quoque vel appellativa Graeca 'os' in 'us'

*anguis (s) *G* sanguis *A* exsangue *K* exanguae *A* 1 animus — exanime *in marg.* *K* exanimae *RH* cuspis] haec cuspis *GLK* 2 ** neutro *H* 3 *Ovid. metamorphos.* I 330 *sq.* 4 taelo *LK* caelo *G* 6 Pettis *H* *post* uestis: febris *add.* *k* habent ante is *K* habeant *L* 7 pelvis pellis] pellis peluis *D* pellis *Rr* 10 samguis *L* 11 haec *add.* *r* cassis cassidis] *gl* casis casidis *GL* 12 ceperunt *K* 13 non *om.* *DG* *add.* *d* invenies] *R* inuenimus *Kr* inueni *rell.* 14 classis] *g* clasis *GLK* pupis *G* messis] *g* mesis *GK* 15 uis *om.* *R* Grega *A* uero *spscr. in* *K*. uero in eandem *R* terminationem id est in is *A* 16 quae *om.* *R* aput latinos *R* 17 alii *Rr* poene *ADH* tiberis *Dd* thibris *Rr* tybris *AG* thybris *H* tigris tibris *K* tygris *GL* 18 thethis *DL* tetis *A* tithis *G* thithis *k* commone *K* 20 *Stat. Theb.* V 386 21 ustaeque *Stat. cod. Par.* 8055 usteque *eiusdem Rehdig.* uaste sudes *G* 22 DE QVATTVOR GENERIBVS IN OS. *D* tria feminina *D* trea *G* trea *H* dos dotis glos gloris cos cotis *D* 23 et quinque communia *D* commonia *K* quinque *om.* *G* *add.* *g* compis *Dd* 24 inpos *R* ossis] *g* osis *RG* 25 ut mos *D* mos moris flos floris ros roris *Rr* 26 DE QVINQVE GENERIBVS IN VS. *D* correpta *RA* 27 quoque] uero *L* Graeca] graeca quae apud graecos femi-

converten|tia, quae apud Graecos feminini sunt generis, ut 'haec cupressŭs', 'myrtŭs', 'laurŭs', 'cornŭs', 'quercŭs', 'fagŭs', 'pirŭs', 'platanŭs', 'Scyrŭs', 'Berytŭs', 'Pylŭs', 'Iliŭs', 'Arctŭs' (appellativa vero, ut 'crystallŭs', 'costŭs', 'phaselŭs'). alia vero omnia eiusdem terminationis supra dictarum declinationum masculina sunt, ut 'hic clarŭs', 'magnŭs', 'animŭs', 'ventŭs', 'somnŭs', 'lacertŭs', 'cursŭs', 'metŭs', 'sexŭs' - quamvis Plautus etiam 'hoc sexus' neutro genere protulit in rudente:

> Virile sexus numquam ullum habui -,

33 'fluctŭs', 'artŭs', || 'portŭs', 'acŭs', unde 'aculeus' diminitivum teste Probo. sed in usu frequenter 'haec acus' invenimus. Lucanus in X:

> Quod Nilotis acus compressum pectine Serum.

Iuvenalis in I:

> Ille supercilium madida fuligine tinctum
> Obliqua producit acu.

idem in II:

> Emerita quae cessat acu.

invenitur etiam 'hoc acus huius aceris', quod Graeci σκύβαλον dicunt, id est purgamentum frumenti. Varro rerum rusticarum III: acus substernendum gallinis parturientibus. acus in area excutitur.

nina sunt *G* graeca quae sunt femiuina apud graecos *L* 1 conuertententia *A* quae apud Graecos *om. GL* graecos feminina sunt feminini sunt generis *L* generis sunt *G* *post* generis: apud nos quoque femina sunt *in marg. h* cypressus *R* cupresus *GLK* 2 laurus pyrus cornus *D* fugas *A* pirus *hic om. D* 3 scirus *K* cyrus *GL* beritus *HK* uerytus *L* Pylus] *l* pilus *HLK* ilius *supscr. in D* iulus *L* Arctus *om. HGLK* arcus *A* appellatiua — phaselus *om. RADH in mg. add. d* cristallus co*s phaselus *add. h* cristallus *GLKdh* 4 passellus *GK* phasellus *Ld* *post* phaselus: arctus nam duae (due *d* duo *L*) arcti sunt (sunt arcti *h*). Alia (uero *d et spscr. L*) graeca (greca *d*) communia, quae apud nos quoque communia sunt φιλόσοφος (philosophos *Ld* φιλοcωρηωc *h*) philosophus, φιλόκαλος (hic et hec philocalos *d* hic et haec phiλoκaλos *L* phiλoκaλoc *K* φιλο-κaλωc (o supra) *h*) hic et haec (hec *d*) philocalus. *add. GLKdh* 5 supradictarum *Hh* declinationem *A* 7 *Plaut. rud.* I 2, 19 (*v.* 107) hoc protulit *K* 8 uirile secus numquam *Plauti ed. Gronoviana* uirile nuuquam secus *Bothius* sexus numquam ullum *etiam Pal. uterque* $\overset{l}{\text{ulum}}$ *Hh* habui* (t) *H* habuit *LK* 9 artus] ortus *A* 10 *Prob. inst. gramm.* II 1, 41 *p.* 1463 *P.* frequenti *L* *Lucan. Phars.* X 142 11 nihilotis (uel ls supra) *Rr* nilotus *K* compressum *ex corr. D* compresum *GLK* conpressum *H* cumpressa *A et in litura f. D* percussum *Voss. A m. pr. aliique codd. Lucan.* ferrum *GLK* saerum *Luc. Voss. B* 12 *Iuv. sat.* I 2, 93 *sq.* I] *Caroliruh. alter et sic lib.* VI § 75 *codd.* II (secuudo *D*) *h. l. rell.* 13 supercilicium *H* madidam *K* fugine (li supra) *Rr* fulgiue (i supra) *H* tinctum *h. l. libri cum Iuv. Pith. m. alt. al.* tactum *codd. Iuv. interpolati plerique et sic lib.* VI *l. l.* t*ctum *cod. Pith. m. pr.* 14 procudit *L* 15 *Iuv. sat.* II 6, 498 II] II (eod supra) *Hh* .U. *G* eodem *D* (*A?*) 16 emeritaque *A* quae *Rr* 17 Graeci *spscr. K* CICYBAΛWN *Rr* CKIBAΛON *G* CKYBMON *H* KYBAΛON *L* 18 frumenti] *spscr. k* frumenti. (dicunt supra) *Hh* *Varro r. r.* III 9, 8: cum parturient [*gallinae sc.*], acus substernendum. *cf. gloss. in corll. Müll. Fest. p.* 380: acus substruendum parturientibus, *quam ex ipso Prisciano desumptam esse perspexit P. Wesselingius observatt.* I 20 III] in *A* subternendum *A* 19 acus in area excutitur] *sic etiam gloss. l.; 'non inveniuntur, sed simillima* I 52'

idem in I: argillam mixtam acere. exci|piuntur secundae declinationis haec: 'humŭs', 'alvŭs' - Virgilius in II:

In latus inque feri curvam conpagibus alvum.

Accius tamen masculinum hoc protulit annali I:

Maia nemus retinens gravido concepit in alvo -

et 'domŭs', 'colŭs', quae tam secundae quam quartae declinationis inveniuntur; quartae vero: 'anŭs', 'nurŭs', 'socrŭs', quae ipsa natura femi- 34 narum esse ostendit, et praeterea 'manŭs', 'tribŭs', 'porticŭs', et neutra 'pelagŭs', quia et apud Graecos eiusdem est generis, et 'vulgŭs', quod tam masculini quam neutri generis invenitur. 'virŭs' quoque neutri est generis, sicut 'pus', quod est indeclinabile. 'penŭs' invenitur et masculinum et femininum et neutrum. Virgilius in I:

Cura penum struere.

Terentius in eunucho:

Cum in cellulam ad te patris penum omnem congere-
bam clanculum.

Horatius in I epistularum:

Annonae prosit, portet frumenta penusque.

In 'us' correptam tertiae declinationis nomina neutra sunt, ut 'munŭs', 'opŭs'. excipitur 'hic lepŭs', 'haec Venŭs', 'hic' et | 'haec Ligŭs', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetŭs', et 'pecŭs', quod femininum 'haec pecus pecudis' declinatur, teste Capro neutrum: 'hoc pecus pecoris'.

In 'us' productam, si sint monosyllaba, neutra sunt, ut 'rūs', 'crūs', 35 'iūs', 'plūs', 'tūs'. excipiuntur 'hic mūs muris', 'hic' et 'haec sūs

Müllerus l. l. area] *d* aeraea *D* scutitur *RG* [ex] *cutitur *Hh* 1 *Varro r. r.* I 57, 1: ex argilla mixto acere. *gloss. l.*: argillam mixtam acere *ex Prisciano* myxtam *D* 2 *Verg. Aen.* II 51 3 inquae *AH* ferit *Med.* conpagibus] *H Med.* compagibus *rell.* 4 a[c]cius *Rr* actius *AH* *Attii ann. lib.* I *fr. ap. Krausium fr. hist. R. p.* 177. *at cf. Non. p.* 193,25 Accius annalibus: ut quam fragilissimus aluos. et alius auctoritatis obscurae: Maia nemus retinens grauido concepit in aluo annalium primo *R* in primo annali *D* I. ni tueremus retinens *L* 5 mala *G et Leid. Non.* Maia nemus] mala manu *Scaliger in Priap.* LXXV (*append. Virg. p.* 470 *ed.* 1573 *anth. Lat. t.* II *p.* 544 *Burm.*) mala sinu *Vngerus de C. Valgio p.* 47 concipit [e] *Rr* cepit *L* 6 sac [ecundae] *Hh* 7 femininarum *Rr* feminina *DKh* 8 esse *spscr. in D* ostendit. praeterea *L* neutro *A* neutrum *K* 9 pylagus *K* quia [et] *Dd* quod et *H* generis neutri *libri* neutri *uncis inclusit i. e. gloss. esse indicavit r* 10 est *om. A* 11 sicut et *AL* paenus *r* 12 *Verg. Aen.* I 704 primo aeneidos *D* I. eneid'. *A* 13 curā poene struere *A* *post* struere: et flammis adolere penates *in mg. add. h* 14 *Ter. eun.* II 3, 19 eonucho *K* 15 celulam *G* poenum *A* omne *Bas.* [con]gerebam *K* congregabam *D* 17 oratius *K* *Hor. epp.* I 16, 72 aepistolarum *K* 18 Annonae] *om. L* anñne *GK* porcet [t] *Rr* poenusque *A* penumque *libri nonnulli Horat.* 19 nomina *om. L* manus [v] *K* 20 h**c [i] lepus (ae) *Rr* haec et hoc ligus *L* 21 feminum *A* femininum est *K* 22 pecus *ex* peculdes *corr. A* pecodis *G* declinantur *A* 23 ut trus *A*

suis', 'grūs gruis'. supra syllabam autem feminina sunt, ut 'servitūs', 'iuventūs', 'senectūs', 'salūs', 'palūs', 'tellūs'.

In 'ax' desinentia, si sint adiectiva, communia sunt trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc capax', 'audax', 'contumax', 'pervicax', || 'rapax', 'fallax'; alia vero, etiamsi interposita sit alia consonans, feminina sunt, ut 'fornax', 'pax', 'fax', 'lanx', 'arx', 'calx', 'falx'. propria Graeca et barbara masculina sunt: 'Aiax', 'Pharnax', 'Atax'.

In 'ex' monosyllaba masculina duo inveniuntur: 'rex', 'grex'. alia vero omnia monosyllaba in x quacumque vocali sive consonante antecedente feminina sunt, ut 'lex', 'faex', 'crux', 'lux', 'merx', 'nix', 'pix',
36 'nox', 'calx'. excipitur unum commune 'hic' et 'haec dux'. in 'ex' supra syllabam i antecedente in paenultima syllaba feminina sunt: 'haec ilex', 'silex' - auctores tamen et 'hic silex' inveniuntur proferentes. Iuvenalis in secundo:

Nec melior, pedibus sili|cem quae conterit atrum.

Ovidius in VII metamorphoseon:

Aut ubi terrena silices fornace soluti.

Virgilius autem in VIII:

Stabat acuta silex praecisis undique saxis -.

'paelex' quoque ad mulieres pertinens femininum est, nec non etiam 'carex'. Virgilius in georgicon III:

et carice pastus acuta.

alia, nisi sint adiectiva, masculina sunt: 'hic vertex', 'culex', 'pollex', 'codex', 'murex', 'cortex'; hoc tamen etiam feminini invenitur. Virgilius in VII:

1 suis *om.* *D* grus *om.* *H* *add.* *h* gruis *om.* *RADK* *add.* *k* seruitus seruitutis *L* 2 senectus uirtus salus *Dh* senectus uirtus incus salus *edd. ante Krehlium* senectus incus salus *Krehlius*, *de libris suis non satis accurate testatus* tellus palus *D* tellus incus. In ax *K* 3 DE X SED PRIMVM DE TRIBVS GENERIBVS IN AX *D* 4 et hoc *om.* *A* audax contumax *in mg. add.* *K* rapax sabax fallax *A* 5 uero omnia etiamsi *G* uero omnia si *A* etiam oma si (oma *in litura*) *H* in.posita (t *superscr.*) *Aa* 6 fax pax *DL* arxs (c *superscr.*) *R* ars *K* falx. alia uero etiam propria uero graeca *G* 7 ut aiax *HK* Pharnax] *π* farnax *RDHGLk* fornax *AKr* 8 DE TRIBVS GENERIBVS IN EX *D* 9 in x monosyllaba *K* monosillabam *L* 10 nix pix nox crux lux calx merx *D* 12 in peniultima sillaba antecedente *L* ut (haec *superscr.*) ilex *L* 13 *Iuv. sat.* II 6, 350 14 ·U· *K* 15 silicem pedibus *Iuvenalis* *post* sili *duo folia desunt in A v.* § 50 quae *Rr* quem *H* que *h* arum (t *superscr.*) *Rr* 16 *Ovid. metam.* VII 107 17 siciles *H* fornacae *Rr* forname (nac *superscr.*) *Dd* fornace* *K* 18 *Verg. Aen.* VIII 233 autem *om.* *H* 19 silix *Rom.* undiqu*e (a) *R* 20 paelex] *D cf. Halmium emendat. Valer. p.* 6 pelex *HL* pellex *RGK* nec no *R* carex] *H* (*R?*) carex ΒΟΥΤΟΜωΝ *GL* carex (ΒΟΥΤΟΜΟΗ *superscr.*) *K* carex et uibex (ilisca *superscr.*) *D* carex supellex *et ad mg.* et uibex et supellex (cesura *superscr.*) *h cf.* § 39 21 *Verg. georg.* III 231 23 Alia uero *LK* nissi *G* ut hic uertex *D* uerctex *H* 24 codex] *RD* at correctum (M *superscr.*) Cordex ·i· fidicen qui cordas componit *r* cordex *d* morex (v *superscr.*) *K* cortex] *d* corex *D* *Verg. Aen.* VII 742

raptus de subere cortex.

idem in bucolico:

Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis atque solo proceras erigit alnos.

'vervex' etiam, cuius finalis syllaba naturaliter producitur, masculinum est. Iuvenalis in I:

et elixi vervecis labra comedit.

adiectiva vero omnia in x desinentia, sive e sive quacumque vocali alia an- VII 37
tecedente, communia sunt trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc simplex', 'artifex'.

In 'ix', si paenultima brevis est, masculina sunt: 'hic călix', 'hic vărix'. excipitur 'haec sălix' et 'haec fĭlix'. Virgilius in II georgicon:

Et filicem curvis invisam pascit aratris.

alia vero feminina sunt: 'haec mātrix', 'cōrnix', 'lōdix', | et omnia verbalia, ut 'victrix', 'nutrix', 'meretrix', 'natrix' - quod tamen, cum speciem anguis si||gnificat, masculini quoque invenitur. Lucanus in VIIII:

Et natrix violator aquae.

potest tamen hoc et figurate ad serpentem videri redditum, quod etiam feminino genere profertur, ut idem:

hinc maxima serpens
Python,

sicut:

Praeneste sub ipsa -,

1 [r]aptus *Med.* 2 *Verg. ecl.* 6, 62 *sq. cf. lib.* II § 35 bocolico *GK* 3 phetaentiadas *R* phoetontiadas *DGL* circundat *L* circumdat amarae] *r* circumdata mare *R* 4 corti[ci]s *Gg* proceras] *d* proceres *D* proceruas *K* erigit] *g* eregit *G* 5 vervex] *g* uerbex *GL* natura *L* masculini *LK* est *om. G* 6 *Iuv. sat.* I 3, 294 7 vervecis] *h* ueruicis *Kr* uerbecis *G cum Iuv. cod. Pith.* ueruectis *H* uerbicis *L* libra *G* libra *K* 9 semplex *G* 10 et artifex *G* 11 DE TRIBVS GENERIBVS IN IX *D* ut hic calix uarix *D* 12 *post* uarix: radix *add. GL* Similiter radix claxendix quod significat concham (concam *H*) qua signum tegitur. Plautus in uidularia. opposita est claxendix at ego signi dicam quid sit. Excipitur haec salix *HK* Similiter — quid sit *post* pro obstitrix *in fine paragr. collocat h*; *v. Plaut. vidul. fr.* 5 *p.* 442 *Both., qui recte* siet *scripsit. de voc.* claxendix *cf. Müllerus ad Paulum p.* 46, 16 excipitur — lodix *in lit. d* et *om. L* *Verg. georg.* II 189 13 felicem *Med.* *post* aratris: clasendix (similiter clasendix *L*) quod significat concham (concha *L*), qua signum tegitur. Plautus (in uitularia *add. g*). opposita est clasendix at ego (at uero *G*) signi dicam quid sit *GL* 14 *post* lodix: Similiter radix claxendix quod significat concam qua signum detegitur. Plautus in uidularia. opposita est claxendix at ego signi dicam quid sit. *in litura d, Erl.* 2 *Krehlii, Krehlius. et huc quidem recte haec pertinent, quae ex marg. archetypi passim addita esse in codd. recte statuit Krehlius* 15 nutrix uictrix *D* meritrix *GL* 16 masculinum *D* ut lucanus *D* *Luc. Phars.* VIIII 720 VIII. *K* 17 violator aquae] *d* uiolatur aque *D* 18 Potes[t] *Rr* hoc tamen *D* ** hoc (et) *H* et hoc *L* 19 *Lucan. Phars.* VI 407 *sq.*: hinc maxima serpens | Descendit Python 20 hic *L* *Lucan. Vatic.* 4 *apud Cortium* 21 phython *R* phyton *DK* *Luc. Voss. A* phiton *H* phithon *L* pithon *G*. *num in h. l. pro gloss. ad* maxima serpens *illatum est hoc voc.?* 22 *Verg. Aen.* VIII 561

38 'obstetrix' quoque pro 'obstitrix'. excipitur 'hic fornix', quod quamvis paenultimam positione longam habuit, tamen masculinum est. adiectiva supra dictam servant generum regulam: 'hic' et 'haec' et 'hoc pernix', 'felix'. sciendum tamen, quod in verbalibus in 'trix' terminantibus invenimus obliquos casus coniungi solere etiam neutris, ut 'victrici signo', unde:

victricia tollite signa,

quamvis 'hoc victrix' non memini me legisse, etsi analogia declinationis exigat.

In 'ox' omnia adiectiva sunt: 'velox', 'pernox', 'ferox', excepto uno 'celox' (species est navis) et monosyllabis, de quibus supra dictum est: 'haec vox', 'nox'.

In 'ux' supra syllabam masculina sunt propria: 'Pollux', 'Volux'; unum commune, quod n habet interpositam in nominativo et eam in obliquis casibus amittit, 'hic' et 'haec coniunx coniugis'. sunt tamen, qui nominativum | quoque putant sine n scribendum.

39 In 'yx' Graeca sunt et servant eadem apud nos genera: 'Phryx', 'Eryx', 'Styx', 'sandyx'.

Breviter quoque de generibus in x terminantium sic possumus dicere, quod in x desinentia adiectiva communia sunt trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc audax', 'artifex', 'felix', 'velox', appellativa vero ad utrumque sexum hominum pertinentia communia utriusque, ut 'hic' et 'haec coniunx, dux', quae autem ad solos mares pertinent, masculina, et quae ad feminas, feminina, ut 'hic rex', 'haec paelex'. Graeca vero sive notha eadem servant et apud nos genera, quomodo et barbara, ut 'hic Phaeax',

1 obstetrix] *r et in litura D* obstitrix *R* obstitrix] *r et in litura ni f. L* uel obstatrix *d* obstatrix *Gl* obstetrix *R* 3 seruant supradictam *G* ut hic *D* pernix] *r* pronix *R* 5 casibus *R* coniungui *GL* [o] salere *Rr* 7 *Luc. Phars.* I 347 8 [c] uitrix *Dd* 9 exiguat *K* 10 DE COMMVNI ET FEMININO IN OX *D* ut uelox *h* ut pernox ferox uelox *D* 11 caelox *RL* monasillabis *L* 12 haec uox nox de quibus supra dictum est. *D* his de quibus [diximus] supra haec nox uox. *Ll* 13 DE MASCVLINO ET COMMVNI IN VX *D* supra *add. l* ut pollux *D* pullux *L* Volux] *h* uelux *DKrg et in litura ni f. H* 14 et unum commune hic et haec [n] coniux. n. habens interpositum *D* et eam] quam *D* 15 hic et haec] ut *D* 16 nominativum] *d* nominatiuo *D* 17 DE MASCVLINO ET FEMININO IN YX. *D* eadem *om. K* genera apud grõs *L* Phryx] *h* phyx *HG* 18 erix *R* epyx *G* uel eryx *g* styx *om. L* scandyx *Rr* 19 DE RECAPITVLATIONE IN X. *D* quoque *om. H* iu *x terminantium *H* 20 in ex desinentia *r* desinentia *add. l* 21 [substantiua] Appellatiua *Hh* ad ** utrumque (ne?) *H* utrunque *GL* 22 [h] nominum *K* nominum *R* communia sunt utriusque generis *G* utriusque generis *L et*, geñ *in mg. add.*, *K* 23 et dux *D* masculina sunt *Gh* 24 feminas] femininas *H* feminina] femina *R* sunt feminina *K* feminina sunt *G* rex et haec *H* pelex *RDH* pellex *GK* 25 pheax *Rh* paeax *DGLK* peax *H*

'Aiax', 'calix' (ἀπὸ τοῦ κύλιξ), 'Pollux', 'Atax', 'Volux', 'haec Sphinx', 'nox'. reliqua supra syllabam, nisi sint fetus terrae, e ante x habentia masculina sunt, ut 'hic cimex', 'vertex', 'apex', 'vervex'. excipitur 'supel||lex'. alia vero omnia in x desinentia feminina sunt, ut 'haec pax', 'nux', 'crux', 'ilex', 'salix', 'carex', 'filix' ἄγρωστις, 'fornax', 'vibix' μώλωψ, 'celox'. excipiuntur 'hic grex', 'varix', 'fornix', et 'hic' et 'haec cortex', 'silex'.

In t neutra sunt, ut 'caput', 'sinciput', 'occiput', 'git' μελάνθιον, 40
'Nepet', oppidi nomen.

In duas desinentia consonantes, si sint adiectiva, communia sunt trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc expers', 'prudens', 'inops', 'insons'. in his sunt ponenda et illa om|nia, quae apud Graecos vel communia sunt vel faciunt ex se feminina: 'princeps' - ὁ ἀρχηγὸς καὶ ἡ ἀρχηγός. Virgilius in X:

Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium Phrygibusque adsis pede, diva, secundo -,

'municeps' - ὁ συντελεστὴς καὶ ἡ συντελέστρια ἢ ὁ πολίτης καὶ ἡ πολῖτις. Iuvenalis in quinto:

municipes Iovis advexisse lagoenas -,

1 απω *R* απο τογ (T) *Dd* θογ *H* κγλγξ *RLg* κιλιξ *H* καλιξ *K* Atax] *supra post* Aiax *ponit D* attax *R* Volux] *sic ni f. in litura H* uclux *h* uelux *RDGK* spinx *RHL* sphynx *D* sphix *G* 2 Reliquas *K* e ante x habentia masculina sunt nisi sint foetus terrae *L* fetus] *r* phetus *R* foetus *Gdk* 3 uertex apex culex cimex uerbex *L* *post* apex: exlex *add. RDHK del. h* vervex] *g* uerbex *G* Excipi**tur (un) haec lex uibex μολωι (M) supellex *Dd* 4 suppellex *HGLK* pax fornax ilex carex salix filix αφ*c*ιc (PI T) (uibex μολωι *add. d*) celox nux crux *D* 5 crux nux *R* *post* crux: lux *add. h* filix (uel e) *Gg* filix *ex* felix *corr. K* αφροcτιc *Rr* αφροcιc *K* αφρογc *L* αφροιc *G* αφοιc *H* ubix (i) *Rr* 6 μώλωψ] *om. H* μολωψ *K* μολογ *RG* μολοψ *Lr* caelox *RL* hic *om. L* grex calix uarix *D* uarix grex uarix (calix) fornix *Hh* fornix hic *G* 8 DE NEVTRO IN T. *D* sencaput *K* occiput *om. HGLK add. h* μελάνθιον] *om. H* μελανθιον (H) *Rr* 9 neret *L* oppi**di *H* 10 DE TRIBVS GENERIBVS IN DVAS CONSONANTES *D* 12 illa nomina (uel omnia) *Gg* illa nomina *K* 13 ut princeps *D* αρχητοc *R* αρχηιοc *r* αρχεγοc *GK et ex* αρχειοc *mut. L* καγ *K* αρχητοc *R* αρχηιοc *r* αρχεγοc *GLK* *Verg. Aen.* X 254 *sq.* 15 Tu] diua (dea) tu *Dd* Tu**** (dea) *Rr* Tu diua *HK* diua *del. h* 16 augorium (v) *G* phrigibusque *RDG et in* phrygibusque *corr. L* assis *GLr* peditiua secundo *L* 17 ο cιντελεcτηc και η cινθηλhcθρια ο πωλιτηc και η πωλιτιc (Y Y H Y N PO O H) *Rr* ο cγντηλhcτηc και η cγντηλhc*τηc (hc *in litura*) ο ποδιτηc και η ποδιτηc *H* ο cγhτελεcτhc καγ η cτhτελεcτpια οπο** (*in mg. add.* 2l) τhc καγ η ποδιτιc (ιc *ex* εc *corr.*) *K* cγντελεcτεc *GL* οnολιτεc και ·η· ποντιc *G* η πολhτιc *L* *post* πολιτιc *in mg.* prudens *k* 18 *Iuv. sat.* V 14, 271 quinto] V *Krehlius t.* II *p.* 571 IIII *RHGL* quarto *DK* 19 municipes] *rd* municepes *k* municeps *RDHGK* lagoenas] *sic etiam Pith. m. alt. et al. Iuv. codd.* laguenos (a a) *Rr* lagae-

'parens' - ὁ γονεὺς καὶ ἡ γονεύς -. quae quamvis possint figurate neutris quoque adiungi, in plurali tamen numero deficit eorum secundum neutra terminatio, et fortassis quia aliud significant 'principia', 'municipia', 'parentia'; nec apud Graecos tamen habent neutra γονεύς nec πολίτης, quae
41 non sunt adiectiva. alia vero, si sint monosyllaba, feminina sunt: 'ars', 'fors', 'gens', 'mors', 'lens', 'frons', 'mens', 'pars', 'sors', 'scrobs' - Ovidius in VII metamorphoseon:

Haud procul egesta scrobibus tellure duabus.

et masculino tamen genere invenitur. Plautus in Amphitrione:

Ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies -, .

'ops', 'stips', 'trabs', 'stirps', quod etiam masculinum invenitur et maxime in arboribus, 'urbs', 'puls', exceptis 'mons', 'fons', 'pons', 'dens', 'Mars'. quae vero supra syllabam sunt, si sint propria vel in 'ps' desinentia, ma|sculina sunt: 'Arruns', 'Vfens', 'Cinyps', 'Mavors', 'manceps', 'adeps' τὸ λίπος, 'forceps', 'auceps', quae tamen veteres etiam feminino genere protulerunt. Varro in II rerum rusticarum: adipe suilla. Marsus:

adipis pondo triginta vetustae.

Novius in lignaria:

nas *H* lagonas *cod. Iuv. Pith.* 1 ο τονειc και ν πωνευc *Rr* ο yονic.και.η πονειc *G* ο γονειc και η γονειc *D* ο τονηιc και η τονηιc *H* ο γονοc (*in litura l*) και η τονευc (υ *in litura l*) *L* ο τοηυc και η γονευc *K* 2 adiungui *L* deficit] *d* defecit *LKr* defficit *D* diffecit *G* saecundum *H* 3 fortasis *GL* . significat *DHG* ut principia *D* 4 tamen apud graecos neutra habent *G* γονεύς nec πολίτης] *edd. inde a 3 (nisi quod γονεισ 3 ποκιτης μ)* τονηυc νηc πολιτιc *R* coneic nectontic. *G* γονειc νεc ποντιc *K* αρχηγοι γονειc νεc πολιctic *D* αρχηγοc cυνθηληc (ηc: της sscr.) * *H* γονευc *** πο**τιc *L* γονευc και η πολιτιc *l* οὐκ ἔχοισιν οὐδέτερα 2 quia non sint *K* 5 non *add. r* uero omnia si *HK* ut ars *D* 6 frons lens *L* mens *om. L* scrops *L* 7 *Ovid. metam.* VII 243 VI *RHGL* sexto *D* metomorphoseon *H* 8 haut *K* (h)aud *R* aut *GL* ha*ud *H* eiecta *permulti codd. Ovid.* scropibus *L* 9 inueni *h* *Plaut. Amph. fr.* 11 *p.* 422 *Both. cf. lib.* VII § 40 *Non. p.* 225, 6 *Serv. ad Verg. georg.* II 288 *Prob. p.* 1462 *P. ibique Lindemannum* 10 scropes *K* effodito tu plus] *scripsi* effodi duplus (o sscr.) *Rr* effodito plus *GLK* effodi duplos (uel effodi sscr.) *Hl* effodito plus *Dd* fodito *Nonius* sexagenos] *l* sexagenus *K et ni f. L* indiges *Rr* 11 *ante* ops: neiporea *add. R* νειπορενα *r* νευπορϯια *G* νευπορνα *K* **πορ**** *L* ηυποριγμπ *l* νευποριτνε (ιτνε *in litura d*) κηρεα *D* [*i. e.* ἡ εὐπορία (καὶ ἡ Ῥέα)]. *lacunam reliquit H* traps *L* styrps *H* inuenitur ex maxime *K* 12 *post* fons: sons nocens *add. r* pons *om. L* 13 sunt et si *h* 14 aruns *DGLk* uffens *L* cynips *RK* cinips *G* cynyps *HL* 15 τον cιπος adeps *L* τὸ λίπος] α τον λιτοc *Dd* τον γι(π)τοc *RH* τον τιποc *K* το ηcποc *G* 16 *Varro r. r.* II 11, 7 adipe suilla] *I. G. Schneiderus in scr. r. r.* I 2 *p.* 487 *coll. p.* 431 adipes illa *libri cf. lib.* VII § 41 pro adeps *quod in libris post* adipes illa *sequitur est gloss. ad vitiosam hanc lectionem pertinens* post Marsus: poeta antiquus *R uncis incl. r* *Domitii Marsi fr.* VII *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 269, *qui 'ceterum' ait 'haec ex quo pedestris orationis opere hausta sint, supersedeo quaerere'* Marsus — uetustae *add. g* 17 adips *L* pundo *L* triginta] *Fleckeisenus* ueginti *g* uiginti *rell.* 18 Novius] *g* Neuius *Lr* **uius *G* Nonius *D* Nouus *K* . lignaria] lignariae *s.* ligartacae *fr.* 2 *p.* 48 *Both.* Liciniariae *fr. p.* 172 *Munk.* lignariae *fr.* II *p.* 220 *Ribb. nomini fabulae turbas moverunt vv. ll. codd. Gellianorum* XV 13, 4, *quas v. ap. Ribbeckium l. l. cui id tantum addo*, ligna-

Signare oportet frontem calida forcipe.

cetera || vero feminina sunt: 'hiemps', 'cohors'.

In 'aus' feminina sunt: 'fraus', 'laus'. VIII 42

In 'aes' diphthongum unum masculinum: 'praes praedis', et unum neutrum: 'aes aeris'.

Sciendum tamen, quod vetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut 'hic' et 'haec aspergo', 'alvus', 'arcus', 'adeps' vel 'adipes', 'charta', 'cardo', 'cinis' vel 'ciner', 'cervix', 'collis', 'crux', 'calx', 'cupressus', 'platanus', 'populus', 'laurus', 'aquila', 'crinis', 'carbasus', 'colus', 'hic' et 'haec cassis', 'clunis', 'hic' et 'haec †conscia', 'callis', 'fornax', 'frutex', 'grex', 'frons frontis', 'hic' et 'haec humus', 'imbrex', 'limus', 'latex' - Accius:

non calida latice lautus -,

'lembus', 'linter', 'lepus', 'agnus', 'leo', 'pampinus', 'perdix', 'hic' et 'haec palumbes', 'hic' et 'haec faex', 'rudens' ὁ πρότονος, 'socrus', 'supparus' περιώμιον et 'hoc supparum', 'se|nex', 'stirps', 'torris' ὁ δαλός, 'tiaras', 'Tibris', 'amnis', 'torquis', 'trames', 'vesper', 'hi' et 'hae vepres'. in multis aliis etiam confudisse genera vetustissimi inveniun- 43 tur sive in eisdem terminationibus seu immutantes eas. neutra quoque

riae *nomen Gellio et ipsi restitutum esse a Lambecio*, Liciniariae *nomen Spengelium ad Varr. p.* 616 *debere margini cod. Magliabecciani. eius enim codicis, olim S. Marci Flor., collatione, quamvis ipse eius rei nescius, usus est vir doctissimus, cf. R. Schneiderum in krit. Jahrbb. f. deutsche Rechtswissensch.* VIII 1844 *p.* 267 1 oportet et *r* 2 caetera *Hr* femina *R* hi*emps *Rr* hiemps *L* choors *GLK* 3 DE TRIBVS GENERIBVS IN DIPTONGON *D* ut fraus *GL* 6 DE INCERTO GENERE IN ERRORE VETERVM INTER MASCVLINVM ET FEMININVM *D* 7 terminationem *Rr* 8 *post* aspergo: Η ΠΟΡΟC PANTICIC *add. D* Η ΠΡΟCPANTICIC (ME) *d* Η ΠΡΟΠΕΡΜΕCIC *ni f. literis fere evanidis in mg. l* NITPOCPANTICIC *cod. Par.* 7497 *Darmstad.*[a] aluus *Ll* 9 chartha *Rr* cardo] *h* carto *H* 10 cupresus *D* cypresus *L* cupraesus *K* polulus *L* 11 carbassus *K* carbasus arbutus colus *L* c*assis (l) *H* casses clunes *R in* cassis clunis *mut., in marg.:* aî ĕ ĕ correctum habuit *add. r* 12 hic et haec] *om. G* conscia] *libri et sic 1,2* cōcisia *3* cōsia *μ* concia *π* concha *α et sqq.* (hic et haec concha *uncis inclusit Krehlius*) conchis *Krehlii censor Ien. p.* 430 frontis *Rr* 13 umus *L* actius *H* *Attii fab. inc. fr.* 14 *p.* 251 *Both. fr.* XII *p.* 189 *Ribb.* 14 non calide latice (*sic*) *add. g* calida] *r* callida *RD* latice (laticae *r*). Laurus lembus *R* laurus *K* 15 limbus *Ll* limbus *G* lynter *DHK* lupus *GDLK* hic et haec palumbes] *in litura h* hunc et hanc palumbem *RGLK* 16 prudens *GL et in litura K* ὁ πρότονος — senex *in litura d* ὁ πρότονος — torris *om. R add. r* ὁ πρότονος] *lacuna rel. om. H* Ο ΠΡΟΘΝΟC *r* 17 suppatruus *GL* περιώμιον] *lac. rel. om. H* ΠΗΡΤΟΜΙΟΝ *GLK* ΤΙΝΡΙΟΜΙΟΝ *R* et hoc supparum ΠΕΡΙΟΜΙΟΝ *D* suparum *H* suppatruum *GL* torrius *L* 18 ὁ δαλός] *lac. rel. om. H* tiara *h* tiberis *DHG* tibiris *K* torques *Rr* tramis *L* hi — inueniuntur *add. r* 19 INTER MASCVLINVM ET NEVTRVM *D* 20 hisdem *GL* isdem *D* iisdem *K* siu *Rr* inmutantes *HK* inmotantes *G* eas]

quaedam solebant etiam masculino genere proferre vel ex contrario: 'hic' et 'hoc guttur', 'murmur', 'globus', quod etiam 'hoc glomus' dicitur 'glomeris'. 'hic fretus' etiam et 'dorsus', 'huius fretus, dorsus' pro 'fretum freti' et 'dorsum dorsi' dicebant, 'hic gelus' pro 'hoc gelu', 'Histrum' pro 'Hister', et 'Rhenum', 'Tanagrum', 'Metaurum', 'Iberum', 'Vulturnum', 'Oce-
44 anum' (hoc tamen, quotiens 'flumen' sequebatur, solebant facere). 'iubar' quoque tam masculinum quam neutrum proferebant - Ennius in annalibus:

Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.

Calvus in epithalamio:

Hesperium ante iubar quatiens

'hoc iubar' dixit: si enim esset masculinum vel femininum, 'iubarem' dixisset -, 'hic' et 'hoc liquor', 'hic' et 'hoc papaver', 'hic' et 'haec' et 'hoc penus' et 'hoc penum' - Plautus in Pseudulo:

† Nisi mihi || annuus penus hic ab amatoribus congeratur,
† Cras populo prostituam vos, o puellae.

Lucilius:

Magna penus parvo spatio consumpta peribit.

Plautus in captivis:

† Dicam seni curet sibi aliud penus.

Caesar Stra|bo in oratione, qua Sulpicio respondit: deinde propinquos nostros Messalas domo deflagrata penore volebamus privare. Afranius in talione:

Lr eas terminatioues *Rl rell.* 1 in masculino *GLk* genere *om. G* e *K* ut hic *D* 2 mormur *G* glomus] globus *Rr* huius glomeris *D* 3 hic fretus et dorsus *L* dorsus pro] *r* dorsum pro *R* 4 hic gelus uel gelum *RDHGK* gelu uel gelum dicebant et histrum *K* 5 hiberum *DLr* hoceanum *H* 6 sequabatur *D* 7 *Enn. ann.* X 31 *E. S. inc. sed.* LXXXIII *p.* 80 *Vahl.* 9 hisperiouis *L* 10 *C. Licinii Calvi fr.* 10 *Lachm. fr.* VIII *Weich. poet. Lat. rell. p.* 143 epitalamio *L* ephitalamio *H* 11 Hesperium] *α* Hesperum *DHLKr* Vesperum *RG* quatiens] *rhl om. RHLDGK* 12 dixit protulit *Hh* dixit protulit *Kk* dixisset] *r* dixisset quatiens *R* dixisset quotiens *GLK* dixisset quotiens hoc iubar dixit *H* 13 et hoc liquor] *d* et haec liquor *D* et hoc papaver] *d* et haec papauer *D* INTER MASCVLĪ ET FĒ ET NEVTR̄ *D* 14 poenus *K* paenum *R* poenum *K*. *Plaut. Pseud.* I 2, 44 *sq.* (*v.* 177 *sq.*): Facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant | Nam nisi penus annuus hodie conuenit cras populo prostituam uos (prostiuauos *Vet.*) *libri Plautini. de his versibus ope Prisciani* (*coll. lib.* VI § 76) *emendandis cf. ann. Ritschelii, qui eos sic constituit:*

Facite mi hodie ut munera multa huc ab amatoribus conueniant (*s.* amatoribus congerantur).
Nam nisi mi annuos congeretur (*s.* annuos conueniet) penus, cras populo prostituam uos.

pseudolo *G et in litura d* psedolo *L* 15 ab *om. DL add. d* congeretur *D* congeritur *GK* 17 *Lucilii fr. inc.* 65 *Dous.* 64 *Gerl.* 18 parvo] per uos *libri Noniani* 219, 29 perbibit *K* 19 *Plaut. capt.* IIII 4, 12 (*v.* 920): Dicam ut sibi penum aliud ornet 20 plenus *Rr* 21 Caesar Strabo in or. qua Sulpicio respondit] Caesar Strabo contra Sulpicium tribunum plebis *lib.* VI § 76, *ubi idem fragm. l., v. Meyerum orr. R. fr. p.* 334 *sq. ed. alt.* sulpitio *H* deinde *om. lib.* VI *l. l.* 22 Messalas] *rdk, quam scribendi rationem, etsi minus rectam, in* Messallas *mutare dubitavi, cf. Lachmanni ad Lucr. comm. p.* 204 messales *RD* mesalas *K* maesalas *L* deflagrata] *dh* defragrata *H* flagrata *DG* conflagrata *L* poenore *H* 23 affra-

Vos quibus cordi est intra tunicam [manus] laeva,
dextra intra penum
Erile -,

'hic' et 'haec' et 'hoc pecus' - Ennius in Nemea:

Pecudi dare viva marito.

potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam 'aquila maritus' vel 'rex avium' -, 'hic' et 'haec retis' et 'hoc rete', 'hic' et 'hoc sexus', 'hic' 45 et 'haec' et 'hoc specus', 'hic' et 'hoc sal'. Cato in II: ex sale, qui apud Carthaginienses fit. Afranius in Compitalibus:

ut, quicquid loquitur, sal merum est.

etiam 'hoc sale' Ennius protulit in XIIII annalium:

Caeruleum spumat sale conferta rate pulsum
Per mare.

Supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus invenis.

nius *GL* *Afran. talion. fr.* 1 *p.* 191 *Both. p.* 257 *Neuk., qui sic l. constituit:* uos, quibu' cordi est intra tunicam | Manus laeua, dextra in penum herile *s.* Vos, quibu' cordi est intra tunicam laeua, dextera in penum herile. *fr. unic. p.* 176 *Ribb. qui sic:* Vos quibus cordi est intra tunicam manus laeua, at dextra in penum | Erile

o tv
taliane *R* taleone *DHLK* 1 tonicam *Gg* tonicam *L* manus *del. Neukirchius*

e
2 dextra *Rr* intra] *L* in *rell.* 3 erile] *cf. lib.* VI § 76, *h. l.* hęrile *G* herile *rell.* 4 hic et haec et hoc spe[cus] hic et haec et hoc pecus *D* *Enn. Nem. fr.* 2 *p.* 57 *Both.* (pecudi dare | Viam marito) *p.* 42 (*cf. p.* 252) *Ribb., p.* 133 *Vahl.* nemia *L* neinea *G* 5 pecudi *ex* peculi *corr. K* pecodi *G* dare uiuā *in lit. h* viva] *Dresd.* 1. 2. *Erl.* 1. 2. *Lips.* 2 *Krehlii* uiuam *mei omnes, ut tamen in D ex* uiua *corr. videatur a d, quid H praebuerit dinosci nequeat.* uiuam *etiam Heidelb. teste Krehlio t.* II *p.* 514, uiua *ex silentio Lindemanni* 6 maritus *add. r* uel am *Rr*

7 INTER MASCVLINV ET NEVTRV ITERVM *D* et hoc sexus] *r* et haec sexus *RL*

o
hic et haec et hoc specus *h. l. om. D* 8 et heo sal *Rr* *Caton. orig. lib.* II *p.* 107 *Kr. fr.* 38 *p.* 275 *R. lib.* V *fr.* CIII *p.* 65 *Wagen., recte ut opinor numero* II (secundo *D* III *L*), *de quo iam Krausius dubitaverat, in* V *mutato. idem fragmentum, nec titulo nec numero libri addito, ap. Alcuinum legi in gramm. p.* 2091 *P. fugit editores*

i
9 carthaginenses *Rr* kartaginenses *G* karthaginienses *ex* karthaginiensis *corr. H*

h
cartaginenses *L* chartaginensis *K* affranius *GL* *Afran. Compit. fr.* 1 *p.* 162 *Both. fr.* V *p.* 185 *Neuk. fr.* III *p.* 144 *Ribb., quibus et ipsis addendus l. Alcuini l.*: Africanus (*l.* Afranius), quod loquitur sal merum est competalibus *GL* 10 ut quicquid] *sic et Barb. m. alt. ap. Ribb.* Et quod *Barb. m. pr.* ut quid *L* merum. est etiam *G* 11 *Enn. ann.* XIIII 6 *E. S.* XIIII, I *p.* 57. LXXIII *Vahl. cf. Gell. n. A.* II 26, 21 XIIII] *sic etiam Gell. l. l.* XVII *G* annalium] *h* annali *H* 12 spumant *R* sale] mare *Gellius* pulsum per mare *ex* per mare pulsum *corr. K*

e
13 par *Dd* Per mare *ad fragm. Ennii pertinere perspexit Krehlius t.* II *p.* 515 pro mà**re (ne) *HL* 14 Suppra dictorum *K* Caprum] *de dub. gen. fr. p.* 12 *comm. Osannianae, cf. lib.* VI § 76 Probum] *Valerium Probum Berytium ut arbitror v. Graefenhanium hist. phil.* IIII 154 *sq. coll. O. Iahnio prolegg. in Pers. p.* CXXXIX. *huius Probi auctoritate usus est Caper teste Charisio p.* 94 *P. et ad eundem Caprum hoc Prisciani de Probo testimonium referendum esse censeo, cf. etiam lib.* VIII § 26 *lib.* VIIII § 54 *lib.* X § 7. 21. 45. 46. *sic etiam aliis quibusdam locis, ubi cum vetustioribus plerumque grammaticis Probus a Prisciano citatur, non pleniorem aliquam Probi iunioris institutionum editionem intellegendam esse puto, quae Osanni est sententia, Beiträge etc.* II 210 *sqq., sed ipsum illum Berytium, cuius mentionem ubique ni f. aliunde hausit Priscianus, cf. lib.* I § 39 VIII 97 VIIII 34 X 11. 38. 49. 52. *iunioris vero Probi operi-*

DE NVMERIS.

VIIII 46 Numerus est dictionis forma, quae discretionem quantitatis facere potest. est autem vel singularis vel pluralis, nam dualis apud Latinos non invenitur. singularis est, ut 'homo', pluralis, ut 'homines'. et sciendum, quod in uno proprie numerus non dicitur, sed abusive, quomodo nominativus casus non est, sed abusive casus dicitur, quod facit alios casus, quamvis multi de hoc dicant, quod ideo casus sit dicendus, quod a | generali nomine cadant omnium specialium nominativi. sed si ob hoc casus est dicendus, omnes partes orationis possunt videri casum habere: et verbum enim et adverbium et coniunctio a generali verbo et adverbio et coniunc-

47 tione cadunt in speciales positiones singularum. alii autem dicunt, quod ipsa terminatio nominativi cadens in alias diversas terminationes non incongrue casus nominatur, cum na||turam habeat, ut cadere possit et cadendo faciat omnes casus; quippe si casus dicitur non solum illud, in quod cadit aliquid, sed etiam ipsa res, quae cadit. unde aptota dicunt illa nomina doctissimi artium scriptores, quae nominativum tantum habent casum, in quo refutatur illorum ratio, qui ideo putant eum casum nominatum, quod a generali nomine cadat. possumus autem et a maiore et frequentiore parte casuum, qui sunt obliqui, hunc quoque accipere nominatum, quomodo et syllabas ex singulis vocalibus dicimus. ergo singularis quoque numerus bene dicitur, quod ipse geminatus et multiplicatus facit omnes numeros et quod omnes numeri ex ipso componuntur et in ipsum dissolvuntur.

48 Et singularis quidem numerus finitus est, pluralis vero infinitus. cum enim dico 'homo', certum est de uno dicere, cum vero 'homines', incertum est, de quot, nam a duobus usque ad innumerabiles extenditur significatio. itaque natura numerorum quoque certorum invenit nomina, quibus

bus usus est qualia hodie leguntur. Probi iunioris opusculis librum de generibus s. de dubiis generibus annumerat Eichenfeldius anal. p. XX *cf. Pompeium ad Don. p.* 156 *L. Osannum Beitr.* II 259 *sq.* inuenies *rdl* 1 DE NVMERO *G* EXPLICAT DE GENERIBVS .·. INCIPIT DE NVMERIS. *D* expl. de generibus inc. de numero *L* de numeris incipit *K inscr. om. H* 2 diccionis *Rr* dic[t]cionis *H* *post* potest: dictiones possunt dici omnes partes orationis *add. D del. d* 4 DE CASV *D* sciendum est *Gk* 5 propriae *RK et in* proprie *corr. H* non dicitur numerus *G* quomodo] quoniam *DL* nominatiuis [v casus] non *Dd* 6 est *add. l* 7 multi] *l* muli *L* dicunt *D* 8 cadunt *HGL* ob *DHGLK add. h* 9 habere casum *D* 10 coniuntione *R* 11 cadunt et in *k* 12 incongruae *Rr* 14 faciet *r* facit *L* si *om. D del. h* illum [d] *Rr* quot *R* quo *Gr* *post* in quod: id est obliqui casus *add. H del. h* cadit] *d* cadat *DGLK* 15 *post* aliquid: id est obliquos casus *add. r* id est obliqui casus *D del. d* cadat [i] *D* aptato *H* 16 quae] qui *L* 17 qui *ex* quae *corr. H* nominatiuum *L* 18 autem *om. H* et a frequentiore *H* 19 olliqui *R* nominat**um (iu) *D* 20 syllabas et singulis *K* 21 DE NVMERIS *D* 22 in ipsum *ex* in ipso *corr. H* dissolvuntur] *r* disoluuntur *L* desoluuntur *G* dissoluitur *R* 23 quidem *ex* quoque *corr. R* 24 dicere] dici *r* 25 inmu[m]nerabiles *H* 26 numerorum] *g* uerborum numerorum *G* inuenit certorum *L*

adiunctis nihil ultra citraque intellegere liceat, ut 'homines duo', 'centum' vel 'mille'. · ergo dubitationem pluralium discutit adiunctio eorum nominum, quae singulis numeris sunt propria suae cuiusdam positionis, quippe cum sint pluralia non a singularibus nata. |

Numeros autem hae habent dictiones, quae personas quoque habent vel finitas vel infinitas, id est nomina, verba, participia, pronomina. unde si deficiat personis verbum, deficit etiam numero, qualia sunt infinita, impersonalia, gerundia vel supina. adverbium vero, quamvis saepe demon- 49
stret numerum ad significationem nominum numeralium, non tamen quasi accidentem hunc habet: accidentia enim generalia fere sunt ad omnes species partium perfectarum. quod enim dicas singularis numeri adverbium vel quod pluralis? cum similiter omne adverbium tam singularibus quam pluralibus verbis adiungitur, etiam || numerale quemcumque numerum significet - ut 'singillatim circumeo' et 'singillatim circumimus', 'pluraliter loquor' et 'pluraliter loquimur', 'saepissime dico' et 'saepissime dicimus' -, quod in nulla parte alia numerum possidente potest contingere nisi figurate, ut, cum sint numeri singularis, plurali addicantur vel, cum sint pluralis, singulari. praeterea nomen et pronomen et verbum et participium declinantur in numeros. adverbium autem quicquid significet et quemcum- X 50
que numerum, indeclinabile manet. hoc tamen interest inter numerorum nomina, quae sunt indeclinabilia, et inter adverbia, quod ea licet tam singularibus adiungere, ut praedixi, quam pluralibus, ut 'milies dixi' et 'milies diximus', illa vero non nisi pluralibus, ut 'mille homines diximus'. nec praepositio igitur nec coniunctio nec interiectio numerum habent, quippe nec personas significant.

Inveniuntur quaedam nomina, quae utrumque numerum eadem voce

1 con[i]traque *Rr* ·x· *post* duo *add. K* 2 adiunctio] *l* adiuctio *L* adiuntio *H* 3 singulis] *rh* in singularis *R* singularis *H* numeris] *h* numeri* *H* suae] *r* siue *R* 4 *post* nata: Omnia enim a se nascuntur. nam duo non est ab uno deriuatum (diriuatum *Gk*) nec tres a duobus nec quattuor (quatuor *Gh*) a tribus *add. DGLhk* 5 DE PARTIBVS QVE HABENT NVMERVM ET QVE NON. *D* Numeros *ex* Numerus *corr. L* 7 deficit] *g* defecit *GK* sunt infinitiua *D* inpersonalia *H* 8 adverbium] *d* Inde aduerbium *D* demonstrat *HL* 9 nominum] *r* numerum *R* ne[v]meralium *Hh* 10 accedentem *GK* accedentia *g* 11 quod] *l* cum *L* 12 quod *om. L* 13 *post* adiungitur: ut male fecit et fecerunt *add. h* significet] *dg* significat *DGL* 14 singilatim *L* singulatim *G* circueo *HL* circumeo et singillatim] *om. DK* circueo singillatim *in marg. add. k* circumeo *add. d* singilatim *L* singulatim *G* circuimus *HGL* 16 in [n]ulla *Kk* posidente *L* 17 addicantur] *R* adiungantur *DLGrh* adiunguntur *HK* 19 significet et] *α* significet *codd.* significat uel *edd. ante α* quemque *D* quenqunq; *G* 20 *a* manet *iterum inc. A cf.* § 36 hoc tamen] hoc autem *Dresd. Krehlii* (*R?*) 21 ea] ea aduerbia *Ar* *ea (a) *H* 22 milies] *h* millies *KH* millies *K* 23 nissi *G* nisi plurubus *A* 24 habet *L* 25 nec *add. k* *post* significant: In uerbis nulla uox eademque apud latinos singularis et pluralis est id quod apud graecos interdum inuenitur ut ΗΛΗΤΟΝ ΗΙΤΟ ΝΛΗΤΩΝ ΚΝΙΝΩΙ *G cf.* § 52; *in L hoc l. duarum fere lin. litura* 26 n[u]emerum *Kk*

demonstrant, ut in prima declinatione singularis genetivus et dativus et | pluralis nominativus et vocativus, 'huius' et 'huic poetae' 'hi' et 'o poetae'.
51 et in mobilibus trium generum omnibus singularia feminina et pluralia neutra eandem vocem habent: 'haec prima' ἡ πρώτη καὶ τὰ πρῶτα, 'sacra' ἡ ἱερὰ καὶ τὰ ἱερά, 'maxima' ἡ μεγίστη καὶ τὰ μέγιστα. in secunda quoque declinatione genetivus singularis et nominativus et vocativus pluralis idem est: 'huius docti' et 'hi docti' et 'o docti'. in tertia omnium in 'es' productam terminantium, cum pares habeat nominativo syllabas genetivus, nominativus quoque pluralis et accusativus et vocativus idem est, ut 'hic verres' 'hi' et 'hos' et 'o verres', 'haec caedes' 'hae' et 'has' et 'o caedes'. in quarta etiam genetivus singularis et nominativus et accusativus et vocativus pluralis idem est, quippe in omnibus his casibus producitur 'us': 'huius fluctus' 'hi' et 'hos' et 'o fluctus'. in quinta quoque declinatione omnis nominativus et vocativus singularis et nominativus et accusativus et vocativus || pluralis idem est, ut 'haec' et 'o res', 'spes', 'facies', 'hae' et 'has' et 'o res', 'spes', 'facies'.
52 nec solum in nominibus, sed etiam in pronominibus invenies quaedam communia utriusque numeri, ut in his, quae genetivum vel dativum singularem in i terminant et similiter nominativum pluralem: 'mei', 'tui', 'sui', 'nostri', 'vestri', 'illi', 'isti', 'ipsi', 'ei'. 'qui' quoque tam singularis est nominativus quam pluralis. in participiis quoque mobilibus idem fit, quod in nominibus. nam in verbis nulla vox eadem apud Latinos singularis est et pluralis.

Sunt quaedam | nomina semper singularia vel natura vel usu: natura,

1 in *add. k* 2 nominatiuis et uocatiuis *A* hi et o poetae *add. h* 3 Et immobilibus *Rr* Et immobilibus *H* omnibus] *l* nominibus *LK* singulariam *Rr* 4 ut haec *ADh* πρώτη] *l* ΠΡΟ.ΤΗ *A* ΠΡωΘΗ *r* ΠΡΟΤΗ *L* ΘΑ *r* ΠΡΟΤΑ *A* ΠΡωΘΑ *r* ΤΡωΤΑ *D* 5 ΗΙΗΡΑ *Rr* ΘΑ ΙΗΡΑ *r* ἡ] *om. R* ΜΕΤΙΣΤΕ *R* ΜΗΘΙΣΤΗ *r* ΜΗΓΙΣΤΕ *G* ΜΗΓΙΣΤΗ *AL* ΘΑ *r* ΜΕΤΙΣΤΑ *R* ΜΗΘΙΑΣΘΑ *r* ΜΗΓΙΣΤΑ *AL* ΜΕΓΙΣΖΑ *K* 6 pluralis *ni f. in lit. H* plurales *h* 7 idem] id *H* ut huius *r* et hi] hi *HG* docti *om. GL* ho *Rr* omnium] *r* omnia *rell.* uel nomina *add. k* 8 terminantium] *r* terminantia *RAHLK* disinentia *G* nominatiuum terminantia *D* habeant *H* 10 has] as *A* 11 etiam declinatione genetiuus *A* 12 uocatiuus. Idem est pluralis quippe *A* idem est] *h* id est *ni f. in lit. H* quippe] *k* quoque *K* 13 ho fluctus *H* 14 uocatiuis *Rr* singularis — pluralis *in mg. add. r* et *ante* accusatiuus *add. h* 15 idem] *h* id *H* est ***ut *H* ut *om. L* o res] ores *A* 16 o res] ores *A* species *G* nec] N̄ *G* nominibus] *h* omnibus *H* 17 etiam pronominibus *A* 19 ut mei *AL* 20 ei — tam *in litura g* singularis quam pluralis nominatiuus. In *L* 21 nominibus] omnibus *G et in* nominibus *corr. in K* 22 Latinos *** singularis *H* et pluralis est *D* *post* est *a D*, *post* pluralis *ab ALh add.* quia id (idque *L*) apud grecos interdum inuenitur ut ΗΛΘΟΝ ΕΓω ΗΛΘΟΝ ΕΚΕΙΝΟΙ (*sic L* ueniebam ego ueniebant illi *add. l* ΗΛΗΤΟΝ.ΙΝΤΟ ΗΛΗΤΟΝ.ΚΗΙΝΙΙΙΙ *A* ΗΛΗΤΟΝ ΙΤω ΗΛ*ΤωΝ ΚΝΙΝΙωΙ *D* ΗΛΗΓωΝ ΗΙΤω. ΗΛΗΓΟΝ ΗΙΤω *H*, *literas extr. in litura add. h*, *cf.* § 50 23 DE HIS QVAE DEBENT ESSE SEMPER SINGVLARIA *D* semper *om. G* singularia semper *K* Natura au-

ut propria, quae naturaliter individua sunt: 'Iuppiter', 'Venus', 'Ceres', 'Achilles', 'Hector', 'Sol', 'Luna', 'Italia', 'Sicilia', 'Cilicia'; usu, quae singulariter proferri tradidit usus, ut 'sanguis', 'pulvis'. in his tamen ipsis est quando vel eventus vel partitio regionum vel diversae opiniones vel auctoritas veterum cogit vel quando pro appellativis quoque proferuntur, ut etiam plurali numero proferantur: eventus, quod evenit saepe eodem proprio nomine duos vel plures nuncupari, ut 'Aeneas' Anchisae filius et Silvius 'Aeneas', 'Pyrrhus' filius Achillis et 'Pyrrhus' rex Epirotarum, 'Aiax'
Telamonius et 'Aiax' Oilei filius. haec enim non naturaliter communia 53
sunt, quippe nullam qualitatem communem significant, sed casu diversis contigere personis. idem facit partitio regionum, ut 'Gallia' citerior et 'Gallia' ulterior, diversae opiniones, quod quidam multos soles et multas lunas esse putaverunt ('terra' quoque, 'virtus', 'pietas', 'iustitia', 'probitas' et similia, quando deas significant, propria sunt, quando vero partes vel
in hominibus sitas res, appellativa sunt. itaque si sint propria, non ha- 54
bent pluralem numerum, sin appellativa, habent); auctoritas, ut 'mella',|| 'frumenta', 'ordea', 'farra' plurali numero protulit Virgilius, cum in usu frequentiore singularis numeri sunt, sicut alia quoque plurima, ut 'sanguis', 'pulvis', 'pax', quae tam singulariter quam pluraliter prolata idem possunt significare. sed pluraliter non utimur eis, quia auctoritas deficit, | cui si collibuisset, quomodo 'cruores', dicere 'sanguines', vel quomodo 'ci-

tem propria *A* 1 natal[ur]iter *K* ut iuppiter *DGKh* iupiter *L* 2 achiles *G* sol luna italia sicilia cilicia hector achiles *L* haector *RA* sicilia italia cilicia sol et luna *D* Sicilia Cilicia] *r* sicilia *RH* scilicia *A* usque quoque quae *H* 3 et[ut] sanguis *K* In is[h] *Rr* ipsis propriis est *A* 4 partitio] *r* partio *R* partitipio *A* partic**io (ip) *K* opiniones] *g* openiones *G* oppiniones *H* 6 in plurali *Rr* proferuntur *K* DE NATVRA *D* proprio] *r* propriae *R* 7 uel plurales *A* noncupari *G* noncipari *in litura k* siluius eneas *K* 8 pyrrus *RAK* pirrus *H* pirrhus *DG* phirrhus *L* achilis *GL* pyrrus *RAHK* pirrhus *DG* phirrhus *L* epirotarum rex *LK* epyrotarum rex *H* epyrotarum *RA* 9 tellamonius *L* thelamonius *G* olei *DG* 10 nullam *in mg. l* *ad* nullam qualitatem, *add. nota v, haec in mg.:* Non ideo eodem nomine nuncupati sunt quod aliqua qualitate similes fuerint si duo nigri uel duo formosi.. *add. r cf. infra* significat *A* contigere diuersis *A* 11 contigere] *rh* contingere *RHL* contigere *K* personas *K* *post* personis: Non enim ideo eodem nomine nuncupati (noncipati *k*) sunt quia qualitatem similem habent id est quod (quae *A*) duo albi essent uel duo nigri (nigri duo *GLh*) uel (et *k*) duo formosi (formosi duo *GLk*) *ADGLhk*, *quae merito exulare iussit Krehlius cf. supra r* gall[a]i *Rr* [ci]oterior *A* 12 opiniones] *g* openiones *G* oppiniones *H* 13 putauerunt uel quando. Terra *Rr* uirus *A* piaetas *Rr* pieta*s (u) *H* 14 sunt propria *A* 16 *post* appellatiua, habent: quando partes uel in hominibus sitas (sitis *A*) res significant. *repetunt AD del. d* 16 DE VSV. *D* ut *om. AGL add. l* 17 hordea *DL* .Plurali *H* *Vergilius* mella *protulit ecl.* 3, 89 4, 30 *georg.* I 131 IIII 35 *etc. cf. ind. Erythraei s. v.*, frumenta *georg.* I 150. 189. 315 *etc. cf. ind. l. s. v.*, hordea (*sic Med.*) *ecl.* 5, 36 *georg.* I 210. 317, farra *georg.* I 73. 101. 219 III 127 18 fr[e]q[u]tiore *L* sunt *Rr* plurima **** (sunt) *D* puluis samguis *L* 19 pax lux [e]uae *k* tam] *k om. G* tamen *Hg* 20 defecit *GLK* 21 conlibuisset *D* quomo[q]do *Rr* sanguinis *A* 1 inpediret *H*

neres', sic 'pulveres', nihil impediret. sciendum tamen, quod metallorum vel seminum vel umidorum ad mensuram vel ad pensum pertinentiūm pleraque semper singularia inveniuntur, ut 'aurum', 'argentum', 'aes', 'plumbum', 'stannum', 'vitrum', 'orichalcum', 'electrum', 'triticum', 'ervum' ὄρυζα, 'faba', 'lens', 'pisa', 'conchis', 'acetum', 'liquamen', 'mulsum', 'oleum'. adeo autem haec usus, non regula prohibet etiam pluralia habere, quod quidam propria confisi auctoritate plurali quoque, ut dictum est, haec protulerunt numero, ut 'ordea', 'frumenta', 'fabae', 'vina', 'mella'.

55 similiter sunt quaedam semper pluralia vel natura vel usu: natura, ut 'Gemini', proprium in signo caelesti, et 'Pisces', usu, ut 'manes', 'arma', 'moenia', 'Floralia', 'Saturnalia', 'nundinae', 'Kalendae', 'Nonae', 'Idus', 'Compitalia', 'Neptunalia' et omnia paene festorum dierum nomina. sunt quaedam singularia voce, intellectu pluralia, quae etiam comprehensiva dicuntur, id est περιληπτικά, ut 'populus', 'exercitus', 'legio'; alia contra intellectu singularia, voce pluralia, ut 'Athenae', 'Thebae', 'Mycenae', 'Maenala', 'Gargara', 'Tartara', 'Dindyma', 'Bactra'. inveniuntur tamen in his quaedam etiam singulariter prolata idem significantia. Virgilius in V:

Argolicove mari depressus et urbe Mycena.

Statius in VIIII Thebaidos:

Vive superstes, ait, diraeque ad moenia Thebes

metallorum vel seminum] *r* metallorum seminum *R* 2 umidorum] *R* humidorum *r rell.* psum *H* 3 aes auricalchum ******* uitrum plumbum stagnum triticum *D* plummum *L* 4 stannum] *π* stagnum *libri* orichalcum] *nonnulli Krehlii codd., ut vid.*, *π* oricalcum *RAH* auricalcum *Kr* aurichalcum *DG* auricalchum *L* triticum (uel a) *Kk* ervum] herba (:um) *L* herba *G* 5 ΟΡΙΖΑ *ADH* obriza *L* ab riza *G* pissa *G* pis*a *H* conchis (cannabis) *Hh* concis *L* acoetum *Rr* 7 quidem (a) *Rr* confussi *G* confusi *ni f. in litura L* confisa,ᵃ (uel a) *l* confusi *Kk* 8 ordea] *in litura h* hordea *ADKl* faba (e) *Rr* 9 DE HIS QVAE DEBENT ESSE SEMPER PLVRALIA *D* sunt *add. r* pluralia] plura *R* pluria *D* gemini et castor et pollux proprium *D* 11 menia (o) *Hh* compitalia neptunalia id est festae per quatuor dies factae nundinae kalendae nonae idus *D* calendae *L* 12 competalia *GK* compi*talia *H* poene *AH* DE HIS QVAE VOCEM HABENT ET INTELLECTVM E CONTRARIO. *D* 13 quaedam] alia *D* quae(dam) *L* uoce singularia *L* plulalia *H* conprehensiua *ADH* 14 περιληπτικά] 2 ΠΕΡΙΛΕΜΤΙΚΑ ΠΕΡΗΛΗΗΠΤΙΚΑ *Rr* ΠΗΡΙΛΗΜΠΤΙΚΑ *A* ΠΕΡΙΛΗΜΤΙΤΙΚΑ *GL* ΠΗΡΙΛΗΜΤΙΤΙΚΑ *K* ΠΕΡΙ*ΛΗΜ*ΤΙΚΑ (Λ-Π) *D* ΠΗΡΙΗΝΤΙΚΑ *H* ΠΕΡΙΛΗΜΤΙΤΙΚΑ dicuntur *L* sunt alia *AD* contra] *d* contraria *AD* 5 uoce pluralia intellectu singularia *D* singularia sunt *h* Athenae] *d* athaenae *A* athene *D* tebae *A* micenae *RL* mecenae *G* mycene *D* mychenae *HK* menela *K* menala *rell.* 16 tarthara *Rr* dindima *AG* dyndima *L* dyndyma *K* in his quaedam *ex* quaedam in his *corr. G* 17 *Verg. Aen.* V 52 18 argoliquoue *AK* depressus] *RADHK cum libris aliquot Verg. dett.* deprensus *1 Vergilius* dephensus *GLk* urbe] *sic etiam Pal. m. alt.* arce *m. pr.* urbicena (emi) *Rr* micena *L* mecena *G* Mycena *libri aliquot Vergil. deteriores* Myceenae *Med. Pal.* Mycenis *Rom.* 19 *Stat. Theb.* VIIII 294 *sq.* IX *L* VIII *rell.* Thebaidos] *r* tebaidos *RG* 20 uiuae *Rr* uiuere *GK* semperstes *A* diraeque] q̄ *G* thaebes *r* taebe *R* thebis *G*

Solus abi.

'Maenalus' quoque dicitur et 'Tartarus' et 'Gargarus'. Virgilius in bucolico:

Maenalus argutumque nemus pinos|que loquentes
Semper habet.

idem in VI:

tum Tartarus ipse
Bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras. ||

DE FIGVRIS.

Figura quoque dictionis in quantitate comprehenditur: vel enim sim- XI 56
plex est, ut 'magnus', vel composita, ut 'magnanimus', vel decomposita, quam Graeci παρασύνθετον vocant, id est a compositis derivata, ut 'magnanimitas', quae rationabiliter separatim accepta est figura a Graecis. neque enim simplex poterit esse, quae a composita derivatur dictione, neque composita, quia, quod suum est compositorum, non habet, id est ut ipsa per se ex diversis componatur dictionibus separatim intellegendis sub uno accentu et unam rem suppositam [id est significandam] accipiat, ut est 'respublica', 'iusiurandum' et talia. una est enim res supposita, duae vero voces diversae sub uno accentu prolatae, quas invenis separans compositum, etiamsi sit a corruptis compositum, ut est 'parricida'. hoc enim ipsum per se compositum quaerentes ex quibus dictionibus est, invenimus divisione facta eas per se intellegendas: dicimus enim a parente et a verbo 'caedere', quae utraque per se integra sunt et intellectum habent plenum, quod in decompositis fieri non potest. si enim dicam 'magnanimitas compositum est a magno et animitate', nihil dico, 'animitas'

1 abe (i sup.) *Rr* abii *LK* habii *G* 2 menalus *libri* *Verg. ecl.* 8, 22 *sq.* bocolico *AGK* 4 menalus *DHGLK* argutumque] *ra* argutum quae *RA* loquentes *etiam Ver.* loquentis *LPal.* 5 semper] *r om. L* siper *R* 6 *Verg. Aen.* VI 577 *sq.* 8 patet *add. r* intenditque *R* tendit quae *A* 9 DE FIGVRIS incipit *LK* EXPLICAT DE NVMERIS INCIPIT DE FIGVRIS *D inscr. om. AH* 10 comprehenditur *AD* semplex *G* 12 παρασύνθετον] *π* ΠAPACINΘETON *L* ΠAPACINTETON *G* parasyntheton *H* parasintheton *K* parasindeton (th sup.) *Rr* parasinthethon *D* parasinteton *A* est de compositis *GL* magnanimitas (a magnanimus sup.) *A* magnanimitas a magnanimus *D* 13 *post* magnanimitas *unum folium deest in L, inc. iterum ab initio* § 68 Dest (o sup.) u duo *m. rec. in mg.* 14 simples (x sup.) *A* semplex *G* posit (ter sup.) *Kk* diriuantur *A* 15 id est (is sup.) *ex* ut est *corr. A* ut ipsa ut ipsa *H* 16 intellegendo *Rr* 17 subpositam *RHK* 18 res puplica *G* talia] *d* talia *K* alia *GD* enim est *ADGK* subposita *RHK* 19 diuersae uoces *D* 20 si*t (n) *D* compositum *om. D* parrycida (i sup.) *Rr* *ab* hoc enim *iterum inc. B cf. lib.* IIII § 2 22 *post* enim: diuisione facta *add. D et sup. lin. Ah* 22 parens *A* 23 et uerbo *G* a caedo uerbo *D* caedo *A* utraque *add. h* per se prolata intigra *G* per se integra (prolata sup.) *Kk* 25 compositum est] *r* com *R* magnus et animitas *A* animitate *ex* animante *corr. H*

enim per se non dicitur. necesse est ergo dicere, quod 'magnanimus' quidem compositum est a magno et animo, quae sunt intellegenda per se, a magnanimo autem derivatum est 'magnanimitas': quamvis inveniuntur multa du|bia, utrum decomposita sint an composita, ut 'impietas', 'infelicitas', 'perfectio'. quae si ab impio et infelice et perfecto dica-
57 mus derivata, decomposita sunt, cum autem in duo separatim intellegenda possint dividi, videntur esse composita, quomodo etiam participia, quae a compositis verbis derivantur, ut 'perficiens', 'neglegens', 'circumdans', 'anteveniens'. sunt tamen quaedam, quorum simplicia in usu frequenti non sunt, ut 'defensor', 'repleo', 'compleo', 'suppleo', 'deleo', 'releo', 'defendo', 'offendo', 'respicio', 'aspicio', 'suspi||cio', 'despicio'. quod autem rationabiliter simplicia quoque horum possunt dici, ostendunt nomina ex eis nata: 'plenus' quasi a 'pleo' verbo, 'letum' quasi a 'leo' verbo et 'leor'. 'specto' etiam verbum quasi a verbo 'spicio' natum est frequentativum.

58 Componuntur autem nomina modis quattuor: ex duobus integris, ut 'tribunusplebis', 'iusiurandum'; ex duobus corruptis, ut 'benivolus', 'pinnirapus'; ex integro et corrupto, ut 'inimicus', 'extorris'; ex corrupto et integro, ut 'efferus', 'impius'. et sciendum, quod omnes partes orationis habent composita absque interiectione et plerisque participiis. interiectiones enim semper simplices sunt, participia vero vel simplicia vel decomposita plerumque [id est a compositis verbis derivata] sunt: per se enim

2 quidem *om. K* ėst *om. GK* magnus et animus *A* anima *R* (o *sup.*) 3 magnonimo (a *sup.*) *Rr* magnanimus *ADK* autem *sup. lin. add. in K* quamuis tamen inueniantur (*ex* inueniuntur *corr.*) *B* 4 impiaetas *R* 5 perfeccio (t *sup.*) *Rr* sibi ab *Rr* impius et infelix et perfectus *D* 6 deriuatiua *B* 7 possint] *a* possunt *BA* a *om. A* 8 pficiscens *A* circundans *g* 9 eueniens (aū *sup.*) *Kk* tamen *om. K* quaedam composita quorum *A* semplicia *G* 10 defensor] *h. l. om. D add. d* defendo *in litura h* subpleo (p *sup.*) *Rr* supleo *K* releo] redeo *B* releo defensor defendo *D* 11 suspicio] *om. K ante* aspicio *in mg. add. k* suspitio *H* dispicio *GK* 12 semplicia *G* 13 ple*o (n) *B* et laetum *K* laetum *RAH* loetum *rd* quasi] *h* quas *H* loeo *H* uerbo leo *D* 14 loeor *H* spicio] specio *GK* spitio *H* 15 frequentativum] *b* frequent**** *B* 16 quatuor modis *GK* duabus *K* duobus modis integris *A* intigris *G* 17 tribunus plebis *ex* tribunus. plenus (i *sup.*) *corr. B* duabus *K* ut *ante* beniuolus *om. RBHK* beneuolus *H* pennirapus (uel pennirapus *sup.*) *Rr* pennirapus *D* penniireptus *Gg* pennereptus *K* *post* pinnirapus: Nam si non cessent composita femininum in ae dyptongon fecissent si quae nequae uti quis facit femininum. *H cf. § sq. extr.* 18 intigro *g* ut *om. G* extoris (r *sup.*) *Rr* 19 intigro *G* DE PARTIBVS QVAE COMPONVNTVR ET QVAE NON. *D* et sciendum est *D* 20 habent *add. r* interiecciones (t *sup.*) *R* Interiectionis *A* 21 semplices *G* semplicia *G* simplicia sunt *A* decomposita id est a compositis uerbis plerunque sunt diriuata *K* 22 a *add. r* sunt *om. DG*

raro componitur participium. nam si quis dicat, | 'faciens' participium compositum fieri 'efficiens', sciat hoc minime potuisse fieri, nisi prius verbum compositum fuerit, ut est 'facio efficio', et ex hoc verbo nasci participium 'efficiens'. quae enim participia per se componuntur, pleraque amittentia vim participii transeunt in nomina, ut 'potens impotens', 'doctus indoctus'. ideo autem diximus 'pleraque', quod illa participia videntur a simplicibus suis esse composita, quae non verborum sui temporis, sed participiorum simplicium regulam servant, ut 'contigi contactus' a simplici 'tactus', 'coegi coactus' a simplici 'actus', 'contuli collatus' a simplici 'latus'.

Nomina vero componuntur vel cum aliis nominibus, ut 'omniparens', XII 59
'paterfamilias', vel cum verbis, ut 'armiger', 'lucifer', vel participiis, ut 'senatusdecretum', 'plebisscitum', vel pronominibus, ut 'huiuscemodi', 'illiusmodi', vel adverbiis, ut 'satisfactio', 'beneficus', 'maledicus', 'causidicus', vel praepositionibus, ut 'impudens', 'perfidus', vel coniunctionibus, ut 'uterque', 'quisque', 'nequis', 'siquis', quae composita esse ostenduntur a femininis in a desinentibus, ut 'siqua', 'nequa' quomodo 'ali||qua'. et 60
componuntur vel a duabus dictionibus, ut 'septentrio', 'semivir', vel a

1 a faciens *Krd* facien *Rr* participio *Ar* compositum participium *G* cōpos̃ partĩ *K* 2 sciet *R* hoc . fieri *A* (uel minime posse) minime potuisse fieri] *Dr cum quinque Krehlianis* in paucissimis (*ex* pocissimis *corr. R*) fieri *RBH et in ras. K* in paucis fieri potuisse *G* 3 fuerit] *in litura K* fuisset *ADG* ut est] id est *DG* et] atque *DHGL* aeque *K* ex *om. DGK add. dk* 5 amitentia *G* amittentia *K* inpotens *RBADH* 6 dicimus *A* pleraque *corr. ni f. ex* plerūque *H* 7 a] ex *A* semplicibus *G* composita esse *K* tem (poris) *Rr* 8 semplicium *G* contigi] *rd* contingi *RAD* contaxtus (c) *Rr* contractus *A* contac**tus *H* 9 coegi coactus *in litura H* semplici *et sic fere ubique G*, *h. l. et aliquotiens K* conlatus *BHGK* 11 uero *om. A* omnipotens *GK* 12 Lucifer *A* uel cum participiis *BADG* 13 senatusdecretum] *h* senatusdicretum *K* senatus *H* plebisscitum] *rd* plebiscitum *RADHGK* uel pronominibus] *R* at cum *in mg. r* uel cum pronominibus *G* huiusmodi (ce) *Bb* 14 illius**modi (ce) *K* uel praepositionibus — perfidus *ante* uel aduerbiis — causidicus *collocat D* uel cum aduerbiis *G* satisfacio *A* beneficus maledicus causidicus] *om. H add. h* malidicus *K* malificus *G* maleficus *h* causidicus] *om. D* causedicus (i) *RrA* causidicus uel casidicus *K decem fere litt. lac. in B* 15 uel cum praepositionibus *G* inpudens *AHK* uel cum coniunctionibus *G* coniuntionibus *R* 16 siquis nequis *D* esse *om. G* ostenduntur esse *K* 17 aliqua (est) . *Kk* *post* aliqua: Nam nisi (si *A* si non *H*) essent composita (compisita (o) *D*) feminina (femininum *AR m. rec. b*) in ae diphthongum (dyptongon *D* diptongon *Ab* dytongũ *R m. rec.* dyptongum *H* diptongum *K* dip̄ *g*) fecissent: siquae, nequae, uti (ut *Kb*) quis femininum quae facit (fem̃ quae fa: *in litura h* facit femininum quae *Kg*) *add. ADKg*, *H iterum* (*cf.* § 58) *et m. recentior* (*non r*) *in R*, *om. etiam Heidelb. cum duobus aliis Krehlii* 18 uel duobus (a a) *Rr* duabus] *b* duobus *B* semiuir septentrio dicitur plaustrum id est arcton quia septem stellas habet. triones enim quasi teriones. *D*

tribus, ut 'imperterritus', 'inexpugnabilis', 'inextricabilis', vel | amplioribus, ut 'cuiuscumquemodi', quae tamen solent ex iam compositis secundam compositionem accipere. primo enim compositum est 'perterritus', 'expugnabilis', 'extricabilis', et post 'imperterritus', 'inexpugnabilis', 'inextricabilis', similiter 'imperfectus', 'ineluctabilis' et similia. est ergo illud quoque attendendum, quod separata composita non solum in simplices resolvuntur dictiones, sed etiam in ante compositas, sicut sunt ea, quae a tribus vel amplioribus componuntur. ipsa tamen quoque ante composita necesse est in duas intellegibiles dictiones resolvi. componuntur tamen etiam quaedam ex decompositis: 'potens' a verbo 'potes', quod est compositum. ex hoc componitur 'impotens', 'omnipotens', 'ignipotens', 'viri-

61 potens' ex simplici et decomposito. et est sciendum, quod, si duo sint nominativi, ex utraque parte declinatur compositum, ut 'respublica reipublicae', 'iusiurandum iurisiurandi', quod Graeci numquam faciunt in compositis. dicunt enim, oportere compaginem, qua cohaerent in compositione dictiones, immobilem manere. hoc igitur non servantes [Latini] divisorum quidem utimur declinatione, accentu tamen compositorum. in omni enim casu sub uno accentu ea proferentes composita esse ostendimus; et possumus dicere, per singulos casus ea componi. quod dicentes non videmur contra supra dictam Graecorum de compagine rationem facere. nec mirum apud nos per singulos casus nomina componi, cum apud illos quoque inveniuntur etiam verba quaedam, quae per diversa tempora componuntur, ut *καταγράφω κατέγραφον, ἀναγινώσκω ἀνεγίνωσκον*. nam si a praesenti *καταγράφω* dicam nasci *κατέγραφον*, incipit labefactari || compago

1 a tribus] *h* tribus *ADH* trium *B* tribus dictionibus *K* inperterritus *BAH* inextricabilis *add. b* 2 ex iam] etiam *A* etiam ex *GK* 3 est] esse *K* 4 postea *Ab* inperterritus *RA* 5 inperfectus *B* 6 adtendendum *RBADH* addendum *K* seperata *G* 7 . Sicut *D* eas quae *A* quae in tribus *G* 8 componuntur *sup. lin. add. K* quoque tamen *B* 9 ditiones *R* 10 quod est uerbum compositum *AD* compositum **** *K* 11 hoc enim componitur *D* componitur *om. H* 12 et decomposito est. Et sciendum *K* DE DECLINATIONE COMPOSITORVM NOMINVM. *D* Et is est *A* est *om. HK* sciendum est *D* nominatiui sint *D* 13 res puplica rei puplicae *G* 14 iurisiurandi] *a* ius. iurandi *A* 15 conpaginem *AH* choherent *A* 16 inmobilem *BH* diuersorum *H* 18 es ostendimus *Rr* esse — dicere *in marg. add. K* 19 dicire *G* A *m.rec.* 21 nec] *b* ne* *B* 23 ut *καταγράφω* — nasci *κατέγραφον add. h* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΑΝΑΓΙΝΟCΚω ΑΝΕΓΙΝΟCΚωΝ *Rr* ΚΑΤΥΓΡΑΦω. ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ. ΑΝΑΓΙΝΟC.ΚΟ ΑΝΕΓΙΝωCΚΟΝ *B* ΚΑΤΑΤΡΑΦω ΤΕΓΡΑΦΟΝ ΑΝΑ ΓΙΝΟCΚΟ ΑΝΑΓΙΝΟC. ΚΟΝ. *A* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΓΙΝωCΚω ΑΝΕΓΙΝωCΚωΝ *D* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΗΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΓΙΝΑCΚΟ. ΕΓΙΝΟCΚωΝ *Gg* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ. ΑΝΝΙΝωC. ΚωΑΝΝΙΝωCΚωΝ *h* ΚΑΤΟΓΡΑΦΟΥ ΚΑΤΕΓΑΦΟΝ ana ΓΙΜΟCΚΟ ΕΤ ΙΜΟCΚΟω *K* ΚΑΤΕΓΡΑΦω *Rr* ΚΑΤΑΓΑΦω *A* ΚΑΤΑΓΡΑΦΟ *G* ΚΑΤΑΓΡΟΦΟ *K* ΚΑΤΑΓΡapho *h* 24 dicamus *h* nesci *A* ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ *BADr* ΚΑΤΑΓΡΑΦωΝ *R* ΚΑΤΗΓΡΑΦΟΝ *GKh* labesfactari *R* conpago *AH*

compositionis, quod recusat ratio. | unum apud Latinos invenitur nomen, 62
quod quamvis ex duobus sit nominativis compositum, non ex utraque parte
declinatur, id est 'alteruter alterutrius', quod tamen ipsum non absque
ratione non declinatur. nam cum duae contra se pugnant regulae, ut
unam servet, necessario perdidit alteram. omnia enim nomina vel pro-
nomina, quae genetivum in 'ius' terminant, debent hunc communem habere
trium generum: 'unus unius, una unius, unum unius'; 'solus solius,
sola solius, solum solius'; 'ille illius, illa illius, illud illius'. cum igi- 63
tur femininum et neutrum supra dicti nominis ex corrupto et integro sint
composita hiatus causa et euphoniae — 'alterutra' pro 'altera utra' et 'alter-
utrum' pro 'alterum utrum' —, et necessario extrinsecus habuerint declina-
tionem, id est 'alterutrius'. unde Cicero pro M. Marcello: quod
si in alterutro peccandum sit, malim timidus quam parum
prudens videri. itaque masculinum quoque eorum est declinationem
secutum propter rationem supra dictam in 'ius' terminantis genetivi, qui
communis trium vult esse generum. nec solum tamen in declinationibus
nominum hoc contingit, sed etiam in accentibus, ut 'utérque utráque
utrúmque', 'plerúsque pleráque plerúmque': femininum enim, quamvis
paenultima brevis sit, accentum tamen in ea habuit acutum, sicut mascu-
linum et neutrum: 'que' enim, nisi separata sit, si Graecos sequimur, 64
coniunctio enclitica esse non debet, nisi illud dicamus, quod 'que', quando
cum integris componitur dictionibus, quamvis significationem suam amittat
[id est coniunctionis], tamen enclitici vim servat: 'pleráque', 'ubíque',
'utráque', exceptis differentiae causa 'ítaque', 'útique'; in his enim non
solum coniunctio, sed etiam praeposita ei adver|bia vim propriae significa-

1 recu**sat *R* ratio recussat *G* inuenitur nomen apud latinos *D* 2 duabus nominatiuis sit *A* fit *K* utra quae *R* 3 declina*tur (n) *B* 4 regulae *ex* regulam *corr. A* regula*e (r) *H* ut *** *Bb* (*** *in mg., f.* unā *a b et add. et eras.*) 5 unam] alteram *BDHGK* necesario *GK* perdit *BHrd* alteram perdidit *K* enim *add. h* 6 ius] *h* us *H* hunc *in mg. add. K* habere] *om. K* *post* generum *add. k* 7 una unius unum unius] una unus *Rr* (um i) 8 solum solius *om. H* 9 supradicti nominis *ex* nominis supradicti *corr. K* intigro *G* 10 altera ultra *R* 11 pro alterut*rū utrum *Rr* et *del. h* necesario *GK* habuerunt *ADKh* 12 *Cic. p. Marcello* 7, 21: ut, si in alterutro peccandum sit, malim uideri nimis timidus quum parum prudens *cf. lib.* VI § 35 pro marcello (marco) *A* M. *om. H* 13 alteru*tro (l) *R* peccantium *A* peccatum *BHGK* sit *add. g* . Malym *H* timidus] *h* timidū *ni f. in lit. H* 14 declinationem secutum est *K* 17 continguit *G* acentibus *K* ut *add. r* 18 utrunque (*sic*) *add. g* 19 preuis (b) *Rr* sit] *ex* fit *corr. K* a●ntum *K* in a habuit *r* 20 que] *ex* quę *corr. B* Quae *Rr* q̃. *H* 21 coniuntio *R* enclitica] *rak* encletica *RBADH* en*lictica *K* quod que que quando *A* 22 intigris *GK* amittat] *g* amitat *G* 23 coniuntionis *R* encletici *AHr* ut pleraque *BADh* pleràque ubique utràque *R* *accentus om. rell. h. l. et in sqq. omnes* utraque pleraque ubique *K* 24 deferentiae *K* itaque] *cf. tamen de accent.* § 10 *post* itaque utique *in ras.* ΔΙΑΤΟΥΤΩ ΤΟΙΝΥΝ. Itaque ΚΑΙΟΣΠΕΡ *B* 25 coniunctio (non est sed) etiam *Kk* proposita *B*

tionis convertunt composita. vetustissimi tamen et 'altera utra' et 'alterum utrum' et 'alterius utrius' solebant proferre et 'plerus plera plerum' absque 'que' additione. - Cicero in Protagora: quae igitur potest|| esse indignitas voluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine aut longitudine alterius utrius posita? Cato de ambitu: sed sunt partim, qui duarum rerum alterius utrius
65 causa magistratum petunt. idem in I originum: agrum quem Volsci habuerunt campestris plerus Aboriginum fuit. Pacuvius in Duloreste:

Pater Achivos in Caphereis saxis pleros perdidit.

idem in Teucro:

Periere Danai, plera pars pessumdata est.

Asellio in III historiarum adverbialiter sine 'que' extulit: ut fieri solet plerum, ut in victoria mitior mansuetiorque fiat. - ergo nihil aliud est in his nominibus 'que' nisi syllabica epectasis, quomodo 'ce' in quibusdam pronominibus et adverbiis, ut 'hisce', 'hosce', 'illice'. nam et 'plerus plera plerum' et 'plerusque pleraque plerumque' idem significant. 'uter' vero et 'uterque' diversas habent significationes. 'uter' enim, πότερος, dividuam vim habet, 'uterque', ἑκάτερος, collectivam; 'ubi', 'ποῦ' ἢ 'ὅπου', 'ubique', πανταχοῦ. in his ergo et similibus 'que' si coniunctionem accipiamus, composita sunt, sin syllabam, derivativa. similiter

1 uetustisimi *K* tamen altera *B* 3 absque quae *A* que *om. H* additione] *rh* addictione *RH* *Cicero in Protagora: t.* IIII 2 *p.* 477 *Or. cf. lib.* VI § 35 pitagora *R* protogora *K* 4 uoluptatis] *sic ex Plat. Protag. p.* 356 *A tacite P. Victorius var. lect. lib.* XVIIII *cap.* VIIII uoluntatis *libri Prisc. utroque loco* in *add. r* 5 aut in longitudine *G* Cato de ambitu: *Meyerus l. l. p.* 88 *sq., cf. lib.* VI *l. l.* 6 partium *Kk* qui partim *G* 7 magistrum *B* *Caton. orig. lib.* I *fr. p.* 98 *Kr. fr.* 10 *p.* 269 *R. fr.* V *p.* 17 *Wr.* in *om. H* *post* originum: agrum — Aboriginum *om. GK add. g* quem] *r* que *R* quaemulsci *A* 8 Volsci] *H* uulzi *g* uulsci *rell.* habuer(unt) *Rr* habueriut *A* plen(r)us *Rr* ab origine *g* pacubius *BDHKr* *Pacuv. Dulorest. fr.* 2 *p.* 117 *Both. fr.* XVI *p.* 78 *Ribb. cf. Stieglitzium de M. Pacuvii Duloreste p.* 78 *sq. fr.* V 9 doloreste *r* doloseste *A* dolores te pater *GK* 10 Achivos] *r* acheus *R* acheos *BAD* achaeos *GK* achaeios *H* Caphereis] *r* capherei *ADHK* caferei *G* caperei *R* prodidit *G* uel perdidit *g* 11 *Pacuv. Teucr. fr.* 22 *p.* 147 *Both. fr.* VI *p.* 98 *Ribb.* theucro *B* 12 periere *ex* perere *corr. B* perire *G* paessundata est *K* pessumdatur *Festus s. v. plera p.* 230ᵇ *M. eique obtemperans Ribbeckius* 13 Asellio] *r* assellio *G* asellius *RBA* *Sempr. Asell. hist.* l. III *p.* 218 *Kr. fr.* 4 *p.* 324 *R.* tertio *D* VI *GK* 14 plerum* ut (q.) *B* plerum in *GK* 15 nominibus que] *r* nominibus quae *RA* syllabica] *rh* syllabice *R et in litura ni f. H* syllabicae pictassis (pectassis *b*) *B* epectasis] *d* epictasis *RDH* epactasis *K* 16 ut *om. AH* (h)isce (h)osce *Rr* illice *K* illicce *libri rell.* 17 plerusque pleraque plerumque] *r* plerusque et pleraque et plerumque *RBAH* 18 uter enim — πανταχοῦ *om. H add. h* 19 ΠΟΘΗΡΟϹ *r* ΠѠΤΗΡѠϹ *D* habent *B* uterque uero *K* uterque utrique *B* ΑΕΚΑΤΕΡΟϹ *in litura r* ΗΚΑΤΗΡѠϹ *D* collectiuam habet *D* 20 ΠΟΥΝΟΠѠΥ *R* ΠΟΥΝΟΠΟΥ *AD* ΠΟΥΝΟΠѠ *G* ΠΟΝΟΠΟΥ *B* ΠΑΝΤΑΧѠΥ *Rr* ΠΑΝΤΑΧΟΦ *B* que] *rad* quae *RAD* coniuntionem *R* 21 accipia(mus) *Kk* sin] si *H* se *A* sin autem *G*

'undique', 'denique', | 'itaque'. sin vero ex utroque casu obliquo sint 66 composita nomina, manent indeclinabilia, ut 'huiusmodi', 'istiusmodi', 'illiusmodi', 'cuiusmodi', 'eiusmodi', 'cuimodi'; sin ex nominativo et obliquo vel obliquo et nominativo, nominativus tantum declinatur, ut 'praefectusurbis', 'senatusconsultum'. et invenimus per omnes fere casus composita, ut 'iurisperitus', 'legislator', 'praefectusurbis' et 'praefectusurbi', 'tribunusplebis' et 'tribunusplebi', 'agricola' [agrum colens], 'caelicola' [caelum colens], 'macte' id est magis aucte - antiqui tamen et 'mactus' dicebant -, 'mentecaptus'. et singularia cum pluralibus componuntur, ut 'orbisterrae' et 'orbisterrarum', 'paterfamilias' et 'paterfamiliarum', 'armipotens armorumpotens', 'magistermilitum', 'asecretis', 'acalculis', 'aresponsis', 'abactis'. possunt tamen haec eadem etiam separata esse, si diversos 67 accentus his dederis vel interponas coniunctiones, ut 'resque publica', 'populusque Romanus', 'tribunusque plebis'. 'siquis' ad imi||tationem εἴτις Graeci enclitice prolatum quidam putant, ut 'numquis', 'nequis'. ostenduntur tamen ea sine dubio composita tam a feminino singulari quam a neutro plurali in a desinentibus. compositio enim, non enclisis, corrumpere dictiones solet: dicimus enim 'siqua', 'nequa', ut 'aliqua'. |

DE CASV.

Casus est declinatio nominis vel aliarum casualium dictionum, quae XIII 68

1 itaque utique *ADH* sin] Quae *B* oblico (qv) *Rr* suut *DHrb* 2 manent manent *A* illiusmodi istiusmodi *D* 3 cuiusmodi *om. RH add. r* eiusmodi cuiusmodi *K* eiusdemmodi *B* cuimodi] *add. k* cuicuimodi *B* et obliq. uel obliquo *A* 4 . Vt praefectus urbi *H* 6 praefectis urbis *H* praefectus. ubi. *A* 7 tribunusplebis et tribunusplebi] *r* tribunus plebi *R* agrum] id est agrum *ADh* 8 id est caelum *RHGK* mactend (i) est *Rr* macte est per uocatiuum id est *D* est *om. G* aute (c) *Rr* aucle *ex* auclo *corr. A* 9 mentecaptus] *cf. Krehlii cens. Ien: l. l. p.* 431 menceps mente captus *HKg* id est mente captus *B* mentecaptus (menceps per ablatiuum) *Dd* compluralibus *A* 10 orbisterrae orbisterrarum *G* orbisterrarum] *h* orbisterrorum *ni f. in lit. H* armipotons *ex corr. h* 11 et armorumpotens *D* *post* militum *in litura:* quidam composita haec existimant *B* a secretis *Kk* a calculis *K* a caliculis (uel o) *k rell. cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. v. calix 1 t.* II *p.* 34 *ed. Henschel.* uel qualiculis *supscr. g* Iste est a caliculis. iste solet propinare imperatori: pincerna uidelicet. batus est certa mensura. Iste assignat certam mensuram batis, quae batis continetur. *gloss. cod. Heidelb. apud Krehlium, ubi alia his similia ex aliis libris proferuntur* 12 ab actis *AK* uel abbatis uel abathis *in mg. k* abatis *RBDH* (*'abatis ad cenam dat equis abbatis avenam' cf. Ducangium l. l. s. vv. abatus et batus 1 t.* I *p.* 8. 626 *ed. Henschel.*) ab atis *G* Posunt (s) *K* Possumus *A* seperata *G* 13 interpones *D* puplica *G* poblica *K* 14 imitationem] *g* emitationem *GK* EITIC greci encletice (*sic*) *add. h* EITIC *in litura r* ⊦ITIC *G* ei.TIC. EITIC. *A* E·TIC *D* EITIC *K* 15 encleticae *D* encletice *A* 16 tamen ea *om. A* ea tamen *K* composita esse *K* quam a neutro] *h* quam neutro *BAHK* 17 nonn,eclisis (n e) *Rr* enclissis *A* enclessis *K* 18 ut *om. H.* 19 De casu incipit *GK* EXPLICAT DE FIGVRIS INCIPIT DE CASIBVS *D* *inscr. om. A. hic a vocc.* Casus est *iterum inc. L*

fit maxime in fine. nominativus tamen sive rectus, velut quibusdam placet, quod a generali nomine in specialia cadit, casus appellatur - ut stilum quoque manu cadentem rectum cecidisse possumus dicere [vel abusive dicitur casus, quod ex ipso nascuntur omnes alii] -, vel quod cadens a sua terminatione in alias facit obliquos casus.

Quaeritur autem, quid sit inter indeclinabilia et aptota et monoptota? et sciendum est, quod et aptota et monoptota indeclinabilia sunt: similiter
69 enim non variant terminationem, sed immobilem eam servant. aptota tamen sunt proprie dicenda, quae nominativum solum habent, qui plerumque et vocativus invenitur et non accipitur etiam pro obliquis, ut 'Iuppiter', 'Diespiter': non enim licet eodem pro genetivo vel alio casu obliquo uti (ideo dixi 'proprie' dicenda, quia inveniuntur antiqui aptota pro monoptotis et monoptota pro aptotis posuisse). neutrum vero si sit aptotum, necessario etiam pro accusativo et vocativo accipitur eius nominativus, quod
70 generale est omnium neutrorum, ut 'fas', 'nefas', 'ir', 'pus'. monoptota vero sunt, quae pro omni casu una eademque terminatione funguntur, qualia sunt nomina literarum et numerorum a 'quattuor' usque ad 'centum'. 'mille' quoque indeclinabile est et siqua inveniuntur similia, ut 'hoc a huius a', 'hoc alpha huius alpha', 'hi quattuor horum quattuor', 'hoc gummi huius gummi', 'hic' et 'haec' et 'hoc nequam huius nequam', 'hi quot, tot, horum quot, tot' et barbara plurima, sed ma||gis omnia, nisi si ea ad Graecam vel nostram regulam flectamus vel ab auctoribus flexa inveniamus. in his ergo, id est carentibus declinatione finalium syllabarum, quae monoptota nominamus, videntur casus fieri non vocis, sed
71 significationis dumtaxat. itaque articulis diversis utimur pro varietate significationis nec non etiam structurae rationem servamus, sicut in declinabilibus per [sex] casus.

1 maxim*e (a?) *K* Nominatius *R* velut] *Br* uelud *R* uel ut *rell.* 2 a *add. h* generali] *r* genelari *R* stil*um (l) *L* 4 alii casus uel *AD et* casus *sup. lin. add. K* 5 faciat *B* oblicos *H* 6 sit intdeclinablia (i *sup.*) *B* inter *add. h* aptotota *L* 7 sciendum est] *h* sciendum *DHGLK* quod aptota *BAHGLKr* 8 seruant eam *K* 9 sunt proprie *ex* proprie sunt *mut. K* proprie] *r* propriae *RA* solum nominatiuum *H* habeant *K* *post* habent: ut hic iuppiter *add. D* et per hoc intelligitur quod noms non est casus ut hic iuppiter *A* 10 inueniuntur *Rr* iupiter *HLK* 11 liquet *G* 12 ideo — posuisse *om. BHGK add. h* Ideo autem *h* propria *A* inuenitur (un *sup.*) *Dd* 13 sint *A* 14 eius accipitur *D* 16 unaedemque *B* 18 est *om. K* inueniantur *BHGL* similia inueniantur *K* 19 *post* huius a: huic a *add. D* ut hoc alpha *K* alfa *L* alfa *L* hi] *r* hit *R* horum quantuor (t *sup.*) *Rr* 20 huius gummi *add. r* huius nequam *in mg. add. L* huius huic nequam *D* hit (et hae *sup.*) quot *Rr* hi (et hae *sup.*) quot *Kk* 21 horum (et harum *sup.*) quot *Kk* plurima] nomina *A* nisi ea *K* 22 agrecā (d *sup.*) *Bb* 24 monoptota] non aptota *A* 25 dumtaxat *ex* duxtaxat *corr. H* uariaetate *R* uaritate *K* 26 sicut declinabilibus *GLK* sicut indeclinabilia *A* 27 sex *add. r* casus seruamus.

Velut au|tem una voce diversas possunt habere significationes tam declinabilia per quosdam casus quam indeclinabilia per omnes casus, sic e contrario diversis vocibus saepe invenimus unam eandemque fieri significationem, ut 'labor' et 'labos', 'honor' et 'honos', 'huius cornus' et 'corni', 'pinus' et 'pini', 'huius quaestus' vel 'quaesti', 'ornatus' vel 'ornati', 'tumultus' vel 'tumulti', 'Achillis' vel 'Achilli', 'aulai' et 'aulae', 'a felice' vel 'felici', 'deis' et 'diis', 'sapientium' et 'sapientum', nec solum in nominibus, sed etiam in aliis partibus, ut 'amaverunt' vel 'amavere', 'amaveram' vel 'amaram', 'ei' vel 'ii', 'eis' vel 'iis', 'nimium' et 'nimis', 'satis' et 'sat'.

Est autem rectus, qui et nominativus dicitur. per ipsum enim nomi- 72
natio fit, ut 'nominetur iste Homerus, ille Virgilius'. rectus autem dicitur, quod ipse primus natura nascitur vel positione et ab eo facta flexione nascuntur obliqui casus. genetivus autem, qui et possessivus et paternus appellatur, genetivus vel quod genus per ipsum significamus, ut 'genus est Priami', vel quod generalis videtur esse hic casus genetivus, ex quo fere omnes derivationes et maxime apud Graecos solent fieri; possessivus vero, quod possessionem quoque per eum [casum] significamus, ut 'Priami regnum', unde possessiva quoque per eum casum interpretantur. quid est enim 'Priameium regnum' nisi 'Priami regnum'? paternus etiam dicitur, quod per eum casum pater demonstratur, ut 'Priami filius', unde patronymica pariter in eum resolvuntur. (quid est 'Priamides' nisi 'Priami filius'?) post hunc est dativus, quem etiam commendativum quidam nuncupave||runt, ut 'do homini illam rem' et 'commendo homini illam rem'. quarto loco est accusativus sive causativus: 'accuso hominem' et 'in causa

Velut *A* 1 Velud *D* 2 co^qu^sdam *Rr* casus *om. A* 3 eandemque] *rh* eademque *RH* 4 ^h^onos *Rr* 5 quaestus et quaesti *K* questus uel questi *RDHG* questi uel questus *A* hornatus *Rr* ornati uel ornatus tumulti uel tumultus *D* 6 achilis uel achili *GLK* et achilli *D* uel aulae *Kr* felice *b* 7 uel a felici *GLK* de*is (h) *D* deis ^uel^ diis *K* sapientum et sapientium *A* solum] non *A* 8 amaram uel amaueram *H* amaueram uel amaueram *B* 9 iis] is *A* uel nimis *BAHKr* 10 uel sat *BAHKr* 11 DE NOMINATIONE CASVVM. *DL post* dicitur: Ille uirgilius *B del. et suo l. inseruit b* 13 natura *in mg. add. L* nascitur natura *D* et habeo *R* 14 autem *om. A* qui *del. r* 15 genetiuus] *om. A* genitiuus est *K* per ipsum genus *AL* 16 quod *sup. lin. add. K* generale *G* uide*tur (n) *B* esse uidetur *DL* 17 omnes fere *B* 18 casum *om. B* 19 possessiua per *K* 20 Priameium] priamum *D et in* priameium *corr. L* priamium *in* priameium *corr. K* nisi *add. h* 21 quod] quia *D* demonstratur et ut *k* 22 pariter *sup. lin. add. R* in eum pariter *A* Quid enim est *K* . Quid est enim *BAGL* priamides priami *B* Priamides. Priami *H* 23 etiam quidam mandatiuum *A* commendativum] *d* conmendatiuum *B* mandatiuum *DGLK* quid^a^em *Rr* noncupauerunt *G* noncipauerunt *k* 24 n^i^ullam *Rr* et *om. L* homini *om. G* rem. aufero tibi eripio tibi. Quarto *B* 25 accusatiu^v^os *Hh* siue causatiuus *in mg. add. L* ut accuso *A* *post* accuso hominem: siue causatiuus *repetit D* et] ut *D*

73 hominem facio'. vocativus etiam salutatorius vocatur, ut 'o Aenea' et 'salve Aenea'; ablativus etiam comparativus, ut 'aufero ab Hectore' et 'fortior Hectore'.

Multas tamen alias quoque et diversas unusquisque casus habet significationes, sed a notioribus et frequen|tioribus acceperunt nominationem, sicut in aliis quoque multis hoc invenimus, ut 'patronymica' vocamus non quod omnia, sed quod pleraque a patribus derivantur, 'neutra' dicimus verba, non quod solum ea in hac specie inveniuntur, quae neutram habent significationem [id est nec activam nec passivam, absolute dicta], sed quod ex maxima parte, 'syllabas' nominamus, non quod omnes comprehensione literarum constant, sed quod pleraeque: sic ergo etiam casus ab aliqua notabiliore significatione sunt nominati.

In 'or' correptam masculina et feminina et neutra et communia tam

1 in ul correptam *GL* masculini*(s) *B* masculina uel communia *L* masculinum uel commune *K* 3 producta *B* pean huius peanis *BH* pean .nis *GL* 4 correpta *B* masculina latina *GL* 6 producta *B* masculina uel feminina (feminini *h*) generis *H* 7 syren *B* syren huius syrenis *H* sir*en nis (i) *L* s*renis (i?) *B* syrenis *b* 8 In in] *in litura h, alterutrum om. videtur H* producta *B* ut hic delphin *G* ut hic delfin .nis *L* hildelphin *D* 9 trachim *B* 10 producta *B* mem non *H* 11 sydon .nis *L* 12 correpta *B* graeca uel correpta uel barbara *K* masculini *sup. lin. add. r* 13 huius Caesaris — calcaris *om. G* huius caesaris hoc nectar huius nectaris hoc calcar huius calcaris hic bostar huius bostaris *in litura g* 15 producta *B* masculina *RH* 16 et *om. LK* sunt monosyllaba *B* sunt monosyllabis (uel syllaba uel ex) *Rr* nar.ris *et sic per sqq. L* 17 par hoc *H* dispar .ris *in mg. add. K* 19 correpta *B* et feminina *G* et neutra] *r* neutra *R* ut *om. GL* 21 hic et haec et hoc pauper *GK* 22 grega *D* masculina graeca *HGLK* notum (h) *Dd* 23 hoc uer *in rasura B* 24 ir correptam *D* unum neutrum eiusdem declinationis haec *B* gaddir] *k* gadir *BDHl* gradir *GLK* gaddiris] gadiris *BDHl* gradiris *GL* .ris *K* 25 hic *om. D* βαίτυλος] μ ΒΕΤΥΛΟϹ *BDH* ΒΕΤΥΛΛΟϹ *G* ΒΕΤΥΛѠϹ *R* ΒΤΥΛѠϹ *K* ΒΕΤΙΛΛΟϹ *L* (ad)abdiris *Hh* 26 husu *D* inveni] *r* inuenitur (uel) *RGK* 27 et feminina *Rr* uel et feminina *G* uel feminina *LK* et neutra] uel neutra *GL*

Graeca quam Latina: 'hic Hectŏr huius Hectoris', 'hic oratŏr huius oratoris', 'haec uxŏr huius uxoris', 'hoc aequŏr huius aequoris', 'hic' et 'haec auctŏr huius auctoris', 'hic' et 'haec' et 'hoc memŏr huius memoris'. Virgilius in IIII Aeneidos:

tum, si quod non aequo foedere amantes
Curae numen habet iustumque memorque, precatur.

33 (inveniuntur tamen et haec et omnia paene communia masculini et feminini, quod, etiam si non faciant ex se neutra, saepe tamen neutris adiunguntur figurate - ut Virgilius in X:

Italiam petiit fatis auctoribus; esto,

et in bucolico:

Pauperis et tuguri congestum cespite culmen,

et in VI:

Curibus parvis et paupere regno -,

quamvis pluralis nominativus eorum, hoc est neutrorum ex supra dictis nominibus, in usu frequenti non sit ex eis, quomodo neque ex aliis communibus duum generum. nam si sint communia trium generum, sine dubio masculini quidem et feminini in 'es', neutri vero in a proferunt nominativum pluralem, ut 'hi' et 'hae sapientes' et 'haec sapientia', ergo 'hic' et 'haec' et 'hoc sapiens'; 'hi' et 'hae pares' et 'haec paria', 'hic' et 'haec' et 'hoc par'; 'hi' et 'hae ancipites' et 'haec ancipitia', | 'hic' et 'haec' et 'hoc anceps'; 'hi' et 'hae felices' et 'haec felicia', 'hic' et 'haec' et 'hoc felix'; 'hi' et 'hae veteres' et 'haec vetera', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetus'. quae igitur in plurali numero a ter||minationem non accipiunt, quae propria est neutrorum, manifestum est, trium generum non esse communia, sed masculini et feminini, figurate tamen per obliquos plerumque casus,

1 haector *RDH* hechtor *G* haectoris *RDH* .ris *G* horatoris *Rr* 2 hoc aequor] *d* ho^c aequor *R* haec aequor *D* haec et hoc auctor *L* 4 *Verg. Aen.* IIII 520 *sq.* (*deficit Rom.*) in IIII eneidos *Rr* in IIII aeneidos libro *BH* in IIII eneidos *Dd* aenidos ·IIII· *G* aeneidis IIII. *L* in IIII aeneidis *K* 5 quod *Med.* equo *G* federe *RL* amantis *Med. Pal. Fr.* 6 praecatur *RB* 7 inueniuntur *in litura g* et *om. H* et haec] *om. GLK* haec *l* feminini generis *GL* 8 quod] uel quis quod *Kk* quae *RL* etiam si] etiam *GLK* uel si *g* faciunt *DHGLKr* adiunguntur uel gi *G* 9 ut *om. HGL* *Verg. Aen.* X 67 10 petit *Med.* petit *Pal. Rom.* aesto *Rr* 11 *Verg. ecl.* 1, 69 *cf.* § 13 bcolico *Kk* bucolicis *L?* bocolicis *G?* 12 tuguri* (i) *L* tugorii *G* tugori *K* 12 conestum *G* coniestum *B* cispite *L* 13 *Verg. Aen.* VI 812 14 Curribus *Rr* curibusq. *Rom.* paupere terra *Vergilius* 15 ho^c est *Rr* ex *in litura in H* 16 ex eis *eras. in H* 17 generum trium *GL* 19 ergo et hic et *H* 22 haec felicia] hae felicia *D* 24 accipiunt] habent *GLK* propriae *D* 25 nutrorum *H* 26 casus plerumque *K* casus plerunque *GL*

raro autem per nominativum coniungi etiam neutris, ut Virgilius in VIIII:

Nulla dies umquam memori vos eximet aevo,

et Iuvenalis in IV saturarum:

titulique cupido
Haesuri saxis cinerum custodibus,

quamvis 'hoc custos' raro nisi figurate invenias et 'haec custoda' pluraliter nemo dicat. sic ergo neque 'haec memora' vel 'auctora' vel 'paupera' neutraliter puto facile in usu posse inveniri, sed, sicut supra dictum est, figurate sunt prolata et haec et alia plurima huiuscemodi apud auctores. inveniuntur tamen quaedam, quae obliquos casus communes possi- 34
dent, quamvis nominativus non sit communis, ut 'plus' cum sit neutri nominativus dumtaxat, genetivus eius communis est trium generum nec non et dativus et ablativus, unde pluralia quoque tam in 'es' quam in a invenimus: 'hi' et 'hae plures' et 'haec plura' vel 'pluria', unde compositum 'compluria'. Terentius in Phormione:

Multa advenienti †nova, ut fit, compluria.

ablativus quoque tam in e quam in i terminans invenitur, utpote communis trium generum, et accusativus pluralis tam in 'es' quam in 'is'. Virgilius in I georgicon:

Seu pluris calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta.

Horatius in I epistularum:

Tractus uter pluris lepores, uter educet apros.)

In 'ur' correptam Latina masculina et communia et neutra: 'hic turtŭr huius turturis', 'hic' et 'haec augŭr auguris' - Horatius in III carminum:

1 coniugi *RD* coniungui *G* *Verg. Aen.* VIIII 447 3 Nullo *GL* Nulla dies Nulla dies *K* 4 *Iuv. sat.* IIII 10, 143 *sq.* IV *Krehlius t.* II *p.* 521 VI *libri* satirarum *d* satyrarum *rh* satura tum *G* saturatum *K* 5 tituli q̄ *GL* tutulique *K* cupudo *H* 6 haesauri *GL* thessauri *K* 7 inuenies *DL* custodia *GLKh* 8 nequae *R* 9 neatraliter *H* (v *sup.*) inuenire *Dd* (i *sup.*) supradictum figurate *L* 10 alia *Dd* (et *sup.*) huiuscemodi plurima *GL* huiusmodi *DK* 11 causus *B* possedent *G* (i *sup.*) possedent *K* 12 non fit *G* cum sit *om. GLK* nominatiuus neutri *DGLK* 15 plures] *d* plurales *D* compositum] *h* composit* *H* 16 *Ter. Phorm.* IIII 3, 6 formione *GL* 17 aduenienti* (a) *B* aduenienti ut fit noua hic *Terentius et ipse Priscianus infra* § 74 ut sit *L* (n *sup.*) fit nunc cōpluria *D* 18 ablatius *R* 20 *Verg. georg.* I 89 *sq. cf.* § 86 I] *g* II *G rell.* 21 plures *GL Pal. num sic h. etiam l. Priscianus, ut singula utriusque terminationis exempla proponeret?* calor] ador *H* 23 orã *K* *Hor. epp.* I 15, 22 II. *H* aepistolarum *K* 24 tractus] *b* tracus *GLK* tra*** (cus?) *B* tractatus *k* uter] at̄ *GL* autem *K* plures *rd cum parte codd. Horat.* utere ducet *GL* 25 correpta *B* 26 huius auguris *H* huius .ris *K* oratius *K* ortius *G* *Hor. carm.* III 17, 12 *sq.* IIII. *B* II. *K* U. *L*

nisi fallit augur
Annosa cornix –,

'hoc Tibŭr huius Tiburis'.

In 'ur' productam unum invenitur commu|ne duum generum: 'hic' et 'haec fūr huius furis'.

VIII 35 In 'as' correptam Graeca masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: 'hic Arcăs' [proprium] 'huius Arcadis', 'haec Pallăs huius Palladis', 'hoc Cerăs' [proprium loci] 'huius Ceratis', 'hic' et 'haec Arcăs' [gentile] 'huius Arcadis'.

In 'as' productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis, ut 'hic A||tlās huius Atlantis', 'hic Maecenās huius Maecenatis', 'haec civitās huius civitatis', 'hoc vās huius vasis', 'hic' et 'haec Capenās huius Capenatis'.

In 'es' correptam Latina masculina vel feminina vel communia duum vel trium generum, ut 'hic Coclĕs huius Coclitis', 'haec segĕs huius segetis', 'hic' et 'haec milĕs huius militis - Ovidius in II metamorphoseon:

Miles erat Phoebes

de Callistone dicit –, 'hic' et 'haec' et 'hoc terĕs' - Virgilius in VII:

sed haec tereti mos est aptare flagello –,

'hebĕs hebetis', 'sospĕs sospitis' - Iuvenalis in V:

nec umquam
Depositum tibi sospes erit –,

'hic' et 'haec' et 'hoc hospĕs huius hospitis'. Lucanus in V:

Hospes in externis audivit curia tectis,

1 fallat *B* agur (u *supra*) *D* 2 annosa] *h* annos a *H* 3 hoc] *b* hic *B* titur *L* tituris *L* 4 producta *B* duorum *GL* uel duum *g* 6 correpta *B* 7 ut hic arcas *GLK* proprium *om. H* Arcadis] *d* archadis *RDH* 8 caeras *GLK* '*Plures Codices, nec ii spernendi, omittunt* proprium loci' *Krehlius* Ceratis] *scripsi* ceradis *RBDH* caeradis *GLK* hi (c *supra*) *H* 9 huius arcadis gentile *L* archadis *Dd* 10 producta *B* graeca masculina et *GLK* masculinia *K* 11 adlas (t *supra*) *Dd* athlas *BHLK* athlantis huius *H* adlantis (t *supra*) *Dd* athlantis *BL* 12 hoc uas — Capenatis *add. g* uassis *K* 14 correpta *B* masculina latina *GLK* 15 Cocles] *r* codes *R* 16 *Ovid. metamorph.* II 415 18 erant *R* phebes (o *supra*) *K* 19 calistone *DHGLK* teres huius teris (et *supra*) *Dd* *Verg. Aen.* VII 731 VII *ex* IIII *corr. B* VI *H* 20 tereti] *sic etiam lib.* V § 25 *et infra* § 65 teriti *LK* lento *Vergilius, apud quem* teretes *extat in versu praecedente:* teretes sunt aclydes illis | Tela. tereti *v.* 731 *etiam duo ex Burmanni libris Vergilianis, ex Prisciano scilicet interpolati* 21 *Iuv. sat.* V 13, 177 *sq.* V] *H et sic libri plerique lib.* V § 25, *omnes infra* § 65; *h. l.* III. *RBD* IIII. *GLK* 22 nec umquam] *cf. lib.* V § 25 23 tibi] t (*i. e.* uel *pro* t, i *supra*) *G* 24 et hoc *del. dk* hospes] *b* ***pes *B* ospes *ubique h. l. GK* ospes (h huius .tis *supra*) *L* huius *om. H* *Luc. Phars.* V 11 *cf. lib.* V § 24

'haec hospes curia'. (invenitur tamen et 'haec hospita': Virgilius in Aeneidos III:

bellum, o terra hospita, portas.

similiter 'haec sospes' et 'sospita' prolatum est ab auctoribus. Ovidius in II fastorum:

Sospita delubris dicitur aucta novis.

neutra quoque supra dictorum pluralia tradit usus. Statius in IIII 36
Thebaidos:

Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina.)

In 'es' productam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Chremēs huius Chremetis' et 'Chremis', 'hic verrēs huius verris', 'haec caedēs huius caedis', 'hic' et 'haec herēs huius heredis'.

In 'is' correptam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Parĭs huius Paridis' vel 'Paris', 'hic collĭs huius collis', 'haec Thetĭs huius Thetidis', 'haec cuspĭs huius cuspidis', | 'hic' et 'haec utilĭs huius utilis'.

In 'is' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel communia: 'hic delphīs' vel 'delphin huius delphinis', 'hic Arīs' [proprium] huius Arinis' - Cicero pro Scauro: Arinis uxorem -, 'haec Soterīs huius Soterinis' - Plautus in vidularia:

Immo id, quod haec nostra est patria et quod hic meus
Pater, illic autem Soterinis est pater -,

'hic Dīs' [proprium, id est Πλούτων] 'huius Ditis' et 'hic' et 'haec dīs'

1 hospita] *sic h. l. etiam K* *Verg. Aen.* III 539 in *om. K* 2 aenidos *G* aeidos *K* III aeneidos *Hd* IIII aeneidos *B* IIII. *RDK* II. *L* 4 *Ovid. fast.* II 56 6 dicitur] *ex* ducitur *corr. H* dicitur (uel ducitur) *Ll* 7 *Stat. Theb.* IIII 842 *sq.* 9 accipiens *D* fessique *GLK* 11 generis (uel) quam *G* feminini uel neutri uel *K* 12 uel communis — Verris *om. D* uel communis *add. d* chremes *K* cremes *H* huius *om. L* cremetis *H* et Chremis] *om. R add. r* et chremis *K* et huius cremetis *H* 13 heris (c) *Rr* haeres *G* huius *add. b* 14 haeredis *G* 15 his *Rr* correpta *B* masculi *R* 16 communis ut hic *B* 17 haec] hae *R* Thetis] *d* tetis (h) *DG* tetis *K* thitis *L* tetidis *R* thethidis *d* thetis *D* tetis *G* tithis *L* tetis (h) *K* thetis uel theditis *B* cuspidis] *d* cuspitis *DH* 19 productam] *r* producta *RB* et masculina *B* 20 ut hic *L* delfis uel delfin huius delfinis *GL* 21 *Cic. pro Scauro cf. lib.* VI § 28 cau*ro (s) *Dd* stauro (c) *Kk* 22 *Plaut. vidul. fr.* 10 *p.* 442 *Both.* uidullaria *Rr* 26 hic Dis] *d* his dis *ni f. D* *** id est (est) *H* ΠΛΑΟΥΤΟΝ *D* plouton *B* pluton *RH* plauton *Lb* ΜΙΑΟCΤΟΝ (ΠΛΑΥ) *Kk* ΜΑΙΑΤΟΝ *G* ditis hic *HG* et haec et hoc dis *Dd* et haec di**(ti)s (huius ditis) haec uis *L*

[appellativum] 'huius ditis', 'haec vīs huius vis', 'hic' et 'haec Samnīs huius Samnitis'.

37 In 'os' correptam unum Latinum neutrum 'hoc ŏs || huius ossis', quod etiam 'hoc ossum' antiqui protulerunt. Gellius libro XXX: calvariaeque eius ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque.

In 'os' productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: 'hic herōs huius herois', 'hic nepōs huius nepotis', 'haec dōs huius dotis', 'hoc ōs huius oris', 'hic' et 'haec compōs huius compotis'.

In 'us' correptam Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis duum vel trium generum: 'hic lepŭs huius leporis', 'haec Venŭs huius Veneris', 'hoc tempŭs huius temporis', 'hic' et 'haec Ligŭs huius Liguris', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetŭs huius veteris'.

In 'us' productam Graeca vel Latina masculina vel feminina vel communia vel neutra, ut 'hic Melampūs huius Melampodis', 'hic mūs huius muris', 'haec virtūs huius virtutis', 'hic' et 'haec sūs huius suis', 'hoc tūs huius turis'.

38 In 'ys' Graeca masculina vel feminina: 'hic amphibrachys huius amphibrachyis', 'hic Capys huius Capyis', 'haec Erinys huius Erinyis'.

In 'aes' Latinum unum masculinum 'hic praes huius praedis' et unum neutrum 'hoc aes huius aeris', cuius plurales obliqui in raro sunt usu, 'aera ae|rum aeribus'. Cato in oratione, qua in senatu suasit, ut

1 appellatiuum *om. G* apellatiuum *D* distis *K* haec vis] *b* h* uis *B* samnis samnitis *L* 3 correpta *B* hoc os *d* haec os *D* huius *om. K* 4 A Gellius *h* Gellius lib. XXX] *i. e. Cn. Gellii annalium libro* XXX. *libro* XXXIII *haec assignat Charisius p.* 40. 112 *P. indeque Krausius fr. hist. R. p.* 205, *Rothius fr.* 20 *p.* 308 lib^o *r* liber *R* libri *Dd* in libro *H* caluiariaque (ae) *Dd* 5 ipsum ipsum *K* expurgauerunt *H* in*aurauerunt*que (h) *K* 6 oc *K* graecam *Rr* masculini et feminini *L* 7 haeros *L* *aeros (h) *G* aeros *K* herohis *R* haerois *L* *aerois (h) *G* aerois *K* haero*is (d) *D* hic (ae) nepos *Rr* 10 correpta *B* communis generis ·i· duum *K* 11 haec uenus huius ueneris (et hoc uetus ueteris) *Rr* 13 ligoris *LK* haec (et hoc) uetus *K* 14 producta *B* uel latina uel masculina *GL* uel latina uel masculina *K* uel neutra uel communia *L* 15 ut *postea insertum et ad mg. add. in L* 16 *post* muris: haec opuns nomen urbis huius opuntis *add. B* haec orons huius orontis (uel opus opuntis) *D del. d* hic odipus huius odipodis *GL et ex* hic ophus huius ophudis *corr. K* sus suis *G* 18 ys] is *D* ut hic *K* amphibrachis *RB* amphybrachis *D* amphybrachys *G* amphibrach*is (y) *Rr* amphybrachyis *D* amphibracheys *B* amphybrachys *G* amphibracheis *H* amphibrachis *L* .yis *K* 19 h*c (ae) *Rr* haec *BH* capis *DH* huius *om. D* capys *R* capiys *H* capeys *B* capydis *GL* .^y is *K* haec *add. d* Erinys] *b* herinys *D* herynis *RG* herynys *BLKg* herynys *H* -erinys *H* eriniys *B* herynus *R* herynis *LK* herynys *G* haerinyis *D* 20 es *B* ut hic praes *DGL* predis *B* 21 plurales] *h* pluralium *RBDH* usu] *r* huius *R* 22 aera] *ex corr. d* Cato in oratione ... ut plura aera equestria fierent: *Meyerus l. l. p.* 85 *sq. cf. Brillenburgium de M. Porcio Cat. p.* 71 quia *D* quia *h* suassit *K*

plura aera equestria fierent: nunc ergo arbitror oportere restitui, quin minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium. in eodem: de aeribus equestribus de duobus milibus actum.

In 'aus' Latina duo feminina: 'haec laus huius laudis', 'haec fraus huius fraudis'.

In 'ans' Latina masculina vel communia duum vel omnis: 'hic quadrans huius quadrantis', 'dodrans dodrantis', 'hic' et 'haec infans' [τὸ νήπιον] 'huius infantis', 'hic' et 'haec' et 'hoc infans' [ὁ ἄλαλος, huius] 'infantis' et 'amans', quod nomen est, cum pro amatore accipitur, 'amantis'. invenitur etiam unum femininum, 'haec glans huius glandis'. sic enim Lucretius, ut supra dictum est, profert et Ovidius in XIIII metamorphoseon:

ut lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere caelo.

In 'ens' Latina masculina vel feminina vel communia duum vel trium 39
ge||nerum: 'hic Vfens huius Vfentis', 'haec mens huius mentis', 'hic' et 'haec parens huius parentis', 'hic' et 'haec' et 'hoc prudens huius prudentis'.

In 'ons' Latina masculina vel feminina vel omnis: 'hic mons huius montis', 'haec frons huius frontis', 'hic' et 'haec' et 'hoc insons huius insontis', quod solum teste Probo o ante 'ns' habet correptam, et eius simplex 'sons sontis'.

In 'uns' similiter Latina masculina: 'hic Arruns huius Arruntis'.

In 'yns' unum Graecum invenitur femininum: 'haec Tiryns huius Tirynthis'.

1 *equestria (s?) *LK* ergo *om. GLK* oportere] *b* oporter* *B* 2 institui *Lipsius de militia Romana lib.* I *dial.* V *p.* 33 *ed. Antverp. a.* 1598, *quem tacite sequitur I. F. Gronovius de pecunia vet.* III 2 *p.* 275 *ed. Amst.* 1656 quin minus] *scripsi* qui minus *H* quo minus *rell.* ne quo minus *Lipsius* quo ne minus *C. T. Zumptius üb. d. röm. Ritter etc. p.* 13 milibus actum ducenti[s] *Dd* 3 aequestrium *RDHG* *Cato* in eodem (*sc. libro*): *Meyerus l. l.* eadem *Krehlius* '*pertinet fortasse* de aeribus equestribus *ad titulum orationis*' *Krehlius* aequestribus *RD* equestrioribus *R* 4 auctum *R* 5 feminina duo *H* 7 ans] *d* as *D* 8 huius dodrantis *GL* hic et haec et hoc infans ΟΛΛΤΟΝΗΠΙΟΝΛΛΟC huius infantis *B* τὸ νήπιον] *om. H* ΟΛΛ ΤΟΝ ΝΗΠΙΟΝ Λ&ΛΟC *Rr* huius infantis ΤΟΝΗΠΙΟΝ *GLK* 9 hic et haec — infantis *in mg. add. K* ὁ ἄλαλος] *hic om. RBH* ΟΛΛΛΛΛΟC *G* huius *om. DGLK* 10 pro *add. d* 12 Lucretius] *v. lib.* VI § 96 ut] et *r* *Ovid. metam.* XIIII 825 *sq. cf. lib.* VI § 96 14 blumbea *K* 15 misa *K* missa solet missa solet *L* solent *Hh* gl[ae]ans ut *Rr* 17 hic mens *Rr* 20 omunis *K* omnis generis *D* omnis ut *H* 22 insonthis *D* *Prob. de cath. nom. p.* 1473 *P.* 130 *L. cf. p.* 1444 *P.* 104 *L.* correptum *L* 23 et huius *K* 24 masculina uel feminina *L* aruus *GLK* aruntis *GLK* 25 h[ae]yc *Rr* tyryns *RGLK* tyrins *BD* tyrrins *H* 26 tyrynthis *R* tyryntis *BGLK* tiryntis *D* tyrryntis *H*

In 'ars' Latina masculina vel feminina: 'hic Mars huius Martis', 'haec ars huius artis'.

In 'ers' Latina omnis communia generis: 'hic' et 'haec' et 'hoc iners huius inertis'.

In 'ors' Latina masculina vel feminina vel omnis: 'hic Mavors huius Mavortis', 'haec cohors huius cohortis', 'haec sors huius sortis' - cuius nominativum 'haec | sortis' protulit Plautus in Casina:

Vide ne qua illic insit alia sortis sub aqua -,

'hic' et 'haec' et 'hoc concors huius concordis'.

In 'urs' Latina communia trium generum: 'hic' et 'haec' et 'hoc Tiburs huius Tiburtis' [gentile].

In 'uls' unum femininum: 'haec puls huius pultis'.

In 'ems' unum femininum: 'haec hiems huius hiemis'.

In 'abs' Graeca et Latina masculina et feminina: 'hic Arabs huius Arabis', 'haec trabs huius trabis'. vetustissimi tamen etiam 'trabes' pro 'trabs' proferebant. Ennius in Medea:

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa accedisset abiegna in terram trabes.

In 'ebs' correptam Latina omnis communia: 'hic' et 'haec' et 'hoc caelĕbs huius caelibis'.

In 'ebs' productam unum femininum Latinum: 'haec plēbs huius plebis'; dicitur tamen et 'haec plebes huius plebei'. Lucanus in III:

nescit plebes ieiuna timere.

In 'obs' feminina Latina: 'haec scobs huius scobis' et 'scrobs hu-

1 martys *D* *post* Martis: haec mars huius martis *add. R del. r* 3 latina *ex* latinum *corr. K* omnia communis *B* communis *RH* communi *rh* commune *G* 5 masculina [uel] feminina *K* omnis [generis] hic mauors *D* 6 coors *RGLK* coortis *RGK* hortis *L* haec sors] exortis *D* haec sortis *d* haec sors huius sortis haec sors huius sortis *K* 7 *Plaut. Cas.* II 6, 28 cassina *K* 8 ne qua] *Kr cum Plauto* neque *RDH* ne quae *BGL* aliqua sortis *B* sortis *etiam Plaut. Vet. m. pr.* sors *m. alt.* 9 concordis] *b* concondis *B* 12 uls *in mg. add. h* puls *ex* plus *corr. B* 13 emps *Rr* haec *in litura h* chiemps [hi] gemis *Rr* 14 arbs *H* graeca masculina latina (et *L et infra lin. K*) feminina *GLK* et masculina et *BH* ara[b]ps *Dd* a[a]rbs *Hh* 15 etiam *om. HK* pro trabis *B* 16 *Enn. Med. fr.* 1 *v.* 1 *sq. p.* 52 *Both. Med. exulis fr.* I *v.* 1 *sq. p.* 36 *Ribb.*, *p.* 124 *Vahl.*, *apud quos v. l. rell. h. l. testium conferenda est* 17 memore *RB* 18 cessa *GL* cesae *Prisc. de metr. Ter.* § 14 *cod. regin.* 1709 *saec.* X *teste H. Keilio* a[c]cedisset *K* accidisset *r* cecidisset *h* *Coloniensis* cecidissent *Prisc. l. l. cum aliis testibus* abiegna in terram] in terram abiegna (abieg[n]ma *Rr* abi*egna *K* abiegena *G*) *libri h. l.* abiegnae (abiegne *cod. reg.*) ad terram *Prisc. l. l. et alii* abiegna ad terram *alii* 19 ebs] *r* eps *R* correpta *B* cummunia *K* 20 celebis *K* 21 ebs] *r* eps *R* hae[c] *R* 22 plebi[ei] *Rr* *Luc. Phars.* III 58 IIII. *L* 23 plebis ieiun*a (i)[e] *Kk* 24 latina feminina *GLK* et haec scrobs *g* scrobs scrobis *L*

p. 751. 52 P. p. 318. 19 K.

ius scrobis' (sic alii; sed Probus nominativum protulit similem genetivo), quod Plautus masculino genere profert in Amphitrione:

Ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies.

In 'ybs' unum masculinum: 'hic chalybs huius chalybis'.

In 'urbs' unum femininum: 'haec urbs huius urbis'.

In 'aps' unum femi||ninum: 'haec daps huius dapis'. sed nomina- 41
tivus in usu frequenti non est, quem Livius Andronicus in I Odissiae ponit:

Quae haec daps est, qui festus dies?

Horatius accusativum protulit in | II carminum:

Ergo obligatam redde Iovi dapem.

idem genetivum in IIII:

Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnae.

idem in epodo:

mutatae dapis
Inemori spectaculo.

In 'eps' masculina et omnis: 'hic manceps huius mancipis', 'hic' et 'haec' et 'hoc particeps huius participis'. 'adeps' vel 'adipes' in utroque genere invenitur. Varro in II rerum rusticarum: adipe suilla.

In 'ops' Latinum femininum unum: 'haec Ops huius Opis' [nomen matris deum et copia] (eius quoque nominativus in usu frequenti non est, sed illius, quod ex eo componitur, commune omnis, 'hic' et 'haec' et 'hoc inops huius inopis'. vetustissimi tamen etiam 'hic' et 'haec' et 'hoc ops' et 'cops' pro 'opulentus' et 'copiosus' proferebant. Accius de Hercule dicens:

1 *Probus de cath. nom. p.* 1462 *P.* 120 *L.* similem protulit *BH* 2 plaustus *D* amphytrione *D* amphithrione *L* *Plaut. Amphitr. fr.* 11 *p.* 422 *Both. cf. lib.*
i uel effodito
V § 41 3 scrobes] *add. r* scrobes *G* scrobis *LK* effodi *Dd* tu plus] *scripsi*
o
duplus *Dd* plus *RBHGLK* 'in aliis duplos' *m. rec. in R* indiges *Rr* 4 ybs] *r* yps *R* ibs *BHGLK* chalybs] *π* calybs *rd* calyps *RD* calips *G* calibs
r
BHLKg chalybis] *π* calibis *libri* 5 ubs *H* 6 aps] *r* abs *RD* 7 Livius] *r*
o
libius *RDHGLK* andranicus *K* odissia *H* odissei *K* odisei *G* odisiei *L* *Liv. Andr. Od.* 1 *v. Hermannum elem. d. m. p.* 619 *coll. Hom. Od.* I 225 10 oratius *Gk* aratus *LK* *Hor. carm.* II 7, 17 in ·II· carminum accusatiuum protulit *B* in *om. H* carmī *spscr. in K* 12 genetivum] *rd* genetiuo *RD* *Hor. carm.* IIII 4, 11 *sq.* III. *GL* 13 in se luctantes *L* 15 *Hor. epod.* 5, 33 *sq.* eppodo *H* 16 motate *LK* motatae *l* dapes *K* 17 inemori] *α Horatius* in memori *B* memori *rell.* 18 ebs *BD* masculini *HGLK* ut hic manceps *K* 20 genenere *B* *Varro in* II *rer. rust. v. lib.* V § 41 adipes illa *libri* 21 ops] *d* obs *BD* feminum *H* unum *om. BD add. d* 22 copia ** eius *L* frequenti in usu *G* 23 hic haec et hoc inops *R* hic et haec inops *B* 24 ta-
uel cops
men *om. H* 25 ops] *r* obs *R* et cops] et cors *G* et corps et cops *D* et corps
s uel r
Kk opulentur *Rr* *post* opulentus: et corpulentus *add. RBDGK* et co*pulentus (*in litura* n *l*) *L* actius *H* *Att. fragm. inc.* 31 *p.* 253 *Both.* XVI *p.* 190 *Ribb.* 26 de bercule *L* de bertule *G*

quorum genitor fertur esse ops gentibus,

42 pro 'opem ferens et auxilium gentibus'. sic Caper. potest tamen etiam feminino genere hic intellegi figurate coniunctum masculino, ut si dixisset 'quorum genitor auxilium fuit gentibus'. tamen nominativo eius usus est Plautus in cistellaria:

Itaque me Saturnus eius patruus. - Et Castor pater! -
Itaque me Ops opulenta illius avia. - Immo mater quidem!)

et Graeca: 'hic Pelops huius Pelopis', 'hydrops hydropis', 'merops meropis'.

In 'yps' Graeca: 'Cinyps Cinypis'.

In 'irps' Latinum unum: 'hic' et 'haec stirps huius stirpis'.

In 'ax' correptam Latina et Graeca, ut 'haec făx huius facis', 'hic abăx| huius abacis', quod tamen et 'hic abacus huius abaci' frequens invenitur.

In 'ax' productam Graeca et Latina sunt masculina vel feminina vel omnis, ut 'hic Phaeāx huius Phaeacis', 'haec pāx huius pacis', 'hic' et 'haec' et 'hoc audāx huius audacis'.

In 'ex' correptam Graeca et Latina masculina et feminina et communia trium generum: 'hic Lelĕx huius Lelegis', 'hic grĕx huius gregis', 'haec ilĕx huius ilicis', 'hic' et 'haec' et 'hoc artifĕx huius artificis'.

43 In 'ex' productam Latina masculina vel femini||na sunt vel communia trium generum: 'hic rēx huius regis', 'haec lēx huius legis', 'hic' et 'haec' et 'hoc exlēx huius exlegis'.

In 'ix' correptam Latina masculina vel feminina: 'hic calĭx huius calicis', 'haec pĭx huius picis', 'haec nĭx huius nivis'.

In 'ix' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel communia trium generum: 'hic Phoenīx huius Phoenicis', 'haec cornīx huius cornicis', 'hic' et 'haec' et 'hoc felīx huius felicis'. oportet autem scire, quod Graeci i et y ante x brevem esse volunt, etiam si in obliquis produ-

1 esse fertur *K* obs *R* 2 auxilium sibi gentibus *H* Caper] *de dub. gen. secundum Osannum de Capro p.* 12 etiam *om. G* 3 hic *Rr* hoc *H* dixiset *R* 4 inusus *K* 5 plaustus *Dd* *Plaut. cistell.* II 1, 37 (42) *sq.* 6 patruus eius *Plautus* et castor *libri Prisc. cum Vet. Plauti*; *leg.* ecastor pater] *r* patrem *R* 7 mops *Rr* imo *K* 9 Pelops] *b* pelo*s *B* 11 ips *H* graeca *spscr. K* cynips *RH* cynyps *BDGL* cynipis *H* cynipys *B* cynypis *L* cinyphys *R* cyniphys *D* 12 strips *R* stirpis] *r* stripis *R* 13 correpta *B* ut *om. H spscr. K* 14 tamen hic *D* 15 producta *B* 16 ut *om. BD* hifeax *in* hic pheax *corr. L* Phaeax] *r* pheax *DHGK* faeax *R* feax *B* pheacis *BDHGLKr* feacis *R* 18 correpta *B* uel feminina *L* 19 hic Lelex] *h* haec lelex *RHGLK* lelex lelegis *H* hic grex huius grecis haec lelex huius lelegis *B* 21 *post* In ex pro *unum fol. excidit in B cf.* § 46 uel masculina uel *L* sunt et communia *GLK* 22 "hic et haec et hoc exlex .gis" haec lex .gis *Kk* 23 exlex] lex *R* 25 hic pix .cis *G* 26 graeca latina *GLK* 27 penix *R* phenix *GL* phoenisx *H* huius *om. H* hius *R* phenicis *GL* haec cornix *ex* hic cornix *corr. K* 28 autem] tamen *HK* 29 et *om. K* y] *l*, *add. k* e *G et in litura ni f. L*

catur, ut '*Φοῖνῖξ Φοίνῑκος*', '*βόμβῠξ βόμβῡκος*', a vero secundum genetivum etiam in nominativo produci vel corripi dicunt, ut '*κόλᾰξ κόλᾰκος*' corripitur in nominativo, quoniam et in genetivo corripitur, '*Φαίᾱξ*' vero '*Φαιᾱκος*' in utroque producitur. Latini tamen omnes vocales bitempores, id est *διχρόνους*, habentes, ad genetivum respicientes dicunt produci vel corripi vocales ante x positas in nominativo. inveniuntur igitur in 'ix' productam Latina, ut ostendi, feminina vel omnis: 'haec nutrīx huius nutrīcis', 'hic' et 'haec' et 'hoc pernīx huius pernīcis'.

In 'ox' correptam femininum: 'nŏx noctis', et ex hoc compositum 44
commune: 'hic' et 'haec' et 'hoc pernŏx pernoctis'. Iuvenalis:

si luditur alea pernox.

In 'ox' productam femininum vel omnis: 'haec vōx huius vocis', 'hic' et 'haec' et 'hoc velōx huius velocis', 'atrōx atrocis'.

In 'ux' correptam masculina vel feminina: 'hic Volŭx huius Volucis', 'haec | nŭx huius nucis'.

In 'ux' productam masculinum: 'hic Pollūx huius Pollucis', femininum: 'haec lūx huius lucis'.

In 'yx' Graeca tam masculina quam feminina: 'hic sandyx huius sandycis', 'haec Styx huius Stygis'.

In 'aex' femininum: 'haec faex huius faecis'.

In 'aux' unum femininum: 'haec faux huius faucis'.

In 'alx' unum femininum: 'haec falx huius falcis'.

In 'anx' unum: 'haec lanx huius lancis'.

1 *Φοῖνιξ Φοίνικος*] μ phoenix phoenicos *RDK* phenix phenicos *GL* phoenix phoenichos *H* *βόμβυξ βόμβυκος*] μ bombix bombicos *RDGLK* ΒΟΜΕΥξ. ΒΟΜΕΥ-
K O O
ΚΟC *in lacuna h* 2 ut ΚΟΛΑξ. ΚΟΛΑΚΟC *in lacuna h* ΚѠΛΑξ ΚѠΛΑ*ΟC *Rr* ΚΛΑξ ΚΛΑ-ΚΟC *K* colax colacos *L* 3 corripi**tur (un) *R* corripiunt *K* corripiunt nomina-
at corripitur
tiuo *GL* et *om. H* corripitur *om. DH* producitur *Rr* producitur *K* *Φαίαξ* — producitur *om. R add. r* *Φαίαξ*] μ phaeax *Dr* pheax *HGLK* uero *om.* μ
e
4 *Φαίακος*] μ phaeacis *Dr* pheacis *HGLK* tamen] autem *L* bitemporis *RrD*
st Δ AC
bitemporis *HK* 5 idem *Rr* ΛΙΧΡѠΝѠΥC *Rr* ΔΙΚΡΟΝΟΥC *G* ΔΙΧΡΟ*** *H* ΔΙΧΡΟΜΟC *h* ΔΥΚΡѠΝΟΥC *L* ad] et *GLK* getiuum *R* 6 in. positas in *H* ix] x *L* 7 ostendimus *H* 9 ex eo compositum *GK* 10 huius pernoctis *L* *Iuv. sat.* III
cis
8, 10 12 productum *H* uox .cis *G* 13 uelox huius *L* *post* uelocis: atrox — uolucis *om. R add. r* 14 *post* feminina: uel communia *add. D* uelux *H* huius *om. GL* uelucis *H* 15 *post* nucis: hic et haec dux *add. D* hic et haec dux huius ducis *h* 16 masculinum uel femininum *GL* masculinum et femininum *K* pullux huius .lucis *G* pullux huius .cis *K* pullux .cis *L* femininum *om. GLK* 18 In ix *H* quam] tam *L* feminina sandyx *GLK* feminina haec sandyx *g* sandix *DH* huius *om. L* sandycis] *g* sandicis *RDG* .cis *L* 19
hic s
hic st*yx (r) *L* hic styx *G* styx stycis *K* tyx *Dd* stix *H* huius *hic et h. l. fere ubique om. L* Stygis] *h* sti*** *R* stigis *Dr* sticis *G* sticis uel stycis *H*
a
.gis *in litura l* cis *ni f. L* 20 In ex *H* faex] *d* fex *DH* fecis *DH* 21 faux faucis *H* 22 alx unum haec *L* 23 anx unum femininum *GLK* lan-
c
tis *Rr*

In 'unx' unum: 'hic' et 'haec coniunx huius coniugis'.
In 'arx' unum femininum: 'haec arx huius arcis'.
In 'ac' unum neutrum: 'hoc lac huius lactis'.
In 'ec' unum neutrum: 'hoc || allec huius allecis'.
In 'ut' 'hoc caput huius capitis'.

DE GENETIVO SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

VIIII 45 Et hae quidem terminationes nominativi tertiae declinationis. genetivus autem eius in 'is' desinit correptam, excepto uno monosyllabo, 'haec vis huius vīs', quamvis omnes aliae declinationes producant terminationem eiusdem casus.

Oportet autem scire, quod in quibusdam pares habeat genetivus tertiae [declinationis] suo nominativo syllabas, in quibusdam una, in aliis duabus syllabis vincat.

Et pares quidem habet in nominibus in e desinentibus correptam, ut 'hoc marĕ huius maris', 'hoc monilĕ huius monilis', et in quibusdam in 'er' vel in 'es' productam vel in 'is' tam correptam quam productam exeuntibus, ut 'hic pater huius patris', 'hic verrēs huius verris', 'haec caedēs huius caedis', 'hic collĭs huius collis', 'haec avĭs huius avis', 'haec vīs huius vis'.

In aliis autem omnibus eiusdem declinationis nominibus una syllaba superat nominativum genetivus, ut 'schema schematis', 'Cicero Ciceronis', 'consul consulis', 'pecten pectinis', 'baccar baccaris', 'lis litis', 'apex
46 apicis'. excipitur 'haec caro huius carnis', in quo pares habent syllabas genetivus et nominativus (inveniuntur tamen veteres, qui genetivo similem

1 unum *post* unx *om. D* unum commune *GL* haec et hoc coniunx *Rr* coniunx coniugis *G* coniunx coniungis *K* 3 In hac *Rr* unum nomen neutrum *GK* ha^o^ec lac *H* huius *om. L* 4 In haec *Rr* hallec huius .cis *K* 5 ut ut hoc caput *H* 6 SINGVLARI] casu singulari *Dr* casu nuō singū *G* tertie *D* 7 haeç *Rr* tertiae declinationis nominatiui *L* "declinationis" tertiae genitiuus ꝟ (*i. e.* enim) eius dissinit in is *K* 8 autem *om. GL* in his *Rr* 9 prod*cunt(i) *L* 11 sc*ire (r) *L* pares quidem *Rr* pares habeat *in litura h* habet* (&) *Dd* habet *L*
12 declinationis *om. DGLK* 13 uincit *L* 14 nominibus] n^08^tī *L* nominatiuo *K* 15 munile *GLKr* munilis *Gr* .lis *LK* 16 er et es *G* productam et in *L* uel is *K* tam correptam quam productam *om. GLK* tam is correptam tam productam *in mg. k* 17 haec caedis *Dd* 20 eius dēclinationis *H* eius declinationis *h* syllaba *spscr. L* 21 ut] hoc *L* scema *GK* scema .tis *L* scematis *K* 22 pectinis] *r* pectenis *RK* bacchar baccharis *H* bacar .ris *L* 23 apecis *G* excipiuntur *L* excipiuntur *K* caro carnis *H* sy.labas genetiuus nominatiuum *Rr* 24 nominatiuus et genitiuus *L et in* genitiuus et nominatiuus *corr. K* genitito *K* genetiuum similem nominatiuo *H*

nominativum | protulerunt), et 'senex senis' et 'supellex supellectilis', in quo duabus syllabis vincit genetivus nominativum. (huius quoque nominativum quidam similem genetivo protulerunt.) et omnia, quae a capite composita in 'ps' desinunt, similiter habent duabus syllabis superantem genetivum, ut 'anceps ancipitis', 'biceps bicipitis', 'centiceps centicipitis', quae veteres in 'es' proferentes secundum regulam declinabant: 'ancipes ancipitis', 'bicipes bicipitis', sicut 'hospes hospitis', 'sospes sospitis'; iuniores vero gaudentes breviloquio per concisionem ea protulerunt, quod et in aliis dictionibus fecisse inveniuntur, ut 'dic', 'duc', 'fac', 'fer' pro 'dice', 'duce', 'face', 'fere', nec non etiam vocativos in 'ius' terminanti||um propriorum: 'Virgili', 'Terenti' pro 'Virgilie' et 'Terentie' dicentes, de quibus iam docuimus.

Paenultima vero eius declinationis in quibusdam producitur, in quibusdam corripitur. producitur quidem in iis, quorum nominativus in longam desinit seu natura sive positione, ut 'sōl sōlis', 'Titān Titānis', 'delphīn delphīnis', 'fūr fūris', 'Maecenās Maecenātis', 'mercēs mercēdis', 'Samnīs Samnītis', 'Crenīs', nomen proprium nymphae, 'Crenīdis', 'ōs ōris', 'mūs mūris', 'praēs praēdis', 'vās vāsis', 'laūs laūdis', 'infāns infāntis', 'Arrūns Arrūntis', 'Arīs Arīnis', 'inērs inērtis', 'vecōrs vecōrdis', 'pūls pūltis', 'allēc allēcis'. excipiuntur in 'on' desinentia Graeca et in o tam Latina quam notha, quod tam corripere quam producere licet ea in nominativo. haec enim vocalis [id est o] quamvis in nominativo producatur, in genetivo non semper producitur paenultima, sed in quibusdam, 47

1 protu|lerunt *G* et senex] *r* ut senex *RD* ut et senex *K* subpellex *R* suppellex *HGL* suppellectilis *HGLr* 2 duobus *H* syllabis duabus *K* 3 quidam] quidem *L* similem quidam *K* genitiuos *K* 5 accipitis *D* biceps — centicipitis *om. GLK* 6 in aes *K* proferuntes (e) *Rr* ut ancipes *GK* huius ancipitis *r* 7 bicepes *G* sospes sospitis hospes hospitis *GL* sospes .tis ospes .tis *K* 8 vero] *r* autem *R* quod et in] *d* quod in *DL* 9 *a* niuntur *iterum inc. B cf.* § 43 *init.* 10 fere] facere (fer pro fere) *Dd* in us (i) *Dd* propriorum in ius terminantium *GLK* 11 uirgeli trenti (i) *GL* uirgili pro uirgilie et terenti pro terentie *B* et terenti *D* et terrenti *H* Virgilie] *r* uirgiliae *R* et *om. L* terentiae *K* terentiae *RD* trentie *HGL* dicentes *ex* producentes *corr. L* 13 De temporibus penultimae tertiae (penultime tertie *D*) declinationis *inscr. Dl* eius] huius *G* eius (dē) *Ll* 14 his *libri* 15 desinit sillabam *h* sive] seu *GLK* delfin delfinis *G* delfin .nis *L* 16 fur furis] *bh* furor furoris *B* furor furoris fur furis *RH* lien lienis fur furis *GL* maecaenas *R* mecenas *BDHGLK* mecenatis *BDHG* .tis *LK* 17 Crenis] *k* crenis (h) *Rr* chrenis *B* ch*reus (i) *D* crinis *GLK* nimphae *LK* nimphe *G* Crenidis] *k* crendis (i) *D* chrenidis *B* crinidis *GLK* 18 uassis *K* 19 aruns (r) *D* aruns *G* Arruntis] *r* aruntis *RDG* Aris Arinis] *om. K* arris arriuis (arriuis *ex corr. h*) *Hh* arris arrin*is *D* arris arrentis *RB* arris arrintis *r* uaecors uaecordis *D* 20 puls *ex* plus *corr. R* hallec hallecis *BG* hallec .cis *K* allectis *Rr* 21 quod in nominatiuo tam producere quam corripere licet ea *L* producere quam corripere *H* liquet *G* 22 hae (c) nim *Rr* uocalis (id) est *Bb* producatur in] *h* producatur sed in *H rell.* 23 sed *ante* in quibusdam *in mg. K* quibus (dam) *Rr*

in aliis autem corripitur. quando autem producitur vel quando corripitur, cum de nominativo et genetivo exposuimus dictum est. praeterea corripiunt praedictam paenultimam in 'ms' vel 'bs' vel 'ps' vel 'x' desinentia, si vocalem brevem ante eas consonantes habuerint, velut | 'hiĕms huius hiĕmis', 'caelĕbs caelĭbis', 'mancĕps mancĭpis', 'făx făcis', 'artifĕx artifĭcis'; nec non producentia terminationem nominativi corripiunt paenultimam genetivi: 'hic' et 'haec' et 'hoc pār huius păris', 'Lār Lăris', 'vās vădis', 'pēs pĕdis', 'Cerēs Cerĕris', 'compōs compŏtis', 'bōs bŏvis', 'sūs sŭis', 'grūs grŭis'. corripientia quoque nominativum in quibusdam corripiunt paenultimam genetivi, in quibusdam producunt. producunt in 'al' et in 'el' neutra et in 'ar' similiter neutra derivativa, ut 'hoc tribunăl huius tribunālis', 'cervicăl cervicālis', 'mĕl mēllis', 'fĕl fēllis',
48 'calcăr calcāris', 'lacunăr lacunāris', 'lucăr lucāris'. in 'or' quoque desinentia alia producunt, alia corripiunt paenultimam genetivi. producunt, ut 'hic cursor huius cursōris', 'hic' et 'haec auctor huius auctōris'; corripiunt: 'hic Hector huius Hectŏris', 'haec arbor huius arbŏris', 'hic' et 'haec || memor huius memŏris'; quando vero producunt et quando corripiunt, cum de nominativo tractabatur docuimus. alia vero omnia, quae nominativi terminationem corripiunt, similiter paenultimam genetivi corripiunt, ut 'toreumă toreumătis', 'Hannibăl Hannibălis', 'vigĭl vigĭlis', 'cornicĕn cornicĭnis', 'aggĕr aggĕris', 'vetŭs vetĕris', 'capŭt capĭtis'. excipiuntur 'inquiĕs inquiētis', quod simplicis declinationem servavit in composito, quamvis corripiat extremitatem nominativi, similiter 'ŏs ŏssis' et 'lăc lāctis', quod quibusdam placet in nominativo per apocopam 'te' proferri: 'hoc lacte' enim dicebant antiqui.

DE DATIVO CASV SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

49 Dativus tertiae declinationis nascitur a genetivo abiecta s producta i:

1 sed in aliis *K* corripitur uel quando producitur *Hr* 2 dictum est *add. r* 3 uel in bs uel in ps *B* 4 habuerunt *Dd* velut] ueluti *B* ut *L* hiems] *d et in litura g* haec hiems *B* hiemps *RD* huius *om. GLK* 5 caeleps *D* caelebis *r* celebis *BG* celebis *Dd* 7 genitiui haec tantum hic *B* ut hic *DGLK* huius paris *K* 8 ceres .ris *K* cōmpos *L* 10 *alterum* producunt *in mg. add. L* 11 diriuata *L* ut *litura b* hoc tribunal *K* 13 calcar] *d* calcal *D* uel laqar lucar .ris *L* 15 cursor .ris *et sic in sqq. LK* corripiunt ut hic *GK* 16 haector *RDH* hiector *G* haectoris *RD* .ris *G* 18 quae ** nominatiui *H* 20 ut hoc toreuma *K* uel o taureuma *Gg* coreuma *R* taurematis *G* anibal annibalis *Rr* annibal annibalis *Dd* annibal annibalis *BH* 21 cornicien *Gg* cornicis *Dd* cornicenis *G* ageris *Rr* capud *Dd* 22 excipitur *LK* inquiĕtis *b* seruant *Dd* seruat *GLK* 23 similiter et os *B* os *add. r* 24 NO *R* minatiuo *in mg. add. r* te] ·t· *B* proferri] *d* perferri *D* 25 hoc late *Hh* "dicebant "enim *K* antiqui dicebant *G* 26 CASV *om. H* SINGVLARI *om. G* TERTIE *D* II. *in* III. *corr. H* 27 i *add. r*

'huius schematis huic schemati', 'huius maris huic mari', 'huius Ciceronis huic Ciceroni'. inveniuntur poetae rarissime in Graecis, quae apud Graecos in i correptam terminant supra dictum casum, ipsi quoque eum corripientes. Statius in I Achilleidos:

Palladĭ litoreae celebrabat Scyros honorem. |

DE ACCVSATIVO SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

Accusativus fit supra dictae declinationis 'is' genetivi modo in 'em' X 50
modo in 'im' conversa, ut 'huius solis hunc solem', 'huius flaminis hunc flaminem', 'huius gregis hunc gregem', 'huius regis hunc regem', 'huius Tiberis hunc Tiberim', 'huius Araris hanc Ararim', 'huius vis hanc vim', 'huius turris hanc turrim'. in una tamen terminatione, id est 'is', desinentium, quae similem habent genetivum nominativo, inveniuntur quaedam nomina accusativum 'im' finientia. sunt autem haec plerumque Graeca vel propria, quae accusativi Graeci n in m convertentia faciunt accusativum Latinum, ut 'Tiberis Tiberim', 'Fabaris Fabarim', 'Thybris Thybrim', 'Araris Ararim' (nam non potest ab alio nominativo, ut diximus, nisi in 'is' desinente in 'im' accusativus proferri. ergo 'Arar' per || apocopam 'is' protulit Lucanus in VI:

Rhodanumque morantem
Praecipitavit Arar),

'haec Neapolis Neapolim', 'Charybdis Charybdim'. Virgilius in VI:

Leucaspim et Lyciae ductorem classis Orontem.

idem in VIII:

A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus.

1 scematis *BHGLK* scemati *BHGLK* huius *ante* Ciceronis *ex* huic *corr. H* 2 rarissime *B* 3 correptum *B* supradictam *Rr* cassum *G* eam *r* 4 *Stat. Achill.* I 285 achileidos *L* achileidos *K* 5 pallidi *K* litoreae celebrabat] *rd* litore accelebrabat *RDG* litore acce*lebrabat *L* litoreae accelebrabat *B* litterea (*sic ni f. in litura;* littoreae *h*) cebrabat *H* litore lebrabat (*in mg.* acce) *K* Scyros] *r* sciros *HGLK* cyceros *R* honorum Forte diem *Statius* 6 DE ACVSATISO SINGL *H* ACCVSATIVO] ACCVSSATI *L* ACCVSATIVO CASV *BG* CASV *D* TERTIE *D* 7 fit *spscr. in K* supradictae declinationis fit *GL* his *Rr* 8 modo in im *post* hunc regem *collocat K* in 'm *Rr* conuersa*(m) *B* 9 huius regis hunc regem *in mg. add. r* 10 tyberis *DHG* tyberim *DHG* Araris hunc Ararim] *k* agaris hunc agarim *RBK* 11 Accusatiuus in im in GR. nominibus *et similiter per terminationes sqq. in mg. l* in is (his *in* is *corr. D*) *BDGLr* terminantium *G* 13 in im *BDHGK* haec *spscr. K* 14 quae *spscr. K* 15 tyberis *DGLK* tyberim *DLK* faberis faberim *GLK* tybris tybrim *GK* thibris thibrim *BH* tibris tibrim *L* 17 in his *R* accusativus] *r* accusatiuum *RBDHG* accussatiuum *L* proferre *BDGLK et ex corr. h* (proferri *ni f. H*) 18 *Luc. Phars.* VI 475 *sq.* 19 rodanumque *LK* 21 necapolis necapolī *G* neopolis neopolim *L* Neapolim — Orontem] *in mg. add. r* *** (sis?) *R* charibdis charibdim *BH* carybdis caribdim *D* caribdis caribdim *r* *Verg. Aen.* VI 334 22 leucaspym *D* liciae *RBGLK* litiae *H* doctorem *R* ductoremq. *Med.* clasis *GL* *orontem(h) *D* oronten *Pal.* 23 *Verg. Aen.* VIII 331 *sq.* (*deficit Pal.*) 24 A *om. K* possit tali *GLK* posit itali *Rom.* fluium *G* thibrim *r* tybrim *GLK*

idem in VIIII:

Principio Falarim et succiso poplite Gygen.

idem in VII:

Qui Tiberim Fabarimque bibunt.

51 'Mephitis' quoque, quod proprium est et a Graeco μεσῖτις, ut quibusdam videtur, mutatione s in f translatum, rationabiliter in 'im' fecit accusativum. Virgilius in VII:

saevamque exhalat opaca | Mephitim.

idem in VIIII:

Inmanem veluti pecora inter inertia tigrim.

idem in XI:

Velocem interea superis in sedibus Opim.

'Alpis' cum semper plurale sit, quomodo 'Syrtis', tamen et singulariter hoc, quomodo illud, invenitur a poetis prolatum et in 'em' accusativum terminans 'Alpem', cum illud 'Syrtim' facit. Lucanus in I:

Tunc inter Rhenum populos Alpemque iacentes.

idem in III:

Agmine nubiferam rapto superevolat Alpem.

Iuvenalis in IIII:

Transilit; inposuit natura Alpemque nivemque.

Lucanus in VIII:

Trans Pharon in medio tanget ratis aequore Syrtim.

1 idem in VIIII — Gygen *post* idem in VII — bibunt *profertur in G, post* quibusdam uidetur *in H, ord. restituit h* *Verg. Aen.* VIIII 762 2 peipio (rin) *D* principioque ararim *in litura h* ararim *RGLK* phalarin *Pal.* phalerim *Med. Rom.* pollite *R* gigen *DH* gyngen *G* 3 *Verg. Aen.* VII 715 VII] *α* VI *libri* VIII *edd. ante α* 4 tyberim *G* Fabarimque] *r* ararimque *RGLK* ararim quae *D* falerim qui *in litura* (qui *in* que *corr.*) *h* fabarumque (i) *Pal.* fabarumque *Rom.* 5 me•fitis (m) *G* memfitis *L* mēfitis *K* est *om. H* μεσῖτις] *sic in litura r* mesitis *D* ΜΕCΥΤΥC *K* ΜΗCΙΤΙC *L* mephitis *B* 6 .lactum (.trans) *D* facit *GK* 7 *Verg. Aen.* VII 84 8 saeuumque *Med.* que *om. G* exalat (h) *G* exalat *RKdh* exaltat *cum Verg. Mentel. pr. a pr. m. et Goth. alt. DH* opace (a) *Pal.* mefitim *G* memfitim *L* mēfitim (h) *K* mepithim *Med.* mefitim *ex* mifitim *ut vid. corr. Pal.* mefitem *Rom.* 9 *Verg. Aen.* VIIII 730 10 Immanem *HL* peccora *H* tygrim *R* trigrim *D* tigrin *Pal.* 11 *Verg. Aen.* XI 532 12 interra (ea) *Rr* inter eas operis ĩ fidibus *GL* 13 Alpis] *ex corr. K* Alpi(s) *D* Alpes *in litura h* sirtis *L* syrtes *h* 14 accusatiuum] *r* accusatiuur *R* terminans accusatiuum *L* 15 sirtim *L* *Luc. Phars.* I 481 16 Hunc *Voss. AB cum al. libris Luc.* in terrenum *L* populopalpemque (s) *Rr* Alpesque *v. l. libr. Luc.* 17 *Luc. Phars.* III 299 II. *R* 18 rapta *GLK* snper euolebat *K* Alpen *v. l. libr. Luc.* 19 *Iuv. sat.* IIII 10, 152 IV *L* III. *GK* 20 transilit (i) *G* posuit *L* possuit *GK* opposuit *Heidelb. cum libris Iuven.* 21 *Luc. Phars.* VIII 184 VIII] *1* VIIII (IX *L* nono *K*) *libri* 22 faron *RLK* pharan (o) *Luc. Voss. B* tanget *add. r* tangit *cum parte libr. Luc. GL* tanguit (i) *K* rates *G* sirtim *L* syrtes, syrtis *v. l. libr. Luc.*

idem in I:

dubiam super aequora Syrtim.

praeterea inveniuntur Latina in 'im' terminantia accusativum: 'hanc turrim', 'burim', 'securim', 'puppim', 'sitim', 'restim', 'vim', 'pelvim', 'tussim', 'magudarim'. Virgilius in II: 52

Turrim in praecipiti stantem summisque sub astra.

idem in I georgicon:

Continuo in silvis magna vi flexa domatur
In burim et curvi formam accipit ulmus aratri.

idem in II Aeneidos:

Taurus et incertam excussit cervice securim.

idem in I:

ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

idem in bucolico:

Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Terentius in eunucho:

Ad restim †mihi quidem res redit planissime.

Virgilius in VI:

Nec vim tela ferunt, licet ingens ianitor Orci.

Plautus in rudente:

seu tibi confidis fore multam magudarim,

quod signifi|cat frugis genus [id est caulis, qui nascitur ex ea parte

1 *Luc. Phars.* I 686 2 aequore *aliquot libri Luc. et sic in* aequora *corr. Heidelb. teste Lindemanno* 3 in im terminantia Latina *K* terminantia] *h* terminat *H* haec (n) *R* turrim burim] *b* turrim tiburim burim *RBHGLK* 4 burim pupim (p) securim *D* puppim] *r* pupim *RGK* vim] *r* ruim *R* peluim ****** tussim (plebim) *B* 5 *Verg. Aen.* II 460 ·U· *GK et ex* II. *mut. L* 6 turrem (i) *Dd* turrem *Fr. ut vid.* in *om. L* praecipiti] *h* praeci*iti *H* summisque] *h* sumisque *G* submisque *H* 7 *Verg. georg.* I 196 *sq.* 9 imburim *Med. Pal.* formam et accipit (t) *K* arari (a) *Rr* artri *K* 10 *Verg. Aen.* II 224 aenidos (ei) *G* 11 incertam] *Pal. m. alt.* incerta *m. pr.* excusit *G* 12 *Verg. Aen.* I 114 *sq.* 14 im *Med.* puppim] *d* pupim *DGLK* 15 *Verg. ecl.* 5, 47 (*deficit Med.*) bucolicon *B*

16 aquae *ex* atque *corr. in Pal.* salientae *D* salientis *GL* restimguere (n) *Rr* restingere *BGL* 17 Terentius in eunucho] *immo in Phorm.* IIII 4, 5 enucho *H* iunucho *K* iunacho *GL* 18 mihi *etiam libri Ter.* mi *Bentleius* res redit] res rediit *cum libris Ter. B* resedit *Gr* 19 *Verg. Aen.* VI 400 20 ferunt] *r* ferant (ū) *L* ferum *K* fuerint *R* Orci] antro *Vergilius.* Orci *ex Aen.* VIII 296 Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci, *petitum esse adnotavit Wagnerus* 21 *Plaut. rud.* III 2, 19 (*v.* 633)

22 magidarim *Plaut. Vet.* magudcrim *Decurt.* 23 id est caulis — siliginem] *conflata haec esse videntur ex variis gloss., quorum tricas extricare nequeo.* siliginem *ex* silphium *corruptum esse, recte opinor censuit Paul. Leopardius emend.* VIIII 10, *cuius emendandi conatus infra ad p.* 330, 1 *adnotatus est. veterum de* magudari *locos et alii composuerunt, quos l. Henr. Barthius Wanderungen durch Nord-Afrika p.* 497 *not.* 170, *et Linkius in comm. üb. d. cyrenäische Silphium d. Alten in act. acad. Berol. class. phys. a.* 1829 *p.* 115 *sqq.* cauli *D*

p. 757. 58 P. p. 326 K.

53 cuius radix sirpis avellitur, vel, ut alii, siligi||nem]. quorundam tamen ex eis etiam in 'em' invenitur accusativus, ut Lucanus in III:

In puppem rediere rates.

Virgilius in XI:

Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securem.

Iuvenalis in IIII:

descendunt statuae restemque secuntur.

cetera vero omnia supra dictae declinationis nomina in 'em' solam proferunt accusativum: 'hunc patrem', 'leporem', 'hanc vallem', 'hunc' et 'hanc utilem'. in Graecis autem frequenter invenimus auctores tam in hac quam in aliis declinationibus Graecos plerumque servantes accusativos, ut 'Titana', 'Sirena', 'thoraca', 'lampada' pro 'Titanem', 'Sirenem' et 'thoracem', 'lampadem', quamvis Plautus 'hanc lampadem' dixit in Casina:

Tene hanc lampadem! - Immo ego hanc †.tenebo.

DE VOCATIVO CASV SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

54 Vocativus in tertia declinatione similis est suo nominativo, ut 'hic Cicero, hic consul', 'o Cicero, o consul', 'hic rhetor o rhetor'. inveniuntur tamen Graeca, quae vocativum Graecum servant: 'Thybris o Thybri', 'Thebais o Thebai', 'Pallas o Palla'. Virgilius in X:

Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro.

idem in eodem:

1 cuius radix syrpe uocatur uel, ut alii uocant, silphium *Paul. Leopardius emend. l. l.* stirpis *L* s*ipis (r) *D* styrpis *K* si*ligilem(n) *R* Quorumdam *B* 2 *Lucan. Pharsal.* III 545 IIII. *BDH* VII. *GLK* 3 pupem *GK* puppim *Voss. B*, *plerique libri Luc. et Prisc. ipse lib.* XIIII § 50 4 *Verg. Aen.* XI 656 (*deficit Pal.*) 5 aeratam] *r* aerata *R* aeratum *L* arpeia *B* (t)arpeia *Med.* securem *cum Prisc. Verg. Gud. et Mentel. sec.* securim *Med. Rom.* 6 *Iuv. sat.* IIII 10, 58 7 descendunt *om. K* discendunt *GL et in mg. add. k* secuntur *etiam pars codd. Iuv.* sequuntur *GL cum Iuv. Pith. aliis* 8 **declinationis(tm) *L* nomina *om. L* 10 actores (u) *H* 11 hac *ex corr. L* 12 syrena *B* serena *K* thoracha *D* syrenem *BD* serenem *K* 13 thoracem lampadem] *h* thoracam (e) lampadam *Rr* thoracam lapadam *B* thorachem lampadem (a, a) *Dd* thorac** lampad**(am?) *H* hanc lampadam *GLh* *post* lampadem: dixit — lampadem *om. R add. r* *Plaut. Casin.* IIII 4, 16 14 cassina *K* 15 Tene hanc] tenebant *DHGLKr* lampadem] *sic etiam 'omnes mss.' Plauti teste Pareo* lampadam *Lh* hanc] iam *et Vet. et plerique dett. Plauti*, eam *vel* hanc *al.* illam *edd. Plaut.* hanc iam *Fleckeisenus* 16 DE VOCATIVO (*rell. om.*) *H* CASV *om. GL* TERTIE *D* 17 Vocatiuus tertiae *BH* in tertiae *Rr* decli *DGK* decli *L* declinationis *BH* suo est *BH* 18 o cicero hic consul *BHrk* rhetor] *r* rethor *RG* retor *D* rhethor (h) *L* rethor (h) *K* rhethor *Rr* rethor *GL* rethor (h) *K* 19 seruant graecum *L* seruant ut *G* tybris o tybri *D* tibris o tibri *GLK* thibris o thibri *H* 20 tebais o tebai *GK* *Verg. Aen.* X 421 21 tibri *GLK* thybre *Rom. idemque ut vid. in* thybri *corr. Pal.* ferro *in mg. add. b* misile *RG* 22 *Verg. Aen.* X 411

p. 738. 59 P. p. 326. 27 K.

Teque iuvat, Palla; sed bellis acer Alesus.

idem in XI:

Quin ego non alio digner te funere, Palla.

Ovidius in I fastorum:

Care nepos, Palla, funesta quid induis ar|ma?

in quo Homerum est secutus. ille enim:

Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.

Statius in XII Thebaidos:

O mihi bis senos longum vigilata per annos,
Thebai.

DE ABLATIVO CASV SINGVLARI TERTIAE DECLINATIONIS.

Ablativus tertiae declinationis in aliis per e correptam, in aliis per i, XI.55 in aliis et per e et per i profertur. per i in neutris, quae in e correptam desinunt per nominativum et sunt appellativa, ut 'hoc ma||rĕ, hoc monilĕ', 'ab hoc mari, ab hoc monili'. et est similis huiuscemodi ablativus suo dativo, 'huic mari' et 'ab hoc mari'. vetustissimi tamen solebant huiuscemodi nominum ablativum etiam in e proferre. Varro in antiquitatum humanarum XII: ab erythro mare orti. idem in Fundanio: in mare aquam frigidam oriri. Atacinus quoque:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

1 Tequae *B* iubat *Hh* iuuet *K* palla·s *Pal.* bellis fortis acer *BHGL* *sed* fortis *eras. in L* bellis fortis acera lassus *K* bellis fortis acer alaessus *k* alasus *G* al*ssus (e) *L* halaesus, halesus, alaesus, alesus *codd. Verg. cf. Wagneri ad Aen.* VII 724 *adn.*; *h. l.* halaesus *ex* alaesus *corr. Pal.* halaesus *Rom.* ʰalaesus *Med.* 2 *Verg. Aen.* XI 169 3 quiⁿ *Rr* ergo *GL* 4 *Ovid. fast.* I 521 5 cara *K* nepos] *k* nepus *GLK* funerta *D* arma] *b* arm* *B* 6 ʰomerum *RD* *Hom. Il.* XII 231 7 ΠΩΛΥΔΑΜΑ *R* ΠΟΛΥΔΑΜΑ *L* ΠΟΛΥΟΑΜΑ *K* p. ΠΟΙΛΙΔΑΜΑ *B* ΠΟΛΙΔΑΜΑ *G* ΠΑΛΛΑΜΑ *H* CΥΛΛΕΝ *G* ΟΥΚΕΤΙ ΜΟΙ *D* ΟΥΚΗΤ ΕΜΟΥΦΙΜ' ΦΙΛΑ ΤΑΥΤΑΥ ΓΩΡΕΥΕΥC *Rr* ΟΥΚ ΕΜΟΥ.ΦΙΛΑCΤΑΥ.ΤΑΓΟΡΕΥΕΙC *G* ΟΥΚ ΕΜΟΥ ΦΥΛΑΥΤΑΓΟΡΕΥΕΙC *H* ΟΥΚ ΕΤΙ ΜΟΥ ΟΥΔΕ ΤΑΥΤΑ ΑΓΩΡΕΥ.ΕΙC *L* ΟΥΚ ΕΜΟΥ ΦΙΟΑΤΑΙΤΑΘΡΥΕΙC *K* ΕΜΟΥ *B* opoludama tu quidem nondum mihi neque haec cōparas *spscr. l* 8 *Stat. Theb.* XII 811 *sq.* 9 bisenos *HK* longum] multum *Statius* uigelata *K* 10 tebai *LK* Thebais *Stat. Cass.* 11 CASV *om. G* TERTIE *D* 13 aliis et per] *k* aliis per *GLK* et i *L* in ae correptam *D* 14 apellatiua *D* ab hoc mari hoc monile *BH* 15 munile *GLKr* munili *GLKr* 16 et *om. DK* hoc mare *H* 17 *Varron. antiq. hum. l.* XII *p.* 207 *ed. Bip. cf. Charis. p.* 45. 111 *P.* 18 erythro *Rr* erithro *BK* ertythro *H* orti mare *K* Varro in Fundanio] *i. e. in logistorico Gallo Fundanio de admirandis cf. Ritschelium de Varr. logist. p.* V *sq.* VII *sq. de discipl. libris p.* 45 *sqq. O. Iahnium act. cl. hist. phil. soc. scient. Sax. a.* 1850 *p.* 134 *sq.; hoc etiam fragmentum ll. ll. exhibet Charisius, apud Bipontinos extat p.* 254 in fundeo *K* 19 Atacinus quoque] *sic etiam Charisius ll. ll. ex Iulio Romano; pertinet hic versus ad Varronis Atacini sive chorographiam sive cosmographiam et ab editoribus lib.* III § 25 *citatis cum fragmento ibi laudato coniungitur* quoque ait *l* 20 ociano *GK* Libyco] *g* libico *RBHK* lybico *G*

Plautus in rudente:

Quippe quom extemplo in macellum piscis prolati †si essent,
Nemo emat, suam quisque partem piscium poscant sibi,
Dicant in mare communi captos.

Lucanus in VII:

gentes Mars iste futuras
Obruet et populos aevi venientis in orbem
Erepto natale feret,

pro 'natali'. Ovidius in V fastorum:

Cur tibi pro Libycis clauduntur rete †leones?

'rete' pro 'reti'. Plautus in rudente:

Mea opera . . et rete et horea.

(quod etiam masculino genere protulit idem in eadem:

Non vides proferre me uvidum retem sine | squamoso pecu?

idem in eadem:

Vbi demisi retem atque hamum, quicquid haesit extraho.

quod etiam feminino genere protulit secundum primam declinationem idem in rudente:

Pol magis sapiuisset, si dormisset domi,
Nam nunc et operam ludos facit et retiam,
Vt tempestas est.)

1 *Plaut. rud.* IIII 3, 40 *sqq.* (*v.* 979 *sqq.*) 2 quom] *Plautus* quum *K* quod *RBh* quam *DHL* quem *G* extimplo *B* pisces *RHGd et libri Plautini* 3 si essent] sient *Plautus* 4 poscat *libri Plaut.* 5 dicat *libri Plaut.* mari *nostri libri Plautini* commoni^is *G* 6 *Luc. Phars.* VII 389 *sqq.* 7 rte *Rr* 8 obruet seruet populos *Hh* et *K* venientis] *h* uenientes *HG* 9 natale *ex* nā tale *corr. K* 10 *Ovid. fast.* V 371 11 cur uel tibi (tibi *in mg. add.*) *K* libicis *RDH* lipsis *G* lipsus *LK* clauduntur] *b* cluduntur *GK* claudantur *cum nonnullis libris Ovid. BH* recte *Rr* leone *Ovidii cod. reg.* (Δ *Merkelii*) leaenis *Ovidius* 12 recte *Rr* pro reti] p̄ti *D* *Plaut. rud.* IIII 3, 81 (*v.* 1020) 13 opera (et *add. Fleckeisenus*) labore et rete *Plautus* horrea *RHL* horreia *GK* horr*a *D* horia *libri Plautini* 14 *Plaut. rud.* IIII 3, 5 (*v.* 942) *cf. lib.* VI § 86 eodem *RBHLK* 15 proerre *L* proferre *Rr* referre *cum libr. Plaut. et lib.* VI *l. l. D* uidum *Rr* uiuidum *GK* umidum *k* rete *cum libris Plaut. r cf. v. l. lib.* VI *l. l.* scamoso *GK* 17 *Plaut. rud.* IIII 3, 45 (*v.* 984) eadem] *d* eodem *RBDHLK* 18 dimisi *BLKd* retem] *sic Decurt.* rete *Vet.* adque *Dd* hamum] *rdh* amum *RDG* ham** *H* quicquid *Dd* quitquit ae sit extrabo *Vet.* hessit *G* 19 et^iam *Rr* extulit *RBDGLK* *Plaut. rud.* IIII 1, 8 (*v.* 900) *sqq.* 20 rudente* pol *B* 21 sapinisset *L* sap*uisset *D* sapuisset *RB* sapisset (sapissed *Vet. Decurt.*) si dormiuisset *libri Plaut.* 22 nam *om. BH spscr. h* nunc] hunc *B* et operam] extuperam *BL* operam] *r* opera* *R* lodos *K* ludos *Hh* et ludos *d* facit] dat *libri Plautini cf. Ritschelium parerg.* I 430 et *om. K* retiam *G* retam *L* retia *libri Plautini* 23 et *K* est tempestas *Bothius*

Horatius in II sermonum:

His ut sublatis puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit.

(unde Persius, quasi in e tantum desinente supra dicti nominis ablativo, 'gausapa' dixit plurale, non 'gausapia':

Iam chlamydes regum, iam lutea gausapa captis.

idem:

balanatum gausape pectes.

antiquissimi tamen et 'hic gausapes' et 'haec gausapa' et 'hoc gausape' et plurale neutri 'haec gausapa' quasi a nominativo 'hoc gausapum' protulisse inveniuntur, unde Cassius ad Maecenatem: gausapo purpureo salutatus. Varro vero de lingua Latina ait, talia ex Graeco 56
sumpta ex masculino in femininum transire et a litera finiri: 'ὁ κοχλίας haec cochlea', 'ὁ χάρτης haec charta', 'ὁ γαυσάπης haec gausapa'. Seneca Ovidium sequens:

Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.)

propria eiusdem terminationis similem habent nominativo ablativum: || 'hoc Praeneste ab hoc Praeneste'. Virgilius in VIII:

Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa.

(figurate enim ad urbem reddidit | 'ipsa', cum proprium oppidi neutrum est, quomodo 'Reate'. idem poeta in VII:

1 oratius *K* orā *L* *Hor. serm.* II 8, 10 *sq.* 2 ut] *sic libri nonnulli Hor. dett.* ubi *meliores omnes* alter *libri aliquot Hor.* alt^e cintus *Dd* acernam *ex corr. ad mg. et in lit. B* 3 Gausape] *k* causape *K* porporeo *G* porpureo *LK* protersit *GL* protersit acernam *K* pertersit acernam *D cf.* § 74 4 *Pers. sat.* 6, 46 6 chlamydes *Persius et sic infra* § 74 *B* clamides *RBDHK cum Pers. Vat.* diomides *GL* iam *om. GLK* captis] *RD et sic etiam infra libri* § 74 *cum aliquot libris Persianis ut Leidensi Montepess. altero m. alt.* **ptis *idem m. pr.* capis *GLK* capitis *H* pictis *B* uictis *Montepess. prior et Vat. cum al.* 7 *Pers. sat.* 4, 37 8 balanatus *GLK* pectis *D cum aliquot libris Persianis dett.* pectas *Persius* 9 antiquisimi *G* tamen hic *GLK* tamen q hic *k* gausapes] *h* causapes *H* causapa *H* gausape] *h* causape *H* 10 a *add. d* causapum *H* 11 Cassius] *r* casius *RHGLK; Cassii Severi haec esse docet Charisius p.* 80 *P., cuius loci immemor fuit Bernhardius Grundriss d. röm. Litteratur ann.* 187 *p.* 249 *ed. tert. cf. Weichertum de L. Vario et Cassio Parmensi p.* 205 *sq.* mecenatem *RDGLK* mecenatum *H* porporeo *RG* porpureo *Kr* 12 salutatur *B* *Varron. de l. Lat. fragm. cf. Charisium p.* 80 *P. Varronem de l. Lat. ed. Spengelius p.* 597 *sq. ed. Muellerus p.* 269 13 sumta *L* sumpta et masculino *R* a litera] *Charisius* aliterea *Rr* et ea littera *in mg. r* aliterea *K* aliter ea *BDHGL* finibri *K* κοχλεβας *L* κοχλιας *K* κοκαιας *Rr* κοκlαις *H* 14 coclea *RBH* coclia *DGL* ο* χαρτες *K* χαρτες *R* καρτες *H* cartha *R* carta *DH* γαυσαπες *BHGK* Seneca] *L. Senecae fr.* 4 *t.* III *p.* 419 *Haas.; poematum L. Senecae meminit Quint. inst. or.* X 1, 129, *cf. Tac. ab exc. d. Aug. lib.* XIIII 52, *Plin. epp.* V 3 senica *G* 15 Ovidium] *in arte amandi* II 300 16 si *om. BHGLK add. h* gausapa] si gausapa *Hh* probat *BDHGLK* 16 nominatiuum ablatiuo *BDHGLK* 18 *Verg. Aen.* VIII 561 19 tum *GLK* primum *Rom.* acciem *Rr* 20 ad] *b* ab *B* reddit^di *K* 21 *Verg. Aen.* VII 682; arua Celemnae *pro* arua Gabinae *ex eiusdem libri v.* 739 *huc*

Quique altum Praeneste viri quique arva Celemnae.) illorum quoque ablativus i terminatur neutrorum, quae in 'al' desinunt: 'hoc tribunal ab hoc tribunali', 'hoc cervical ab hoc cervicali'. similiter faciunt ablativum, quae in 'ar' desinunt neutra et in obliquis casibus producunt a paenultimam, ut 'hoc calcar calcāris a calcāri', 'lacunar lacunāris a lacunāri', 'lucar lucāris a lucāri'. quando autem producunt eam,

57 in libro, qui est de nominativo et genetivo, docuimus. masculina quoque vel communia in 'er' vel in 'is' desinentia, si faciunt in e neutra, ablativum in i efferunt, ut 'hic pedester haec pedestris hoc pedestre ab hoc' et 'ab hac pedestri', 'saluber salubris salubre ab hoc' et 'ab hac salubri' - Virgilius in I georgicon:

Balantumque gregem fluvio mersare salubri,

'hic' et 'haec celer' vel 'celeris' et 'hoc celere ab hoc' et 'ab hac celeri' - Lucanus in I:

motuque celer Cyllenius haeret.

M. Cato de re militari: satis celeris sis in tempore. Caecilius in epistathmo:

Si properas, escende huc meam navem, ita celeris est;

ex quo 'celerissimus' pro 'celerrimus' superlativum protulerunt. Gn. Matius in Iliade:

celerissimus advolat Hector.

Ennius in annalibus:

translata sunt, ubi celemnae *etiam Fr.* celene *Med.* calemnae *Pal. Rom.* 1 quisque *K* arva] alta *G* caelemne *R* caelēnē *D* caelēnae *d* celēne *H* celemne *BK* 2 i *add. r* 3 hoc ceruical ab hoc ceruicali *om. GLK* 5 h oc calcar *R* huius calcaris *GLK* a *om. GK add. g* lacunar *bis scripsit R* 6 a *om. K* lucar .ris a lucari *in mg. add. K* 7 qui] *d* quae *D* 8 in his *Rr* 9 pedister *et similiter sqq. G* haec] huius *K* ab hoc] et ab hoc *D* 10 salubre * ab (&) *L* 11 *Verg. georg.* I 272 in geor. (in .I.) *Gg* georgicon primo *K* 12 balatumque (n) *H* gregrē *D* fluio *G* mersere *GLK* 13 haec (et hoc) celer *Rr* hec caeler *D* caeleris *D* 14 *Luc. Phars.* I 662 15 celer] *Voss. b* ceber *Voss. B* cillenius *GK* cillaenius *L* chyllenius mercurius a monte *Dd* haeret] *d* heret *RD* *** heret *H* haberet *BGLK* he*et *in* heret *corr. Voss. B* 16 M. Cato de re mil.] *Catoniana ed. Lion p.* 44 militai (r) *K* caeleris *D* sis in] si sint *DH* si sint in *B* si sunt *GLK* Cecilius *DHGLK* 17 epistathmo] *Spengelius Caecil. fr. p.* 4 episathmo *D* episathomo *RHd* episathomos *B* epirathomo *GLK; ipsum fragm. exhibet Spengelius p.* 18 *Bothius p.* 132 'Episattomenos' *fabulae titulum procudens, Ribbeckius p.* 34 18 properas] *r* prosperas *R* escende *Guilelmus verisim.* III 16 extende *libri* hc̄ *G* meam] *R, Ribbeckius* in meam *r rell.* nauim *GLK* caeleris *D* 19 celerissisimus *G* protulerunt (it) *Dd* Gn. Matius] Cn. Mattius *Scaliger ad Varr. de l. L.* VII § 95 *cf. Huschkium de Ann. Cimbro p.* 14 *sq. n.* 4 *cens. Krehlii Ien. l. saepius l. p.* 421 *Heinrichium in ed. Pers. p.* 76 geñ (genadius uel gn. gneus) *Gg* geñ *L* 20 matilius *RDHGLK* matinius *B* mallius *Lips.* 2 *Krehlii* *Matii Iliad. fr.* 4 *ap. Wernsdorfium poet. Lat. min.* IIII 571 21 caelerissimus (ssi) *RDH* celerimus *Kk* haector *RDH* 22 *Enn. annal.* I 126 *E. S. inc. sed. fr.* V *p.* 67. XXXVII *Vahl.*

Exin per terras | postquam celerissimus rumor.

Livius in Odissia:

At celer hasta volans perrumpit pectora ferro;

unde superlativum Virgilius in XII:

et qua fata celerrima crudum.

Terentius in Phormione:

†Nullus es, Geta, nisi iam aliquod consilium celere reppereris.

Virgilius in III:

celerique fuga sub sidera lapsae.

idem in V:

Agmine remorum celeri ventisque vocatis.

Lucanus in I:

et celeri venas movet inproba pulsu –,

'hic' et 'haec utilis' et 'hoc utile ab hoc' et 'ab hac utili'. sciendum 58
tamen, quod, si inveniantur propria appellativis similia in i finientibus ablativum, illa || per e proferunt eum: 'Iuvenalis' [proprium] 'a Iuvenale', similiter 'Martialis a Martiale', 'Annalis ab Annale'. Cicero pro Fundanio: non modo hoc a Villio Annale, sed vix mehercule a Quinto Muttone factum probari potest. idem pro Plancio: confiteor, summa in Laterense ornamenta esse. similiter in i terminant ablativum omnia, quae in 'im' habent accusativum: 'Tiberim a Tiberi', 'Parim a Pari', 'Charybdim a Charybdi', 'Tigrim a Tigri', 'vim a vi' - Virgilius in X:

Massicus aerata princeps secat aequora tigri.

1 Exit *Merula* caelerissimus *D* 2 libius *Rr* lyuius *L* *Liv. Od. fr. coll. Hom. Od.* XXII 82 *sq. ad l.* XXII *rettulit G. Hermannus elem. d. m. p.* 626 *sq. cf. Corssenium origg. poes. Rom. p.* 202 *et ann. ad lib.* III § 20 odyssia *RH* odysia *L* odesia *G* odissea *h* 3 At] *k* ad *LK* adceler *G* celeris *Hermannus l. l. p.* 627 ʰasta *R* asta *DH* 4 *Verg. Aen.* XII 507 XII] *K* X *libri rell.* 5 fata] *d* facta *BD* fate *H* cerrima *Ver.* 6 *Ter. Phorm.* I 4, 1 *cf. lib.* V § 16 formione *HGK* 7 nulus *Rr* aliquod iam *Prisciani 'cod. vetustus' a Bentleio ad h. Ter. l. l.* aliquid *GK* caelere *H* 8 repereris *Hd* 9 *Verg. Aen.* III 243 VI. *K* 10 caelerique *RD* 11 *Verg. Aen.* V 211 12 caeleri *Rr* 13 *Lucan. Phars.* I 629 I] III. *libri* 14 improba *RBHGLK* pulsu] cursu *v. l. ap. Luc.* 15 *post* utili: hic et haec regalis et hoc regale ab hoc et ab hac regali *add. k* 16 si *add. h* 17 illa per e] *d* illae *D* 18 marcialis a marciale *Rr* Cicero pro Fundanio] *fr.* 1 *opp.* IIII 2 *p.* 445 *Or.* 19 hoc a Villio] *Patricius* hoc aulio *Dresd. Krehlii* hoc ab iulio *libri rell.* me hercule *LK* me hercole *G* 20 matone *GL* miatone *K* Mathone *Sigonius, ut v. Orellium in onomast. Tull. part.* II *s. v. Q. Muto* *Cic. pro Plancio or.* 26, 63 pro plantio *BDH* pro lantio *LK* pro latio *G* proplantio *r* problantio *R* 22 omniaq; in *D* in m *Rr* ac tiberi *Dd* 23 Charybdim a Charybdi] *g* carybdim a carybdi *L* charibdim a charibdi *RB* carubdim a carubdi *G* 24 *Verg. Aen.* X 166 25 massicus *K* masicos *G* erate *R* aeratae *r* saecat *D* sequat *GLK* tygri *B*

idem in I Aeneidos:

multum ille et terris iactatus et alto
Vi superum.

Iuvenalis in V:

saeva dignum veraque Charybdi -,

59 quae vero et in 'im' et in 'em', haec tam in i quam in e: 'hanc puppim' et 'puppem ab hac puppi' et 'puppe' - Virgilius in III:

Stans celsa in puppi.

idem in VIII:

Stans prima in puppi.

idem in X:

dextra puppim tenet.

Lucanus in IIII:

Primum cana salix madefacto robore parvam
Texitur in puppem.

idem in II: |

Rapta puppe minor subducta est montibus Argo -,

'turrim' et 'turrem ab hac turri' et 'turre'. Accius in Medea:

Apud vetustam turrem.

Virgilius in II:

Turrim in praecipiti stantem summisque sub astra
Eductam.

Virgilius in bucolico:

Tale tuum carmen nobis, divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

idem in III georgicon:

1 *Verg. Aen.* I 3 *sq.* 2 ille eterris (t) *K* ille terris *L* ille eteris *G* altato *K* alt*o *Med.* 4 *Iuv. sat.* V 15, 17 5 seua *RD* ueraquae *Rr* ueraque ** (ab) *D* charibdi *D* charubdi *G* carybdi *L* caribdi *RB* 6 uero in *r* tam et in *GL* e *L* quam et in *GLK* i *L* pupim *et sic per totum h. l. GL* pupim et pupem ab hac pupi et pupe *K* puppem et puppim *B* 7 pupem (p) *Dd* pubpi *R* *Verg. Aen.* III 527 (*deficit Rom.*) 8 stant *Med.* scelsa *B versus initio evanido* ima (els) *inc. Pal. i. e.* prima, prima (celsa) *pro v. l. etiam Gud.* pippi (v) *K* 9 *Verg. Aen.* VIII 680 10 stat *Rom.* prima] celsa *libri Verg. cf. v. l. versus h. l. praecedentis* 11 *Verg. Aen.* X 226 XI. *K* 13 *Luc. Phars.* IIII 131 *sq.* 14 madefacta *R* robore] *sic etiam Luc. Voss. A* uimine *libri Luc. plerique cum Voss. B et schol. Voss. A* rubore *G* 15 pupem (p) *K* puppim *Voss. uterque et libri Luc. plerique* 16 *Luc. Phars.* II 717 17 repta *GL* subducata *G* 18 turem *K* actius *H* *Att. Med. fr.* 7 *p.* 212 *Both,* V *p.* 159 *Ribb.* in *add. r* medaea *D* media *GLK* 20 *Verg. Aen.* II 460 *sq.* 22 eductam tectis *G* educta tectis *K* 23 *Verg. ecl.* 5, 45 *sqq.* (*deficit Med.*) 24 nobis carmen *Probus et cod. Havn. Verg.* diuinae *K* poeta *spscr. in L* 25 fessi* (s) *Dd* fesis *GK* lassis *Rom.* 26 *ad v.* 47 *cf.* § 52 saliente] *g* salientis *GL* restingere *HGK* restringere *L* 27 *Verg. georg.* III 434

siti atque exterritus aestu.

idem in VI:

saevumque securi
Aspice Torquatum et referentem signa Camillum.

Cato in epistula ad filium: ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis. non tamen convertitur regula: non enim in e et in i desinentia etiam accusativum omni modo in 'em' et in 'im' terminant.

In 'as' quoque terminantia, quando sunt gentilia, ablativum in i pro- XII 60 ferunt: 'Arpinas ab Arpinati', 'Capenas a Capenati'. et rationabiliter; veteres enim huiuscemodi nomina in 'is' proferebant, 'hic' et 'haec Arpinatis' dicentes, unde neutrum 'hoc Arpinate'. docuimus autem, quod omnia, ex quibus neutra || transfigurantur in e exeuntia, per i faciunt ablativos, ut 'hic' et 'haec regalis' et 'hoc regale ab hoc' et 'ab hac regali'; sic ergo 'hic' et 'haec Capenatis' et 'hoc Capenate ab hoc' et 'ab hac Capenati'. nec mirum declinationem perfecti servari in his, cum etiam accentum soleamus servare, quamvis a in finali sit syllaba, quae in perfectis erat paenultima: 'Capenâs', 'Arpinâs', 'Ardeâs'. quod autem per syncopam haec proferuntur, vetustissimorum usus comprobat. Cato in I originum: sed lucus Capenatis. idem in eodem: si quis mortuus est Arpinatis, | eius heredem sacra non secuntur. idem in eodem: populus communiter Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis. idem in oratione, qua suasit in senatu 'Samnitis' dixit pro 'Samnis': accessit ager, quem privatim habent Gallicus, Samnitis, Apulus, Bruttius. 'Laurentis' etiam pro 'Laurens' dicebant. Ennius in 61 annalibus:

ti
1 siti] *R* asper siti *r* asperque siti (sinus *Med.*) *cum Verg. rell.* exercitus *Med. m. alt.*
2 *Verg. Aen.* VI 825 *sq.* 3 seuumque *H* 4 turquatum *L* refferentem *K* camillam *GLK* 5 Cato in epistula ad filium] *v. lib.* VI § 84 aepla *D*
d
aepistola *K* febri et siti *K* 6 bibentis *Rr* 7 desinentia in ablatiuo etiam *DH*
ca
in im et in em omnimodo *G* in em et in im omnimodo *L* 12 Arpinate] arpenate *Kk* capenate *GL* 14 regalis *ex* regularis *corr. H* ab *ac regali (h) *R*
e c
15 capenatis hoc *GL* 16 capinati *Rr* capinati *H* apenati *K* perfecti] *d* perfecto *D* seruare *GLK* in his cum] *r* cum his in *R* 17 finali] *r* finalis *RK*
18 Capenas] ***enas *K* Arpinas] ardenas *GLK* 19 Cato in I originum] *v. lib.* IIII § 21 20 lucius *G* idem in eodem — secuntur *ante alterum* idem in eodem *om. R in mg. add. r* in eodem] in II *lib.* IIII *l. l., qui cf.* 21 N secuntur (*ad mg.* ∴ con) *r* sequntur *g* sequuntur *DLK* idem in eodem] *ad lib.* II *refer-*
n
tur lib. IIII *l. l. qui cf.* 22 tusculanus communiter *K* lanuimus *Rr* lauinus *GLK*
23 tyburtis *GL* mometinus *R* Cato in or. qua suasit in senatu] *ad or. Catonis, qua suasit in senatu, ut plura aera equestria fierent*, § 38 *laudatam*, *praeeunte Krehlio*, *recte*, *ut mihi quidem videtur*, *haec rettulit Meyerus or. R. fragm. p.* 83 *ed. pr.*, *fragm. incertis ascribenda existimavit in ed. alt. p.* 86. 146 *sq.* 24 suassit *LK*
25 accesit *L* agger *BH* galliens *GLK* apuleus *D* 26 brutius *R* bratius *G* bruptius *B* bratuus *L* laurentius *DG* *Enn. ann.* I 38 *E. S.* I 59 *p.* 12 *cf. p.* 25 *Ilberg.* I xxxii *p.* 9. XXVIII *Vahl.*

p. 762 P. p. 332 K.

Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

Naevius neutraliter 'hoc Samnite' protulit in carmine belli Punici. ad cuius similitudinem debet et 'hoc dite' dici, unde pluraliter 'ditia' Lucanus in VIIII:

Non illic Libycae posuerunt ditia gentes
Templa.

Lucilius tamen

Ὠμοτριβὲς oleum Casinas

pro 'Casinate'. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet.

Plautus in Sticho 'infimatis':

Ergo oratores populi summates viri
Summi accubent, ego infimatis infimus.

inveniuntur tamen quidam in huiuscemodi nominibus etiam in e ablativum proferentes, quod mox usus approbet. similiter mensium nomina in 'is' vel in 'er' desinentia ablativum per i finiunt: 'Quintilis a Quintili', 'Aprilis ab Aprili', 'September a Septembri', 'October ab Octobri'. Iuvenalis in V:

Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri.

idem in III:

Pallere et vinum toto nescire Decembri.

62 possunt tamen haec etiam communia esse, unde 'Kalendas Septembres'

1 laurentius *Dd* recipit (e *superscr.*) *Dd* 2 Neuius *libri* *Naev. bell. Pun. v. lib.* VI § 64 belli pucini *H* 3 ter ditia Lucanus *in litura et ad mg. l* 4 *Luc. Phars.* VIIII 515 *sq. cf. lib.* VI § 64 5 Libycae] *g* libyce *K* libicae *HGr* lybicae *BL* libice *RD* 7 licilius *GK* 8 Ὠμοτριβὲς oleum Casinas] *censor Krehlii Ien. p.* 420, *cui tamen initium tetrametri trochaici visum est esse initium hexametri.* ὠμοτριβὲς ἔλαιον Casinas *Krehlius* II 522, *quem secutus est Corpetus Lucil. fr. inc.* CLII *p.* 259; oleum Cassinas *Dousa fr. inc.* 152; oleum Casinas, *ne monito quidem lectore, retractationes enim Krehlii ipse haud inspexit, Gerlachius fr. inc.* 153 ΟΜΟΤRIBEC *B* ΟΜѠΤΡΙΒΕ *r* ΟΜΟΤRIΒΕ *Heidelb.* ΟΜѠ**ΡΙΟC *R* ΟΜΟΤΡΙΟC *G* ΟΜΟΓΙΡΙΟC *D* ΟΜΟΤΤΡΙΟC *H* ΟΜΟΤΡΙѠC *K* ΕΛΛΙΑΓΡΙΟC *in litura*, oleum agreste *in mg. l* ΟΛΕΟΝ *Heidelb.* cassinas *RH* casinatis pro cassinas *K* cassinatis pro cassinas *G* 9 Casinate] *d* casinat* *D* cassinate *R* tintinnius *G* tetinnius *H et* (tetin *in mg. l*) *Ll* ᵖsaltria *Rr* psalteria *BH* psalteria *GLK* *Titin. psaltr. v. lib.* IIII § 21 10 ferentinnatis *D* greca *D* 11 *Plaut. Stich.* III 2, 36 *sq.* (*v.* 492 *sq.*) stico *D* infimates *GLKr* Infimates ergo *Hb* Infirmates ergo *B* 12 cratores *L* creatores *G* 13 accubent] *GLK et lib.* XII § 17 *G et sic Plauti l. l. coni. Ritschelius* accumbent *RBDH et hic et lib.* XII § 17, *LK lib.* XII § 17 *cum codd. Plautinis praeter Ambros.*, incubabunt *Plauti Ambros.* ego] *b* eo *GLK* ergo *Bk* infimates *G* infimatis pro infimas *in litura K* 14 quidam tamen *K* 15 abprobet (p *superscr.*) *Rr* adprobet *BDH* aprobat (p *superscr.*) *K* mensium] *h* mensum *RBDH* 17 ap̄lis ab ap̄li *GK* septimber *G* october ab octobri *in mg. add. b* 18 *Iuv. sat.* V 14, 129 *sq.* 19 aesternum *GL* solitos (v *superscr.*) *D* solitas *H* mediū *B* ·'minutal ·'seruare *H* minuta *GK* 21 *Iuv. sat.* III 7, 97 VI. *GL* V. *K* 22 et *spscr. h* vinum] hamum *GLK* toto tonescire *R* decimbri *G* 23 etiam et *B* kallendas *GK* septembris *D* septimbres *G*

dicimus. praeterea simplex eorum similiter invenitur faciens ablativum | 'imber ab imbri'. Statius in VII: ||

Nubibus hibernis et nostro pascitur imbri.

Cicero de signis: cum esset vinctus nudus in aere, in imbri, in frigore. idem in frumentaria: ferebat hanc quoque iniquitatem Septicius et imbri frumentum in area corrumpi patiebatur. 'bipennis' commune est et habet etiam neutrum, ideo ablativum 'a bipenni' facit. Virgilius in XI:

ferro sonat alta bipenni
Fraxinus.

in e autem et i indifferenter desinunt in ablativo omnia, quae sunt communia trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc par ab hoc' et 'ab hac pare' vel 'pari' - Virgilius in bucolico:

numero deus impare gaudet.

Lucanus in VIIII:

Ergo pari voto gessisti bella, iuventus -,

'hic' et 'haec' et 'hoc vetus a vetere' vel 'veteri' - Iuvenalis in II saturarum:

Intravit calidum veteri centone lupanar.

Cicero pro Murena: cum ex familia veteri et illustri. Statius in I Thebaidos:

Funditus, et veteri spumavit Lerna veneno.

idem in XI:

veteri stat sordida tabo
Vtraque canities.

idem in XII:

Si quid in hoc veteri bellorum sanguine mecum

1 propterea *LK* ablatiuum in i *H* 2 imber] *b* ***ber *B* imber imbri *in mg. add. K* ab *om. DHGLK* *Stat. Theb.* VII 9 VI. *RLK* 4 *Cic. or. Verr.* II IIII 40, 87 uinctis (v) *G* et nudus *K* 5 *Cic. in Verr.* II III 14, 36 6 septitius (c) *Rr* area] *d* aera *RDGL* aerẹ (a) *K* corrumpi in area *libri Cic.* 7 bipinnis *GK* bibinnis *L* cummune *D* neutrum in e *h* et ideo *K* 8 bipinni *GLK* *Verg. Aen.* XI 135 *sq. cf. lib.* V § 28 9 pipenni (b) *Rr* bipinni *GLK* 11 et in i *BHLK* indifferenter *om. GLK add. l* indifirenter *add. k* desinunt (disinunt *L* dissinunt *K*) ablatiuo *BHLK* omnia nomina *H* 12 ab hac et ab hoc *G* 13 *Verg. ecl.* 8, 75 15 *Luc. Phars.* VIIII 256 16 gesisti *G* 17 *Iuv. sat.* II 6, 121 II] III. *libri* 18 satyrarum *R* satirarum *dh* 19 calidum veteri] *cum libris Iuv. BH* (ueteri *ex* uetere *corr. H*) ueteri calidum *RDGLK* centone] *h* ceutaeni *ni f. H* 20 *Cic. pro Murena* 8, 17 muneraena *R* munera *D* uetere *codd. Cic.* *Stat. Theb.* I 360 21 prima *r* 22 funditu(r) *Rr* Funditus *corr. ex* Funditur *Cass.* et ueteri *spscr. K* uenino *G* 23 *Stat. Theb.* XI 582 *sq.* in *om. GL* XI *ex* XII *corr. B* 24 Veteri *ex* **teri *corr. B* stas (t) *Rr* 25 canities] *r* canicies *RDH* 26 *Stat. Theb.* XII 374 *sqq.*

Quaesitura venis, si quid non Panda †Carontis
Iussa times –,

63 'hic' et 'haec' et 'hoc audax', 'triplex', 'artifex', 'ab hoc' et 'ab hac audace' vel 'audaci', 'a triplice' vel 'triplici', 'ab artifice' vel 'artifici'. Virgilius in VIII:

At Caesar triplici invectus Romana triumpho
Moenia.

Statius in I Achilleidos:

Qualiter artifici victurae pollice cerae
Accipiunt formas.

similiter 'ab hoc' et 'ab hac duplice' | vel 'duplici', 'supplice' vel 'supplici' dicimus - Horatius sermonum libro II:

tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

Terentius in Phormione:

Commodius esse opinor duplici spe utier.

Lucanus in VI:

Nec superos orat nec cantu supplice numen
Auxiliare vocat.

Sallustius in Catilinario: demisso vultu, voce supplici –, 'memor a memore' vel 'memori' - Iuvenalis in IIII:

Figendum et memori tractandum pectore, sive.

Horatius in II sermonum:

Ad Maecenatem memori si mente recurras.

Ovidius in VI metamorphoseon:

1 uenis si tu quoque dura Creontis *Statius* (tu *inter lineas ead. m. Cass.*) si quod (i) non *Rr* 2 iusa (s) *G* iusa *'L* iusta *K* 3 haec (et) hoc *Hh* et hoc *add. d* ab hoc et ab hoc et ab hac *H* ab hoc et ab hac et ab hoc *h* 4 audace triplice artifice uel audaci triplici artifici *G* 5 *Verg. Aen.* VIII 714 *sq.* 6 Vt *B* Caesar] *h* cessar *R* triplicli *Pal.* inuetus (c) *Rr* inuectis (v) *D* 7 menia *H* 8 *Stat. Achill.* I 332 *sq.* achileidos *K* acheleidos *G* 9 artificis *Statii ut vid. omnes* uicturae *L* pollice cerae] pollicere *GLK* pollicaere *H* pollice caere *h* caerae *RD* 11 et hac *G* duplice uel dupli supplice. supplici (. uel) *B* *post* duplici: triplice uel triplici ab hoc et ab hac *add. R* ab hoc et ab hac *add. D* subplice (p) *R* 12 oratius *GK* *Hor. serm.* II 2, 121 *sq.* U. *GLK* 13 tunc *libri aliquot Hor.* saecundas *K* 14 nux] mox *GLK* ficu] *h* fico (*B?*) *DHGLKr cum libris nonnullis Hor.* 15 *Ter. Phorm.* IIII 2, 13 formione *DHK* 16 cummodius *G* cum modius *L* esset *LK* oppinor *B* utier] *h* uti*** *H* 17 *Luc. Phars.* VI 523 *sq.* 18 Non superos *v. l. libror. Luc.* erat *K* nequantu (cc) *Rr* cantus *BG* subplice (p) *Rr* suppice *H* subplici *Voss. B* subplice *Voss. b* 20 *Sall. Catil.* 31, 7 Catilinario] *r* catillinario *RBDL* catillinaria *G* dimisso *B* demiso *K* subplici (p) *Rr* suplici *K* 21 *Iuv. sat.* IIII 11, 28 .UII. *K* 22 figendum *ex* fugendum *corr. in K* fingendum *libri aliquot dett. Iuv.* pectori *L* 23 Oratius *GK* *Hor. serm.* II 6, 31 24 mecaenatem *RD* mecenatem *BHGLK* 25 *Ovid. metamorph.* VI 508 V. *GLK* methamorphoseon *R*

Absentes pro se memori rogat ore || salutent.

(et puto ideo magis in i terminatione uti in hoc nomine veteres, quod antiquissimi 'hic' et 'haec memoris' et 'hoc memore' proferebant, ex quibus ablativus in i solam vult terminari, unde Cicero quoque pro Plan- 64
cio: memori mente persolvunt. ideo autem communio generis est duplicis in ablativo terminationis causa, quod simplicia unius generis inveniuntur, quorum ablativus in e solam exit, et tamen composita ab eo, si communia trium generum sint, tam in e quam in i finiunt eundem casum: 'haec ops ab ope', 'hoc cor a corde', 'hoc caput a capite', 'hic' et 'haec' et 'hoc inops ab inope' vel 'inopi'. Cicero in frumentaria: hanc pecuniam tantam, datam ex aerario inopi atque exhausto), 'anceps ab ancipite' vel 'ancipiti'. Virgilius in III:

Tum vero ancipiti mentem formidine pressus.

similiter 'hic' et 'haec' | et 'hoc concors a concorde' vel 'concordi', unde Persius:

Dividit in geminos concordia fata duorum;

in 'ia' autem desinens pluralis sine dubio ab ablativo est in i terminante. sciendum tamen, quod etiam 'hic' et 'haec concordis' et 'hoc concorde' dicebant, 'hic' et 'haec amentis' et 'hoc amente'. nec mirum, cuius simplex quoque 'mentis' Ennius protulit in Epicharmo:

terra corpus est, at mentis ignis est

pro 'mens'. 'lentis' quoque pro 'lens', et 'paris' pro 'par'. Atta in socru:

1 absentes *spscr. in L* absentem *H* memori pro se *unus alterve cod. Ovid.* rogat] iubet *libri nonnulli Ovid.* rogat ore *ex* rogatore *corr. K* rogatore *L* rogat ore salutent] *h* rogato resalutent *H* salutem *B* 2 in .i. magis ideo *B* magis i *L* antiquissimię *K* 3 ^{me}moris *L* ex quibus et ablatiuus *GLK* 4 vult terminari] *b* uult **erminari *B* terminari uult *K* *Cic. pro Plancio* 33, 80 plautio *BDGLKr* plantatio *H* lautio *R* 5 persol*uunt (l) *L* communio] *h* communi^{o} *Rr* communis *BDHGL* 6 ablativo] *b* ablatimo *ni f. in lit. B* terminationis *ex* terminationes *corr. H* 7 ablatiu^{v}is *Dd* exiit *K* ab eis *h* 8 sint generum *BH* cassum *G* 9 o^{p}bs *Rr* ab ope] ab hac ope *G* ab hac ope in e desinit solum *L* ab hac ope ablatiuus in e dissinit solum *K* ab ope non in .i. sed in .e. desinit solum *H* ab ope. subaudimus non in .i. sed in .e. desinit solum. *B* hoc cor — inope *add. d* ab hoc corde *GLK* capu^{t}d *Rr* ab hoc capite *GLK* 10 ab hoc inope *B* *Cic. in Verr. or.* II III 70, 164 11 tantum uel tantam *G* datam tibi ex *libri Cic.* exhausto] *r* exausto *RDLK* inexhausto *Cic. Lagom.* 29 inhausto *Lagom.* 42 12 *Verg. Aen.* III 47 13 anticipi *D* praessus *BD* p̄si *G* p̄ssi *LK* 15 *Pers. sat.* 5, 49 16 facta *H* d*uorum (i) *K* deorum *L* tuorum *Pers. Ebnerianus* 17 pluralis] nominatiuus pluralis *D* pluralis nominatiuus *GLKrh* ab *om. GLK* 19 dicebant ụṭ hic *Dd* dicebant et hic *GLK* dicebant antiqui et hic *B* amante *B* 20 e^{N}nius *Rr* *Enn. Epicharmi fr. p.* 175 *Hessel. fr.* V *p.* 168 *Vahl. cf. Petermannum üb. d. Sat. des Ennius part.* II p. 11 ephicharmo *BH* ẻphicarmo *R* 21 ad *B* ignis est. Ignis pro *B* 22 par. Atta] *r* parata *R* Atta] *h* Ata *BH* ^{at}*ta (i) *Dd* Atta in] *spscr. m. rec. in K* Idem *GLK* *Att. socr. fr. p.* 100 *Both.* 161 *Neuk. p.* 139 *Ribb.* 23 socrum *R*

Ad hanc fortunam accessit †ei fortuna paris.

65 'vigil', quod quidam duorum, quidam trium generum commune putant esse debere, 'a vigile' vel 'vigili' facit ablativum - Iuvenalis in V:

Praeterea lateris vigili cum febre dolorem.

Statius in II Achilleidos:

Aspicit intentum vigilique haec aure trahentem -,

'teres a terete' vel 'tereti' - Virgilius in VII:

sed haec tereti mos est aptare flagello.

idem in eodem:

Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.

idem in XI:

Et fundam tereti circum caput egit habena -,

'hebes ab hebete' vel 'hebeti' - Iuvenalis in IIII:

hebeti lautissima ferro
Caeditur et tota sonat ulmea caena Suburra -

(quaeritur, an, || cum 'hic' et 'haec' et 'hoc hospes' et 'sospes' dicatur, unde Lucanus in V:

Hospes in externis audivit curia tectis

et Statius in IIII Thebaidos:

Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina

et Iuvenalis in V:

numquam
Depositum tibi sospes erit,

possit 'ab hoc sospite' et 'sospiti' dici, quod adhuc apud nullum legi, sed 'ab | hospite' et 'sospite'? Virgilius in VIII:

1 furtunam *GLK* accesit *L* fortuna ei *Bothius* furtuna *LK* 2 duum *GLK* "esse "putant *Ll* 3 *Iuv. sat.* V 13, 229. 4 uigili*(s) *R* 5 *Stat. Achill.* II 120 II] *Krehlius* I. *libri* achileidos *GK* 6 aspice *B* trahentem] *sic etiam scholiastes Stat. cum codd. ut vid. plerisque, Queckii omnibus* bibentem '*membranae bonae fidei' Stat. ab I. F. Gronovio l.* 7 terite *G* teriti *GL* *Verg. Aen.* VII 731 *cf.* § 35 VI. *RBDHKl* 8 hec *ni f. H* h[o]c *h* teriti *GL* mos est *add. h* 9 *Verg. Aen.* VII 665 10 teriti *GK* pugnam *B* macrone *GK* mocrone *L* ueruque *etiam Ver.* ueru *L Pal.* 11 *Verg. Aen.* XI 579 12 funda *RGLK* teriti *G* caput *ex* capud *corr. D* capud *h* tegit *Rr* exegit *Rom.* 13 Habes *D* Haebes *d* a[b]d *Dd* hebite *G* hebiti *G* haebacti *D* *Iuv. sat.* IIII 11, 140 *sq.* 14 hebiti *G* fe[r]ro *Rr* 15 ceditur *RDHGb* Ce*di-tur (n?) *B* tota *add. Pith. m. alt.* cena *H* cena "habena "[a]suburra *Dd* Suburra] *rk* saburra *RH* soburra *B* subora *GLK* Subura (Sybura *Pith. m. pr.*) *codd. Iuv.* 16 [h]ospes *R* ospes *HGLK* 17 *Luc. Phars.* V 11 *cf. lib.* V § 24 18 ospes *GK* hoc pes *R* 19 *Stat. Theb.* IIII 842 *sq.* tebaidos *K* 20 fesisque *G* fessis quae *Hh* ospita *GLK* pand[a]es *Rr* panda *B* 22 *Iuv. sat.* V 13, 177 *sq.*
23 Numquam] nec unquam *h cf.* § 35 *et lib.* V § 25 Numquid *B* 24 erit ab hoc ospite et ospiti et sospete uel sospeti possit dici *K* 25 hoc sospite] hospiti *B* *post* sospiti: et ospite et ospiti *add. GL* adhc̄ *G* 26 *ospite (h) *G* ospite *K* *Verg. Aen.* VIII 470 *sq.*

quo sospite numquam
Res equidem Troiae victas aut regna fatebor.

et fortassis quia haec sola in 'es' terminantium etiam in a faciunt feminina, evitaverunt communium aliorum regulam ablativi, vel quod in heroico stare metro non possit nisi in e terminans eorum ablativus. quod 66 autem etiam in a desinunt supra dicta nomina, usus confirmat. Virgilius in III:

Et pater Anchises: bellum, o terra hospita, portas.

idem in IIII compositum ab eo:

Et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis.

Ovidius in II fastorum:

Principio mensis Phrygiae contermina matris
Hospita delubris dicitur aucta novis.

Cicero pro Murena: a sacris patriis Iunonis Sospitae), 'tridens a tridente' vel 'tridenti': potest enim esse trium generum, nam lectum est 'tridenti hasta' et 'telo', quamvis, cum Neptuni fuscinam per se positum significat, masculino genere invenitur. Virgilius in II:

Neptunus muros magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit.

'locuples' quoque, quia trium est generum, 'a locuplete' vel 'locupleti' facit ablativum. Cicero in frumentaria: in provincia locupleti ac referta.

In 'er' communia, quae non exeunt etiam in 'is', per e solam in- XIII 67 venio proferentia ablativum: 'hic' et 'haec' et 'hoc pauper a paupere', 'hic' et 'haec' et 'hoc degener a degenere', 'hic' et 'haec' et 'hoc uber ab ubere', 'ὁ εὐθαλής ἡ εὐθαλής' καὶ 'τὸ εὐθαλές'. similiter in e et in i

1 quos hospite *L* quos hospite *Pal.* numquam sese quidem *B* 2 sequidem *H* reg*na (i) *B* 3 fortasis *G* terminantia *GLK* etiam] et *G* faciunt etiam in a *K* 4 &uitauerunt (e) *Rr* communem *RBDH* regulā* *ex* regulas *corr.* *H* haeroico *LK* 6 suppradicta *K* *Verg. Aen.* III 539 7 VII. *K* 8 ospita *K* 9 *Verg. Aen.* IIII 41 III (I.) *L* III. *rell.* *abeo (h) *D* 10 inferni *cum Verg. Vratisl.* *GKl* inospita *GK* Syrtis] *d* sirtis *G* systis (i) *D* syrt** *Pal.* syrtes *Med. Fr.* 11 *Ovid. fast.* II 55 *sq.* 12 pcipio *D* phrigiae *RGLK* frigiae *D* frigie *H* matris *cf. lib.* V § 24 13 Hospita] (*nisi quod* ospita *GK*) *h. l. libri cum Ovid. Vatic. et Petav. a m. pr. corr.* Sospita *lib.* V § 24 VII § 35 *cum Ovidio* octa (u) *R* 14 *Cic. pro Murena* 41, 90 A *spscr. in L* sacri *GLK* patris *GLK cum libris nonnullis Cic.* Sospitae] *k* ospitae *GK* hospitae *L* 15 tridente uel tridente (i) *Rr* potest — cum] *add. d* ** *D* 16 asta (h) *R* nectuni (p) *Rr* 17 significat *spscr. in L* genere *om. K* *Verg. Aen.* II 610 *sq.* 18 moros *B* muros (q.) manu emota *Gg* aemota *D* emota tridenti] *b* emota *denti *R* tridente *H* 20 Locupes *H* lociples *K* generum est *DL* loc*uplete (l) *R* lociplete uel locipleti *K* 21 *Cic. in Verr.* II III 19, 48 prouintia *DH* tam locuplete *libri Cic.* locipleti *K* 22 *ac (h) *D* hac *LK* 23 in his *Rr* inuenio *spscr. K* 25 hoc degener*(e) *H* 26 ab ubere *post* εὐθαλές *collocant* *HGLK* ὁ εὐθαλής — εὐθαλές] *om. B* ΟΥΘΑΛΗϹ ΕΘΑΛΗϹ ΚΕ********* (A Θ.ΗΥΘΑΛΗϹ Ε) *Rr* ΟΥΘΑΛΗϹ.

faciunt ablativum in 'vis' vel 'guis' vel 'ctis' vel 'mnis' vel 'gnis' terminantia nomina nominativum et alia fere omnia, quorum extrema syllaba in 'is' desinit a duabus incipiens consonantibus, ut 'avis ab ave' vel 'avi' - Horatius in I carminum:

Nereus fata: mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Graecia milite -,

'navis a na||ve' vel 'navi' - Cicero de suppliciis: quo enim tibi navi opus fuit? Terentius in Andria:

navi fracta apud Andrum [insulam].

idem in heautontimorumeno:

advenientem, e navi egredientem ilico
Abduxi ad cenam.

in eadem:

Dies triginta aut plus ego in navi fui.

Virgilius vero per e protulit in V:

At media Mnestheus incedens nave per ipsos
Hortatur socios -,

68 'civis a cive' vel 'civi' - Iuvenalis in IIII:

quid illo cive tulisset
Natura in terris.

Cicero in Verrinarum IIII: quod Siculus a civi Romano, civis Romanus datur ..... primum suae legis, quod civis cum civi

ΕΥΘΑΛΕC.ΚΑΥ ΤΟ ΕΥΘΑΛΕC *Dd* ΟΥΘΑΛΗC.ΗΥΘΑΛΗC.ΚΑΙ ΟΥΘΑΛΗC *H* Ο ΕΥΘΑΛΕC ΚΑΙ Η ΕΥΕΑΛΗC ΚΑΙ ΤΟ ΕΥΕΑΛΗC *G* Ο ΕΥΕΑΛΗC Η ****ΛΕC ΚΑΙ ΤΟ ΕΥΕΑΛΗC *L* Ο.ΥΘΑΛΗCΥ.ΘΑΛΗC.ΚΑΙ.ΤΟ ΕΥΕΑΛΗC. *K* 1 uel ***guis (lin?) *H* guis] gnis *GLK* uel in ctis *R* gnis] guis *GLK* 2 nomina ** nominatiuum (no) *H* 3 duabus] *dh* duobus *DH* uel ab aui *GK* 4 orā *K* *Hor. carm.* I 15, 5 *sq.* I lib. carminum *G* 5 fata] *rd* fama *RBDGLK* fata ** mala (ma) *H* mala *add. g* du*cis (l?) *L* 7 uel a naui *GLK* *Cic. Verr.* II v 18, 45 Cicero ****** de suppliciis (de poena) *H* supliciis *K* quid *Cicero et sic Prisc. Barberinianus, eadem tamen manu* quo *emendante* 8 naui* (s) *B* naui *etiam Cic. opt. Reg. Guelf.* 1 naue *Lagom.* 29 *cum dett.* nauim, narram *al.* opus] tipus *G* typus *L* opus fuit *om. libri Cic. meliores omnes* *Ter. Andr.* V 4, 20 9 naue *Bemb. Bas.* ad *Bemb.* Andrum eiectus est *Terentius* insolam *GLK* 10 *Ter. heautontim.* I 2, 8 *sq.* eautontimorumeno *BDHK* eautontimorummeno *R* eutontimorumeno *L* eutontīorumeno *G* 11 aduenie̱nte me *LK* aduenie̱nte me* naui (e) *D* 12 Abduxi] *d* adduxi *DGLK* aduxi *Bas.* caenam *RD* 13 Ter. in eadem] *immo in hecyr.* III 4, 7 eodem *B* 14 ego *om. D* eo *Terentius* in *om. H* 15 *Verg. Aen.* V 188 *sq.* 16 At media socios incedens..... | Hortatur Mnestheus *Vergilius* At] *h* ad *RH* ut *K* media.nestheus *Rr* mediam mnesteus *B* mediā (media *d*) nestheus *DH* incaedens *K* istos *GLK* 17 ortatur *Rr* ortatur *HK* sotios *D* 18 civis] *b* Ciu** *B* *Iuv. sat.* IIII 10, 278 *sq.* 19 quod *h* tullisset *G* 21 *Cic. or. Verr.* II II 12, 32 *et* 33 uerrenarum *G* Siculus] *l* sicilus *LH* siculuus *H* civi] *Cic. Lagom.* 42 *pr. m.* ciue *libri Cic. plerique* ciuis Romanus *om. Cic. Lagom.* 29 22 suae] sciae *Cic. Nannianus* leges *Cicero* ciueis *Lagom.* 29 *m. pr.* cum *om. GLK* ciui *sic etiam Cic. Lagom.* 42 *pr. m., Nannianus testeque Brunnio Vaticanus*

ageret. sic enim veteres codices habent, quos imperitia quorundam corrupit mutantium scripturam. idem pro Plancio: quid dicam de C. Virgilio, tali civi et viro? et mox: in navi tuta. idem pro Sestio: quod esset ausus pro civi, pro bene merito civi. idem in VII Philippicarum: sed in principe civi non est satis –, 'vectis a vecte' vel 'vecti' - Terentius in eunucho:

in medium huc agmen cum vecti, | Donax –,

'ignis ab igne' vel 'igni' - Virgilius in IIII:

Vulnus alit venis et caeco carpitur igni.

idem in I georgicon:

Et, quamvis igni exiguo, properata maderent.

Iuvenalis in V:

minor igne rogi.

Lucanus in I:

Igne vago lustrare iuvat, tibi numine ab omni ..

'amnis' etiam 'ab hoc amne' vel 'amni'. Virgilius in VIIII:

murorum in parte sinistra
Opposuere aciem, nam dextera cingitur amni.

idem in I georgicon:

prono rapit alveus amni.

Lucanus in VI:

1 agere *BGLK* enim *infra lin. add. K* * habent ciui quos inperitia *B* corrupit] *r* corrigit *R* corrumpit *BGLK* 2 *Cic. pro Plancio* 40, 96 Plancio] *h* plantio *RBD* latino *HGLK* dicam? C. Vergilio (Virgilio *pars codd.*) *Cicero* g̃. *DHGK* g̃n. *R* gn. *B* 3 *Cic. pro Plancio* 41, 97 naue *Cic. cod. Tegerns. Erfurt. al* *Cic. pro Sestio* 12, 29 Sestio] *ex* sertio *corr. D*, *ex* festio *K* festio *GL* settio *B* 4 quod] *b* qu* *B* quo *L* ''esset 'ausus *R* ausus esset *Cic. schol. Vat. in lemmate* usus *GL* ciue *schol. laud.* pro ber emerito *L* ciue *schol. laud.* *Cic. or. Philipp.* VII 7, 20 5 philipicarum *HG* ciue *v. l. ap. Cic.* non est satis] *sic etiam Cic. Vat. Ferr.* non satis est *al.* 6 *Ter. eun.* IIII 7, 4 enucho *H* eunacho *L* iunucho *K* iunacho *G* 7 huc *om. GLK* hunc *B* uecte *Bas.* Donax *Terentius* doo|nax (dorax *m. alt.*) *Darmst.*[c] Dorax *Caroliruh.* 2 *Lips.* 2 *Krehlii* donatac *R* donate *BDHGLK* 8 uel ab igni *G* *Verg. Aen.* IIII 2 9 ue(i)nus *Pal. m. alt. corr.* ceto *H* cap(r)itur *G* igne *Fr.* 10 *Verg. georg.* I 196 11 ignis *Med.* signi *Rom.* exig(v)o *Rr* propera*t*ā properata *Dd* properate *G* properatam adherent *l Rom.* properata maderent *ni f. L* 12 *Iuv. sat.* V 15, 140 13 igni *GK* 14 Lucilius *B* *Luc. Phars.* I 50 I] *Wallrafianus* .U. *K* II. *rell.* 15 igne *Rr* ign(i) *nonnulli codd. Luc.* uago *Ll* (uel sto) iuuet *libri aliquot Luc.* uu**t *Voss. B* iuuat *Voss. b* tibi] ꝉ (*i. e.* uel, *ex male intellecto* t ortum) *G* numine] *h* nomine *HGLK* 16 *Verg. Aen.* VIIII 468 *sq.* 17 murorum in parte sinistra *add. d* in *om. Rom.* 18 oposuere *G* opossuere *K* dextra *BDHGLK Rom.* dext(e)ra *Med.* amnis *B* amnis *Pal.* 19 *Verg. georg.* I 203 atque illum in (in *om. Pal.*) praeceps prono rapit alueus amni *Med. Pal.* atque illum prono (pre)inceps trahit alueus amni (pre *m. rec.*) *Rom.* 20 pron(o)u *D* 21 *Luc. Phars.* VI 366 *sq.*

ferit amne citato
Maliacas Sperchios aquas –.

'anguis ab angue' vel 'angui' - Statius in IIII:

Angue ter excusso.

Horatius in I epistularum:

Alter Mileti textam cane peius et angui
Vitabat chlamydem –.

69 similiter 'ab ungue' vel 'ungui' - idem in eodem:

ad haec ego naribus uti
Formido et, luctantis acuto ne secer ungui –.

invenitur etiam 'a minore' vel 'minori', 'a leviore' vel 'leviori' et 'a maiore' vel 'maiori'. Iuvenalis in V:

Numinibus miserum †urguebat Atlanta minori
Pondere.

Statius in VI Thebaidos:

numquam hunc animum natura minori
Corpore nec tantas ausa est includere vires.

Iuvenalis in III:

non defuit || illi,
Vnde emeret multa pascendum carne leonem
Iam domitum. constat leviori belua sumptu
Nimirum et capiunt plus intestina poetae.

Lucanus in VII:

Vixque revulsa solo maiori pondere pressum
Signiferi mersere caput.

2 malliacas *RBDh cum Voss. utroque: sic igitur f. scr. Priscianus* maliaca *GL* sperchius *Voss. A al.* sper chios *Voss. B* spercheos, spercheus *vv. ll. ap. Luc.* aqua[s] *Rr* 3 anguis *om. HG* ab ange *G* uel [ab] angui *L* uel ab angui *K* *Stat. Theb.* IIII 485 4 excuso *G* 5 oratius *K* *Hor. epp.* I 17, 30 *sq.* aepistolarum *K* 6 Al*ter (i?) *H* mil[e]eti *H* meleti *GLK* pe[c]ius *in litura K* pius *Ll* angue *libri Horat. plerique* 7 vitabat] *mei omnes cum perpaucis codd. Hor.* uitabit *Heidelb. cum Horatio* uitauit *libri aliquot Hor.* clamydem (h) *H* clamydem *B* chlamidem *GLK* clamidem *RD* 8 simil[l]iter *H* *Hor. epp.* I 19, 45 *sq.* 10 et *om. libri nonnulli Hor.* se[c]c[s]er *Gg* ungue *libri nonnulli Hor.* 12 maiore] maio *R* uel a *GLK* *Iuv. sat.* V 13, 48 *sq.* 13 miserumque *DG* urguebat] *r* urgebat *RGLK* urguebant *Iuv. Pith. cum codd. fg Iahnii* urgebant *Iuv. rell.* ad[t]lanta *Rr* athlanta *BLK* athlante *G* 15 Statius — uires *infra post* mersere caput *collocat H* *Stat. Theb.* VI 845 *sq.* VII. *H* tebaidos *G* 16 minore *GL* 17 nec **** (enim) *B* tantas ausa est] tantaus[s. ausa]. est *Rr* tantalis est *HGLK* incudere *B* 18 *Iuv. sat.* III 7, 75 *sqq.* IIII. *LK* 19 non] nec *Iuvenalis* 20 pascendum] *d* pascenda *DGLK* carne] caue *L* caue[re]. *Gg* leonei *Hh* 21 liu[e]iori *Rr* bel*a.ua (l *ni f.*) *R* sumtu *DL* 22 N[i]mirum *Dd* cupiunt *Iuv. cod. Norimb.* 1 23 *Luc. Phars.* VII 162 *sq.* 24 solo *ex* sola *ni f. corr. L* maior[i]e *G* maiore *LK* 25 caput *ex* capud *corr. D*

nec mirum, tam in i quam in e comparativorum ablativos terminari, cum vetustissimi etiam neutrum in 'or' finiebant et erat eadem terminatio communis trium | generum, quae capax est, ut docuimus, utriusque ablativi, tam in e quam in i terminantis. Valerius Antias in VI annalium: hoc senatusconsultum prior factum est. Cassius Emina annalem suum quartum hoc titulo inscripsit: bellum Punicum posterior. Claudius in VIIII annali: qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent. in eodem: ubi decreverunt, commemorant, Gracchо foedus prior Pompeianum non esse servatum. propria, si sint appellativis similia in i terminantibus XIIII 70
ablativum, ipsa per e eundem proferunt casum, sicut supra dictum est, ut 'Iuvenalis, Martialis, Felix' [propria] 'a Iuvenale, Martiale, Felice'. 'rudis', quando commune est significans recentem, et neutrum in e facit, 'hoc rude', et ablativum in i, 'a rudi'; quando vero virgam, qua gladiatores donati cessabant gladiatura, femininum est solum et ablativum in e finit. Iuvenalis in II:

hic Sergius idem
Accepta rude coepisset †Vegento videri.

'strigilis' vel derivativum est a 'stringo' vel a Graeco *στλεγγίδος*. itaque rationabiliter in i terminavit ablativum. Horatius in II sermonum:

an hic †peccavit, sub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat strigili?

In 'ix' etiam feminina verbalia, quia possunt esse communia cum

1 mirum a in i [tam] *Ll* e quam in i *BG* comparatiuum *B* ablatiuum *L* 2 cummunis *G* 4 tam] *d* quam *D* i quam in e *LK* terminantis] *d* terminantes *D* uallerius *Rr* ua[t]learius *G* ualearius *LK* ancias *Rr* *Valerii Ant. ann. lib.* VI *fr. p.* 274 *Kr. fr.* 17 *p.* 355 *Rth.* 5 senatus.consul[um]tam *Dd* cassius] *r* casius *RGK* aemina *H* hemina *DGLK et in litura B* *Cassii Heminae ann. lib.* IIII *p.* 162 *Kr. fr.* 31 *p.* 293 *Rth.* 7 *Claudii Quadrigarii ann. fr. lib.* VIII (*sic enim edd. inde ab α; at v. Krehlium t.* II *p.* 522) *p.* 258 *Kr. lib.* VIIII *fr.* 56 *p.* 348 *Rth.* annalium *r* qui *in litura h* 8 meminisset *H* Idem in eodem *L* in eodem] *p.* 259 *Kr. l. l. Rth.* 9 graecho *R* gracco *Lr* gracho *BGK* graco *H* fedus *D* pompianum *K* 10 si *spscr. in L* 11 proferunt [tur] *Rr* ut *om. DGLK* 12 mar[t]cialis *Rr* a *om. GLK* fecile [lice] *Dd* 13 significat *BH* 14 rude ablatiuum *B* a[b]llatiuum *Rr* ablatiuus *L* a *om. L* qua *add. b* 15 domati [uel donati] *Dd* domati *B* caesabant *LK* solum est *GLK* 16 finit] facit *r* *Iuv. sat.* II 6, 112 *sq.* U. *GL* 17 seregius *GLK* 18 acceptura *H* cepisset *B* uegento *libri cum parte libror. dett. Iuv.* Veiento *Iuvenalis et sic libri isti plerique* uelento *Pith. Iuv.* 19 derivativum] *r* deriuata *R* as|tringo *B* stringuo *K* *στλεγγίδος*] *α* CTΛΕΓΓΙΔΟC *H* CTΕΓΓΙΔΟC CΥΛΛΕΓΙΔΟC. *B* CTΛΕΓΙΔΟC *R* CTΡΕΓΙΔΟC *D* CTΡΑΓΙΔΟC *GL* ΥΤΡΑΤΙΔΟC *K* *στλεγγις μ* 20 terminauit ablatiuum in i *L* oratius *K* *Hor. serm.* II 7, 109 *sq.*: Corpus. an hic peccat, sub *etc.* 21 puer] *h Horatius* per *H rell.* uuam furtiuam *duo codd. Krehlii et sic et* uua furtiuam *libri aliquot Hor.* 22 mutauit *D* 23 uerbialia *B* quia] quae *GLK* communia in numero plurali cum *RG*

neutris, ut 'victrix', 'ultrix', unde et 'victricia', 'ultricia', tam in e quam in i finiunt ablativum. Lucanus in I:

In sua victrici conversum viscera dextra.

idem in eodem:

Tollite iam pridem, victricia tollite signa.

Statius in V: |

ultricia Graiis
Virginibus dare tela pater.

'postis' etiam 'a poste'. vel 'posti' invenio, quia, ut supra diximus, a duabus consonantibus incipiens finalis syllaba in 'is' desinit. Lucanus in V:

tum || poste recluso
Dux ait.

Ovidius in V metamorphoseon:

Raptaque de dextro robusta repagula posti
Ossibus inlisit.

In 'âs' quoque circumflexa, quae apud veteres etiam in 'tis' proferri docuimus, tam in e quam in i finiunt ablativum. Cicero pro Vareno: G. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate. idem in eadem: in praefectura Fulginate. idem pro Cluentio: ex municipio
71 Aletrinati. alia vero omnia tertiae declinationis nomina in e desinunt per ablativos correptam, cum omnes aliae terminationes ablativi in omni declinatione producantur. ergo si qua ex his, quae debent in e per ablativum proferri, inveniamus per i prolata, auctoritati adscribimus, quae saepe etiam dativis pro ablativis nec non etiam pro genetivis est usa, ut Virgilius in VIII:

Advectum Aenean classi victosque penates,

1 uictritia (c) *Rr* ultritia (c) *Rr* ultritia *D* et ultricia *GK* i quam in e *L* 2 *Luc. Phars.* I 3 I] *cod. Wallrafianus* II. *libri rell.* 3 ulctrici *K* ultrici *GLr* 4 *Luc. Phars.* I 347 5 victricia] *r* uictritia *RD* 6 *Stat. Theb.* V 117 *sq.* 7 ultritia *D* uultricia *K* graiis *1, Statius* (*sic Cass. m. alt.*) graius *RB* grauis *DGLK cum Cass. m. pr.* grais *d* gragius (a) *H* 8 tele *Hh* "pater "tela *K* pater] pater danaus *R* danaus pater *BD* danitus pater *H* 10 consonatibus *L* finialis *DK* *Luc. Phars.* V 531 *sq.* 12 tum] *h* dum *H* tunc *libri aliquot Luc. cum Voss. B* 14 *Ovid. metamorph.* V 120 *sq.* 15 repagula] *k* repacula *BDGLK* poste *pars libror. Ovid.* 16 illaesit *GL* ill*essit (a) *K* immisit *aliquot*, infixit, elidit *singuli codd. Ovid.* 17 *post* quoque: desinentia *in mg. add. h* 18 i quam in e *L* Cicero pro Vareno] *fr.* 3: *opp.* IIII 2 *p.* 443 *Orell.* uarreno *K* 19 *post* municipio: Fulginate — municipio *om. R add. r* fulginatae *r* Cic. pro Vareno] *fr.* 4 *ap. Orell. l. l.* eodem *h* 20 Idem in pro *K* *Cic. pro Cluent.* 16, 46 mucipio (ni) *L* 21 alecrinati *GLK aut* Larinati *aut* Aletrinate *libri Cic.* 22 correpta *r* aliae *om. K* 23 producuntur *L* per ablatiuos proferri *GL* 24 asscribimus *RGLK* 25 saepe *om. GLK* ut *om. LK* 26 *Verg. Aen.* VIII 11 VIIII. *R* 27 aeneā *D* classi* (s) *B* cassi (l) *Hh* clasi *LK* uectosque *LK Verg. Leid. m. alt.* uectos (que) *Gg* ponates (e) *Hh* penatis *Med. Pal. Rom.*

pro 'advectum classe', nisi si dicamus hellenismo usum esse poetam; dativo enim casui illi hoc adiungunt verbum.

In Graecis est quando invenimus e producta finiri ablativum tam primae quam tertiae declinationis nominum, qui magis dativus est Graecus pro ablativo positus Latino. Virgilius in I:

ipse uno graditur comitatus Achatē.

Lucanus in VIII:

Signaque ab Euphratē cum Crassis capta sequentes.

similiter 'a Demosthenē', 'Aristotelē', 'Hermogenē'. | vetustissimi tamen 72
etiam in quibusdam Latinis, quae nominativum in 'es' productam terminantia pares cum genetivo habent syllabas in hac declinatione, solebant producere ablativum more quintae declinationis vel supra dictorum Graecorum: 'a molē', 'tabē', 'famē', quod adhuc sic profertur. Virgilius in VI:

offam
Obicit; ille famē rabida tria guttura pandens.

Lucanus in X:

Non mandante famē; multas volucresque ferasque
Aegypti posuere deos.

Iuvenalis in V:

Membra aliena famē lacerabant, esse parati
Et sua.

Lucretius:

Imbribus ut tabē nimborum arbusta vacillent.

DE NOMINATIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

Nominativus pluralis fit a genetivo || singulari mutata ultima 'is' in XV 73
'es' productam in masculinis et femininis et communibus, ut 'huius cardinis hi cardinēs', 'huius consulis hi consulēs', 'huius matris hae matrēs',

1 clase *K* clase*nisi *L* si *om. HL* ^h^ellenismo *Rr* helenismo *GK* helinismo *L* 2 casui] *h* casu *DHGL* 5 positus latino *add. r* *Verg. Aen.* I 312 7 *Luc. Phars.* VIII 358 VII. *L* 8 eufrate *DGLK* eufrathe *H* crasis *G* capte *G* sequentis *D* sequentem *Lu^e^canus* 9 athemostene *GK* demostene *BH* themostene *L* aristotile *GK* hermogine *GLK* 10 etiam *om. G* 12 more *B* quinte daeclinationis *H* supraditorum *R* 13 ut a *L* thabe *H* *Verg. Aen.* VI 420 *sq. cf. lib.* VI § 59 15 obiccit *L* obiiecit *G* rapida *B* tr^i^ea *G* trea *L* gott^v^ora *G* gutura *L* 16 *Luc. Phars.* X 158 *sq.* 17 mandante] *k* mandente *GLKd* mandante fame] *b* mandan****** *B* famen *Rr* mult^s^a *Rr* uoluce^r^sque *L* uolucres quae *H* fecerasque *B* 18 egipti *G* egypti *L* possuere *K* 19 *Iuv. sat.* V 15, 102 *sq.* 20 menbra *H* 22 *Lucr.* I 806 Lucretius in *G* 23 In imbribus *L* ut] *d rell. prob. Bernaysio praef. ed. Lucret. p.* VIII *sq.* et *D cum libris Lucretianis* tabe enim arborum arbusta *B* 24 PLVRALI CASV *B* TERTIE *D* 25 Nominatiuus pluralis tertiae a *L* Nominatiuus ^.i. fit^ pluralis tiae decli a *G* fit *h. l. om., post* communibus *add. K* is ultima *D* 26 feminis *R* 27 hic cardines *R* hic consules *R*

'huius vatis hi' et 'hac vatēs'. neutra vero ex ablativo singulari faciunt nominativum pluralem hoc modo. si in i vel tam in i quam in e exeat ablativus, correpta i et addita a fit nominativus pluralis, ut 'ab hoc mari haec maria', 'ab hoc cervicali cervicalia', 'a lacunari lacunaria', 'a pari' vel 'pare paria', 'a felice' vel 'felici felicia'. excipitur 'a vetere' vel 'veteri', quod 'vetera' et non 'veteria' facit, nec non 'ab hoc ludicri', quod 'ludicra' et non 'ludicria' dicimus. Virgilius in XII Aeneidos:

neque enim levia aut ludicra petuntur
Praemia, sed Turni de vita et sanguine certant.

74 similiter comparativa, quae ablativum tam in e quam in i terminant: 'maiora' enim et 'minora' | et 'plura' dicimus, quamvis antiqui etiam 'pluria' dixerunt, unde compositum 'compluria'. Terentius in Phormione:

Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria.

Cicero de signis: immo vero alia compluria; in quibusdam tamen codicibus invenitur 'complura'. idem in eodem: dies continuos compluris. idem pro Caecina: compluris armatos. 'gausape' quoque, sicut supra diximus, et ablativum in e terminat, 'ab hoc gausape' et nominativum pluralem in a definit: 'gausapa' enim, non 'gausapia' dicimus. Horatius sermonum II:

Gausape purpureo mensam pertersit acernam.

Persius:

Iam chlamydes regum, iam lutea gausapa captis.

'aplustre' itidem quamvis faciat ablativum 'ab hoc aplustri', nominativum

1 hae et hi uates *K* nominatiuum faciunt *GLK* 2 pluralem *om. GLK* 3 addita *spscr. L* fit nominatiuus — ceruicalia *om. D add. d* notiuus *K* ab hoc *om. d* 4 haec ceruicalia *BDHK* lacūnaria *in* lacnaria *mut. H* a *om. R* pare uel pari *B* 5 felice vel felici] felic**e *R* filici uel a felice *G* 6 et *om. L* facit *spscr. in K* ū ū (nec) *Dd* 7 et *om. GLK* lūcridia *D* *Verg. Aen.* XII 764 *sq.* Aeneidos XII *BH* 8 nec *D cum Pal.* lenia *G* ludicra] uel u *vel* ludrica *BD* 9 proemia *B* premia * turni (s̄ *ni f.*) *H* turni debita (debita *L*) sanguine *GL* vita] *d* ***a *D* 10 similiter excipiuntur comparatiua *GL* i quam in e *GLK* 11 plur**ia (al) *RDH* 12 *Ter. Phorm.* IIII 3, 6 14 multa a aduenienti *R* complur**ia (al) *H* *post* compluria: Cicero — alia compluria *om. G* 15 *Cic. in Verr. or.* II IIII 46, 102 inmo *D* 16 quoddicibus (co) *Rr* complura*** (lia) *H* compluralia *GLK* conplura (*Reg.*) *vel* complura *codd. Cic.* in eodem] *inmo de suppliciis* II v 52, 137 continuos compluris *R* 17 coupluris *H* complures *LK cum codd. Cic. plerisque* conplures *Cic. Reg.* plures *Lagom.* 29 *post* compluris: idem — compluris *om. H* *Cic. pro Caecina* 9, 24 cecina *RBDG* oecina *L* coecina *K* complures *L cum libris Cic.* gausapae *R* 18 quo*qe (v) *Dd* sicut] ut *K* dix̄ *G* terminat] facit *B* (et) ab hoc *Rr* 19 difinit *Rr* difinit *L* dissinit *ex* diffinit *mut. G* dissi.t (nī) *K* 20 Horatius] *d* oratius *DGLK* *Hor. serm.* II 8, 11 *cf.* § 55 21 porporeo *G* protersit *GL* praetersit *K* acernam *ex v. praecedente huc translatum est* et alter *Horatius* 22 *Pers. sat.* 6, 46 *cf.* § 55 23 clamydes *B* chlamides *GLK* clamides *RDH* regnum *D* gaussapa *Rr* capis *LK*

tamen pluralem non solum in a, sed etiam in 'ia' terminat: et 'aplustra' enim et 'aplustria' antiqui protulisse inveniuntur. Cicero in Arato:

Navibus absumptis fluitantia quaerere aplustra.

Caesar in Arato:

Fulgent Argoae stellis aplustria puppis.

alia vero omnia neutra, quae in e terminant ablativum, mutata e in a faciunt nominativum pluralem: 'ab hoc numine haec numina', 'a tempore tempora', 'a tubere tubera', 'a capite capita'. ||

DE GENETIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

Genetivus pluralis tertiae declinationis nascitur ab ablativo singulari XVI 75 hoc modo: cum in i vel et in e et in i desinit, correpta i assumit 'um', ut 'a sedili horum sedilium', 'a cervicali cervicalium', 'ab equestri equestrium', 'ab utili utilium', 'a sapiente' vel 'sapienti sapientium'. 'a felice' vel 'felici felicium'. multa tamen per syncopam solent proferri: 'sapientum' pro 'sapientium', 'merentum' pro 'merentium' - Statius in II Thebaidos:

dabitur, mihi crede, merentum
Consiliis tranquilla dies.

idem in IIII:

aeternaque sontum
Supplicia -,

'caelestum' pro 'caelestium'. Virgilius in VII:

Caelestum vis magna iubet.

et sciendum tamen, quod rarissime haec, quae in solam i finiunt ablativum, syncopam patiuntur i per genetivum pluralem. inveni 'marum' pro 'ma-

uel ia uel a
1 in a *Kk* in ia *Kk* terminant *Dd* et *ante* aplustra *om. GL* et | et aplustra *H* et aplustra enim et aplustria] *r* et aplustra enim et aplustra et aplu***** *R* 2 antiqui] antiquissimi *B cf. Vahlenii Enn. ann. inc. sed. fr.* CXXV *p.* 85
lo
protullisse *G* *Ciceron. Arat. fr.* XXII *p.* 522 *Or.* in ara *in litura d* 3 absumptis] *r* absumtis *L* assumptis *R* aut summis *s.* ab summis *Salmasius in Solin. c.* 34 *p.* 573 *ed.* 1629 4 *Caesaris Germanici Arat. v.* 345 5 argoe *DH* argue
ria p
GLK argoe stellis *r* argo estellis *R* applust pupis *Gg* pupis *L* 6 uero
n
om. LK terminent *G* in a *spscr. in K* 7 mumine *Rr* numima *D* 8 capita] *ex corr. hb* capite *ni f. B* 9 GENITIVO *BDHGL* TERTIAE DECLINATIONIS *om. DH* 10 ab *add. r om. RBDG* 11 cum in e uel in i disinit (dissinit *K*)
in e
GK cum uel in i disinit *Ll* et *ante* in e *eras. in D om. BH* et in i *om. BDH* et i *add. d* adsumit *B* 12 horum ceruicalium *r* aequestri *L* equistri *G* aequestrium *DL* 13 horum utilium *B* uel *add. b* uel sapienti *om. H* 15 pro *ante* sapientium *om. H* *Stat. Theb.* II 356 *sq.* 16 tebaidos *G* 19 *Stat. Theb.* IIII 475 *sq.* IIII] *B* III. *rell.* 20 aeterna **** son**tum (*priore loco* quae *eras.*) *R* 21 subplicia *R* suplicia *GK* 22 *Verg. Aen.* VII 432
o
in septimo *π* VIIII. *R* in VIIII. *BDGK* in W. III. *H* in IX. *L* 23 coelestum *L*
s
uix *Med.* iubet *ex* iu*et *corr. Fr.* 24 haecq. in *D*. que in sola *R* i *eras. in R* 25 marum pro marium iuueni *GLK*

rium', qui tamen in | rarost usu genetivus, apud Naevium in carmine belli Punici:

> Senex fretus pietatei deum adlocutus summi
> Deum regis fratrem Neptunum regnatorem
> Marum,

pro 'marium'. eius ablativum Caesar in V belli Gallici ponit: paulo latiores quam quibus in reliquis utimur maribus. comparativa quoque, quae inveniuntur tam in e quam in i exeuntia per ablativum, carent i paenultima in genetivo plurali: 'a maiore' vel 'maiori horum maiorum', 'a minore' vel 'minori horum minorum'.

76 In e vero solam finientia ablativum, si nominativus in duas terminetur consonantes, mutant e in i brevem et assumunt 'um', ut 'hic Mars a Marte horum Martium', 'hic fons a fonte horum fontium', 'haec frons a fronte harum frontium', 'haec urbs ab urbe harum urbium', 'haec arx ab arce harum arcium'. rarissime tamen et haec supra dicta, sicut illa, quae in i solam terminant ablativum, per syncopam i proferunt genetivum pluralem, exceptis in 'ms' vel 'ps' desinentibus, si non sint a capite composita. haec enim e ablativi in 'um' convertentia faciunt genetivum pluralem: 'haec hiems ab hieme hiemum', 'princeps a principe princi-|| pum', 'municeps a municipe municipum', 'forceps a forcipe forcipum', 'manceps a mancipe mancipum'. a capite enim composita et duabus syllabis abundant in genetivo et trium sunt generum communia. itaque et ablativum tam in e quam in i et genetivum pluralem rationabiliter in 'ium' terminant: 'hic' et 'haec' et 'hoc triceps a tricipite' vel 'tricipiti tricipi-

77 tium', nisi syncopa fiat. illa quoque, quae pares habent syllabas tam in genetivo quam in nominativo, mutant e in i et assumunt 'um', ut 'hic collis huius collis ab hoc colle horum collium', 'haec aedis huius aedis ab

1 tamen * in (~) *H* raro est *BDHGLK* neuium *libri* *Naev. bell. Pun.* I 9 *p.* 43 *Klussm.* I VIII *p.* 10 *Vahl.* 3 pietatei] *Vahlenius* pietati *BHLKr* pietate *DGh* piaetate *R* allocutus *DGLKr* 6 cesar *D* *Caes. bell. Gall.* V 1, 2 7 altiores *v. l. libror. Caes. dett.* reliquis maribus uti adsueuerant *libri aliquot Caes. dett.* utim[v]ar *K* 8 per ablatiuum *om. GLK* 9 caren[t] *Dd* ut a maiore *H* uel a maiori *BDH* 10 a minore — minorum *add. b* uel a minori *HGLb* 11 uero *spscr. in K* solam] *r* sola *R* terminet *BHGLK* 12 et *om. G* adsumunt *B* ut haec mors a morte (miorte *K*) harum mortium *GLK* 13 hic fons a fonte horum fontium *om. GLK* haec fons a fonte harum fontium *add. g* haec frons a fronde (fronte *g*) harum frontium haec frons a fronde harum frondium *G* haec frons .te harum frontium haec frons .de harum frondium *K* 14 harum frontium] *b* horum frontium *B* ars *R* arcs *G* 15 harum *om. H* artium *R* 16 in i solum[o] *Rr* solum *B* 17 in *om. GL* ms et ps *GK* 18 ablativi] abbui *H* 19 [ut] haec *Hh* hiems] *ex* hiem** *corr. L* hiemps *RB* [h]iem*s (p) *Dd* ieme *D* harum hiemum *GLK* princip*um (i) *K* 20 municip*um (i) *K* 21 mam[ci]cipum *H* enim *om. K* 22 habundant *RD* 23 et *om. GL* 24 tripitium *Rr* tricipi[ti]um *D* 25 habe[n]t *D* tam nominatiuo quam in genitiuo *K* 26 adsumunt *B* 27 huius collis *om. G* haec aedes *LK* haec edes *DH* huius haedis *Rr*

hac aede aedium', 'haec caedes [huius caedis] a caede caedium', nisi haec etiam per syncopam i proferantur. frequentius tamen in 'es' terminantia absque i inveniuntur, ut 'vatum' pro 'vatium' - Virgilius in IIII:

Multaque praeterea vatum praedicta | priorum.

Cicero pro Sestio: vestrarum sedum templorumque causa -, 'mensum' quoque pro 'mensium'. Ovidius in VIII metamorphoseon:

Et quos sustinui bis mensum quinque labores.

excipiuntur 'iuvenis a iuvene iuvenum', 'canis a cane canum', 'panis a pane panum'; carent enim i paenultima semper.

In 'as' quoque Latina mutant e ablativi in i et assumunt 'um': 'a civitate civitatium', 'a probitate probitatium'. in his tamen frequenter solet fieri concisio i in genetivo plurali, 'a civitate civitatium' et 'civitatum', 'a probitate probitatium' et 'probitatum'.

Reperiuntur praeterea absque i facientia genetivum pluralem, quamvis 78
ablativum et in e et in i proferant, in 'us' et in 'il' et in 'or' trium generum et in 'ex' desinentia, quando sunt communis generis, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc vetus a vetere' vel 'veteri veterum' - Virgilius in V:

veterum non inmemor ille parentum -,

'vigil ab hoc' et 'ab hac vigile' vel 'vigili horum' et 'harum vigilum'. Iuvenalis in V:

Praeterea lateris vigili cum febre dolorem.

Virgilius in VIIII:

†Praeterea vigilum excubiis obsidere portas.

sunt tamen, qui 'vigilis' nominativum quoque similem genetivo esse putaverunt, usus tamen in 'il' esse o||stendit, ut Lucanus in IIII:

1 hac*(e) *B*   [h]aede *Rr*   harum aedium *LK*   huius caedis *om. RBDH*   ab hac caede *G*   caed[a]e *D*   2 proferent[un]ur *K*   terminata *BHK*   3 inuenitur *Bb*   *Verg. Aen.* IIII 464 (*deficit Rom.*)   4 multa quae *R*   que *om. G*   praedica *R*   priorum] *sic Pal. Fr.* piorum *Med.* 'priorum: legitur et piorum' *Serv. ad h. l.*   5 *Cic. pro Sestio or.* 20, 45   Ser[s]tio *D*   festio *G*   sezio *K*   sedium *Cic. Paris. cum utroque Bern.*   6 mensium *ex* mensuum *corr. B*   *Ovid. metamorph.* VIII 500   IX. *L*   ** metamorphoseon (in) *B*   7 Et quos *om. GLK*   subtinui *GL*   bis mensum quinque *cum Prisciano Heinsii libri Ovid. meliores*, mensum bis quinque, menses bis quinque, bis menses quinque *vv. ll. codd. Ovid.*   quinq;] *b* qui* *B*   8 a [a]pene *H*   9 enim *om. L*   penultima*(s) *B*   10 et *om. L*   adsumunt *B*   11 *post* ciuitate: ciuitatum et *ni f. eras. in H*   *post* probitate: probitatum *ni f. eras. in H*   12 conscisio *K*   et] uel *B*   13 et] uel *BLK*   14 Re*periuntur (p) *D* Repperiuntur *HL* Repereuntur *G*   praetere[a] *Rr*   15 ablatiuum in e *GL*   profer̄ *D*   et or *D*   17 *Verg. Aen.* V 39   in *om. G*   18 immemor *HGL*   19 uig[i]ele *K*   uel uigili *om. K*   [h]orum *Rr*   [h]arum uigilium *Bb*   20 *Iuv. sat.* V 13, 229   22 *Verg. Aen.* VIIII 159   VIII. *RGLK*   23 Praeterea *ex praecedente exemplo repetitum libri praeter h* Interea *corr. h ex Vergilio*   u[i]igulum *Med.*   obs[i]edere *K*   24 tamen quoque qui *L*   genitiuo similem *GLK*   25 *ostendit (h?) *H*   *Luc. Phars.* IIII 6 *sq.*

tutelaque valli
Pervigil alterno paret custodia signo.

similiter 'memor a memore' vel 'memori horum' et 'harum memorum' - Horatius in II sermonum:

Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta.

raro tamen invenitur in e terminans huius nominis ablativus, nec aliam esse causam existimo, ut supra dictum est, nisi eam, quod apud | antiquos 'hic' et 'haec memoris' et 'hoc memore' proferebatur. in quo testis est Caper, antiquitatis doctissimus inquisitor. ostendit enim, Caecilium in epiclero sic protulisse:

Itane Antipho †inventus profluvia fide?
Itane est inmemoris, itane est madida memoria?

nec mirum, cum et 'hic celer' et 'hic celeris', et 'hic concors' et 'hic concordis' protulisse inveniuntur vetustissimi multaque alia in eundem modum. Virgilius in XII:

nec domini memorum proculcat equorum -,

79 'supplex ab hoc' et 'ab hac supplice' vel 'supplici horum' et 'harum supplicum', 'artifex ab hoc' et 'ab hac artifice' vel 'artifici horum' et 'harum artificum'. Lucanus in VIII:

Se simul et Romam Pompeio supplice mensus.

Sallustius in Catilinario: demisso vultu, voce supplici. Cicero pro Ligario: et nos iacentes ante pedes supplicum voce prohibebis. Virgilius in I:

Artificumque manus inter se operumque laborem.

puto tamen, haec etiam ab oratoribus differentiae causa sic proferri per syncopam, quia 'supplicium' et 'artificium' neutra inveniuntur singularia. 'hic' et 'haec parens', quando nomen est, duum est generum et geneti-

1 tutela quae *R* ceutelaque *GLK* 2 pa^ret *Rr* cessit *Luc. Marburg.* 3 harum et horum *B* 4 oratius *K* *Hor. serm.* II 4, 90 5 Nam] *rh* Num *RH* Nam quamvis] Nunquam uis *GL* referas memori *nonnulli codd. Hor.* refferas *H* peccatore *D* 6 eius *BH* 7 causam esse *L* quod] quam *r* apud *spscr. K* 8 proferebantur *D* 9 Caper] *de dub. gen. iudice Osanno de Fl. Capro p.* 12 cecilium *RK* *de Caecil. epicleri fr. v. lib.* VI § 47 10 epidero *GL* 11 anthipho *L* antibo *G* inuenitur *duo libri Spengelii* profluvia] (pirfluia) *r* pirfluia *R* 12 immemoris *L* 13 cum & hic *B* cum hic *GLK* et in hic caeler *Rr* caeler *D* caeleris *D* celeris hic *GLK* 14 protullisse *G* uetustustissimi *H* 15 *Verg. Aen.* XII 534 XII] *Krehlius in annot. ad h. l.* X. *libri* 16 procullat *Med.* aequorum *Pal.* 18 supplicium *DK* supplicium *B* uel et artifici *K* 19 *Luc. Phars.* VIII 346 20 roma *H* menses *RBHGKd* 21 *Sall. Catil.* 31, 7 Catilinario] *r* catillinario *RBDGK* prono demisso *L* prono demiso *K* prono dimiso *G* pronode misso *H* *Cic. pro Lig. or.* 5, 13 22 ante] ad *libri Ciceronis* pede^s *Dd* supplic*um (i) *K* supplici cum uoce *L* 23 prohibetis *H* *Verg. Aen.* I 455 24 artificum quae *H* se se *R* se operumque] *k* seorsum *K* operum quae *H* 25 tamen et haec etiam *D* haec] hac *in litura b* etiam haec *K* 27 pares *Dd* est *post* duum *om. DGLK add. d*

vum pluralem absque i facit plerumque, 'horum parentum'. Virgilius in II:

decora alta parentum.

quod autem etiam 'parentium' non irrationabiliter dicitur, ostendit accusativus pluralis in 'is' etiam terminans, qui proprius est in 'ium' terminantis genetivi. Terentius in heautontimorumeno:

Quod volo aut peto, parentis meos ut commonstres mihi.

Cicero de suppliciis: navium praefectos sine ulla causa de conplexu parentium suorum, | hospitum tuorum, ad mortem cruciatumque rapuisti. notandum etiam, quod omnia semper plura- 80
lia, quae in 'es' || desinunt, genetivum in 'ium' faciunt, ut 'hae vires harum virium', 'hi penates horum penatium' - invenitur tamen apud veteres eius singulare 'hic penatis huius penatis' -, 'hi quinquatres horum quinquatrium', 'hi' et 'hae tres horum' et 'harum trium'. similiter 'hi' et 'hae plures' et 'haec plura' vel 'pluria horum' et 'harum plurium'. Cicero ad Herennium in III: complurium negotiorum.

In 'is' quoque longam desinentia: 'līs a lite litium', 'Samnīs a Samnite Samnitium', 'dīs a dite ditium'. 'nox' etiam 'a nocte noctium', unde Agellius noctium Atticarum inscripsit.

Cetera vero omnia ablativum in e solam terminantia mutant eam in 'um' et faciunt genetivum pluralem: 'a poemate poematum', 'a Cicerone Ciceronum', 'a consule consulum', 'a Titane Titanum', 'a duce ducum', 'a patre patrum', 'a virtute virtutum', 'a capite capitum', 'ab alite alitum'; nam 'alituum' per interpositionem addita u protulit Virgilius in VIII:

1 *Verg. Aen.* II 448 (*deficit Rom.*) 3 decora illa[alta] *Fr.* decorallla *Pal.* 4 autem et[etiam] (et *K*) in ium non *GLK* inrationabiliter *B* dicitur *om. GK* 5 in [i]um *D* 6 *Ter. heautontim.* V 4, 4 eautontimorumeno *RD* eatontimoromeno *K* eutontimorumeno *GL* 7 Quod] *B* Quid *rell.* *uod peto aut quod uolo *Bemb.* Quod peto aut uolo *Bas.* parentes *Bemb.* ut *om. Bemb.* ut commo[n]stres *D* et construes *GLK* 9 *Cic. in Verr.* II v 52, 138 10 conplexu] *B cum Cic. Reg.* complexu *rell.* parent[i]um *libri Cic.* parentum *GL* suorum *om. Cic. Lagom.* 42 ospitum *K* hospitium *Reg.* hospitumque *dett. Cic.* de tuorum *falsus est accuratissimus ille Halmius noster ad Cic. l. l.* 11 etiam] uero *B* 12 desinit[un] *Rr post* desinunt: id est quae ex se non habent singularia *R*, *quod pro gloss. spscr. d,* quae ex se non habent singularia *B* genitiuum In ium faciunt genetiuum *Dd* 13 hii *H* et hi *K* poenates *RD* poenatium *RD* inueniuntur *RDL* 14 eius] in *B* paenatis *D* paenatis *D* Hic quinquatres *D* hii quinquatres *H* qui[n]quatres *L* 17 *rhet. ad Herenn.* III 2, 3 cumplurium *B* 18 in *is (h) *D* [a] lite *Rr* 20 Agellius *cf. lib.* VI § 61 age[l]lius *H* aggellius *B* aggilius *GK* aggillius *L* anticarum *L* anticinarum[a] *Gg* 21 in e solam ablatiuum *L* 22 a poemata[e] *Hh* a cicero[ne] *Dd* 23 ductum *K* 25 *Verg. Aen.* VIII 27 26 VIIII. *RBDH* IX. *L*

Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

81 'a bove' quoque 'bovum' debet fieri; sed hoc nomen notandum, quod u consonantem assumunt obliqui singulares hiatus causa, abiciunt autem est quando plurales. Virgilius in III:

Huc ubi delati portus intravimus, ecce
Laeta boum passim campis armenta videmus.

idem in VIII:

Reddidit una boum vocem vastoque sub antro.

dativus autem et ablativus eius nominis per syncopam semper mediae proferuntur syllabae, 'bobus' pro 'bovibus'. Horatius in epodo:

Beatus ille, qui procul negotiis
Paterna rura bobus exercet suis.

nominativus vero pluralis et | accusativus et vocativus, qui similes sunt, raro abiciunt u consonantis loco positam. Virgilius in bucolico:

Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum.

idem in VIII:

Discessu mugire boves.

in eodem:

Abstractaeque boves abiurataeque rapinae. ||

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

XVII 82 Dativus et ablativus pluralis tertiae declinationis nascitur a singulari genetivo interiecta 'bu', ut 'huius hominis his' et 'ab his hominibus', 'huius exulis his' et 'ab his exulibus', 'huius numinis his' et 'ab his numinibus', 'huius disparis his' et 'ab his disparibus', 'huius felicis his' et 'ab his felicibus', 'toreuma toreumatis his' et 'ab his toreumatibus'. in huiuscemodi tamen, id est neutris a finitis, quae sunt Graeca, frequenter

1 pecodumque *GK* 2 notandum est *GLK* quod] *R* in quo *r* *rell.* in quod *g* 3 adsumunt *B* obliqui casus singulares *DG* obiiciunt *K* autem *add. b* autem eam est quando *G* autem eam quando *LK* 4 *Verg. Aen.* III 219 *sq.* IIII. *K* 5 dilati *GL* intravimus] *d* intrabimus *DG* ece (c *superscr.*) *K* 6 passim armenta (campis *superscr.*) *Kk* 7 *Verg. Aen.* VIII 217 8 reddit *D* vocem] *r* uoce *RB* uasto quae *R* anthro *GLK* 9 autem] etiam *H* huius *G* mediae semper *LK* proferuntur] *h* profertur *RDHK* 10 bubus (o *superscr.*) *Rr* bobus (v *superscr.*) *Kk* bubus *BH* oratius *K* *Horat. epod.* 2, 1 *et* 3 12 bubus *BH cum nonnullis codd. Horat.* suis exercet *L* 13 quis *D* 14 *abiciunt (h) *D* *Verg. ecl.* 1, 9 15 Illæ *B* meas herrare *h* mea serrare *ni f.* *H* boes (u *superscr.*) *K* boes *GL* *post* ipsum: ludereque (quae *d*) uellem, *v. sq. initium, add.* *D* ludere que uellem *H*, *integrum v. sq.* ludere quae uellem calamo permisit agres*ti *B* 16 *Verg. Aen.* VIII 215 17 discesu *GL* boes *GLK* bões *l* 18 Idem in eodem *R* *Verg. Aen.* VIII 263 eodẽ* Abstracteque *B* 19 que *om.* *GL* boes (u *superscr.*) *K* boes *GL* abiurataeque] *ex* obiurataeque *corr.* *L* obiurataeque *LK* 20 DE DATIVO ET ABLATIVO (*rell. om.*) *K* DECLI***NATIONIS *B* 21 genitiuo singulari *GL* 22 his uel ab his hominibus *B* 23 numinibus] nominibus *B* 24 felicis] felicilis *H* 25 torehuma *D* torehumatis *RrD* his et ab his *om.* *L* torehumatibus *RrD* 26 tamen] tantum *K*

invenimus antiquos dativum et ablativum plurales in 'is' productam proferentes contra regulam tertiae declinationis, quam servant in ceteris casibus supra dictorum nominum. ut Cicero frequenter in Verrinis 'toreumatīs' dicit et 'peripetasmatīs' et 'emblematīs'. in libro de signis: nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes. in eodem: scaphia cum emblematis. idem ad Herennium IIII: de orationibus aut poematis, quamvis neutro genere hoc ubique profert. si enim, sicut Plautus et alii vetustissimi, femininum hoc protulisset, pares syllabas omni casui servasset absque genetivo plurali secundum analogiam primae declinationis. est igitur magis apud Ciceronem et eos, qui similiter in huiuscemodi proferunt, heteroclitum vel, ut Celso videtur, a nominativo 'hoc peripetasmatum', 'hoc emblematum'. excipitur etiam 'bobus', ut dixi, euphoniae causa pro 'bovibus'; est enim genetivus singularis 'bovis'. Hora|tius in carmine saeculari:

Quaeque vos bobus veneratur albis.

idem in III carminum:

sol ubi montium
Mutaret umbras et iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte nocte.

DE ACCVSATIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

Accusativus pluralis tertiae declinationis similis est proprio nominativo, 83 sicut et vocativus. in illis vero, quae || genetivum eiusdem numeri in 'um' finiunt, plerumque per 'es' longam profertur: 'hi latrones hos latronēs o

1 datiuos et ablatī *L* in his *Rr* 3 *Cic. in Verrinis cf. lib.* VI § 8; emblematis *praeter l. infra l. invenitur etiam* II IIII 22, 49. *at* toreumata *quidem in Verrinis legitur* (II II 52, 128 II IIII 18, 38). *non tamen* toreumatis. emblematis, peripetasmatis *ex Cic. l. etiam Sergius p.* 1846 *P.*, peripetasmatis *Cledonius p.* 1904 (*cf. etiam Pompeium p.* 229 *Lind.*), toreumatis *neuter* torehumatis *Rr* 4 emblimatis *G* *Cic. in Verr. or.* II IIII 12, 28 5 quemammodum *G* expedias *in mg. add. K* 6 *Cic. in Verr.* II IIII 17, 37 scapia *B* scapha *RD* emblimatis *G* *rhet. ad Herenn.* IIII 4, 7 7 III. *D* quatuor *G* de] ex *rhet. ad Her.* aut] et *B* poematis] *sic etiam codd. rhet. Virceb. Paris.* 7714 *al.* poemati *B* poematibus *libri rhet. dett.* ubique ille profert *D* 8 profertur *HGLK* duetustissimi *D* 9 casu *D* et absque *Rr* 10 analo *H* giam *in mg. add. h* 11 qui huiuscemodi similiter *H* in *om. GLK* proferunt huiuscemodi *K* etherocliton *RB* &erocliton *H* eteroliton (c) *Kk* etercliton (o) *L* ΕΤΕΡΟΚΛΙΤΟΝ aliter declinatum *in mg. l* eteroliton *G* eteroditon *D* uelut *B* 12 caelso *L* enlematum *G* 13 etiam] enim *R* bobus] *r* bubus *RBH* causa *add. d* 14 oratius *K* *Horat. carm. saec. v.* 49 seculari *RD* 15 Quique *v. l. codd. Hor.* bubus *RBH cum libris nonnullis Hor.* ueniatur *GLK* 16 *Hor. carm.* III 6, 41 *sqq.* 19 bubus *RB cum aliquot codd. Hor.* fatigatigatis *H* 20 adeunte *GL* nocte *libri mei omnes, in litura Wallrafianus* curru *cum Horatio Zwicc.* 2 *Lips.* 2 *Krehlii* 21 DE ACCVSATIVO PLVRALIS ET VOCATIVO TERTIAE DECLINATIONIS. *D* accussatiuo *L* 22 nominatiuo *ex* nominitiuo *corr. H* 23 in illis] *b* Illis *B* quae in genitī *K* 24 finiuntur *K* per is (e) *Dd* hi latrones.hi et hos *B* hos latrones *om. R* alatrones (o) *Hh* *post* o latrones: hi et hae sacerdotes hos et has (sacerdotes *K*) et o (et o *add. g*) sacerdotes *ponunt, infra om. GLK*

latronēs', 'hi consules hos consulēs o consulēs', 'hi tubicines hos tubicinēs o tubicinēs', 'hae matres has matrēs o matrēs', 'hi' et 'hae sacerdotes hos' et 'has' et 'o sacerdotēs. inveniuntur tamen quaedam in 'is' solam productam terminantia hunc casum Graeca, quae etiam nominativo similiter in 'is' desinunt: 'hae Sardis has Sardīs', item 'Alpīs', 'Syrtīs', 'Trallīs', quae apud Graecos in supra dictis casibus εις diphthongum habent finalem. Horatius in I epistularum:

Smyrna quid et Colophon, quid Croesi regia Sardis?

Virgilius in X:

In Syrtis, in saxa, volens vos Turnus adoro.

quorum autem in 'ium' terminantium genetivum frequentius in 'is' et quorum rarius exeat accusativus, ut potero, breviter colligam.

84 Omnium, quae tam nominativum quam genetivum similem habent, eorum accusativus raro in 'es', frequenter in 'is' solet terminari, ut 'hic' et 'haec omnis huius omnis hos' et 'has omnis'. Sallustius in Catilinario: omnis homines, qui sese student. Terentius in Andria:

omnis nos gaudere.

Virgilius in III georgicon:

et pinguis unguine ceras.

idem in IIII georgicon:

aquas dul|cis et frondea semper
Tecta petunt.

idem in I Aeneidos:

hic fessas non vincula navis
Vlla tenent.

1 hic consules *Rr* hos et o (*o* *ex* hos *effecit L*) consules *GL* hos consules et o consules *K* hi tibicines hos et o tibicines *K* hos et o tubicines *GL* 2 o tubicines *spscr. r* has et o matres *GL* 3 hos] os *B* et has sacerdotes o sacerdotes. Inueniuntur quaedam ta *in litura b* meu in is *pergit B* has] has sacerdotes *Dr* ho *Rr* quaedam etiam in *H* his *Rr* 4 productam solam *GLK* casum Graeca] *b* ca*** graecum *B* 5 in his *Rr* haec sardis *BDHG* hae has sardis sardis *Kk* has] huius *L* alphis *BH* sirtis *G* 6 eis *RBL* ΕΥC *K* 7 oratius *K* aepistolarum *K* *Hor. epp.* I 11, 2 *sq.* quid Croesi regia Sardis | Smyrna quid et Colophon? 8 smirna *GK* quid et] *Horatius* quidem et *RBDH* quidem *GLK* at croesi chryssi *Rr* cryssi *B* cresi cryssi *Hh* crisi *K* cryssi *D* trisi *G* tyrsi *L* 9 *Verg. Aen.* X 677 10 sirtis *GK* Syrtis *ex Prisc. certe interpolatus Menagianus alter Verg.* rupes *Vergilius.* Syrtis *ex v. eius sequenti* Ferte ratem saeuisque uadis inmittite Syrtis (syrtes *Pal. m. alt.*) *sumpsit Priscianus* uol*ens (u) *B* vos Turnus] uulturnus *BGLK* 11 frequentius *K* in *is (h) *DK* in his *R* 12 rarius in es exeat *GLKd* in es *in mg. post* accusatiuus *add. h* 13 tam** (en) *B* similes *GL* 14 terminari *K* 15 et has *om. RBDH add. rd* *Sall. Cat.* 1, 1 16 Catilinario] *r* catillinario *RBDL* cantilinario *G* *Ter. Andr.* V 4, 43 19 *Verg. georg.* III 450 20 pingues *Rom.* ungine *G* caeras *L* coeras *GK* 21 *Verg. georg.* IIII 61 *sq.* (*deficit Rom.*) 22 dulces *Med.* 24 *Verg. Aen.* I 168 *sq.* (*deficit Pal.*) 25 fesas *G* navis] non auis *R* uares *Med.*, *qui v.* 169 *collocat post v.* 168, *addita tamen nota* " 26 ullta *H*

idem in V:

Quoque magis fessas optem dimittere navis.

idem in eodem:

Muneraque in navis ternos optare iuvencos.

similiter faciunt accusativum eiusdem formae semper pluralia, ut 'hi manes horum manium hos manes' vel 'manis' - Virgilius in IIII Aeneidos:

Id cinerem aut manīs credis curare sepultos? -,

'tres trium hos' et 'has tres' vel 'tris'. idem in III Aeneidos:

tris adeo incertos caeca caligine soles
Erramus pelago.

In 'er' quoque desinentia, quae i terminant ablativum, similiter faciunt accusativum pluralem plerumque per 'is', raro per 'es': 'acer ab acri hos acris'. Virgilius in XI:

metuensque moneret,
Acris esse viros.

similiter 'saluber salubris a salubri salubres' vel 'salubris', 'imber ab || 85 imbri hos imbres' vel 'imbris' - Virgilius in VIIII:

Cum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris.

idem in XII:

spargitque salubris
Ambrosiae sucos et odoriferam panaceam -,

'December' (quod proprium est) 'a Decembri hos Decembres' vel 'Decembris'. Horatius in I epistularum:

Me quater undenos sciat implevisse Decembris.

similiter 'celer' vel 'celeris a celeri' - Virgilius in III Aeneidos:

1 *Verg. Aen.* V 29 (*deficit Rom.*) 2 Quoue *Med. Pal. et sic H* (?) *Wallraf. et Lips.* 2 *Dresd. Krehlii* fessas *om. G* fesas (s *suprascr.*) *Dd* dimittire *G* demittere *K* 3 *Verg. Aen.* V 247 4 que *om. GLK* in nauis *add. h* optare] *sic etiam libri opt. Verg. cum Ver.* aptare *cum libris aliquot Vergilianis GL* aptaore *K* 5 acusatium *G* 6 mamanium *D* et manis (uel *suprascr.*) *K* *Verg. Aen.* IIII 34 8 cinereaut amnis (m, a *suprascr.*) *Fr.* manes *K* manes, *sed* es *ex corr.*, *Med.* 9 *Verg. Aen.* III 203 *sq. cf. lib.* XVIII § 246 (*deficit Rom. et initio versus Pal.*) UI. *L* aneidos *R* 10 tris *etiam Fr.* caliginae *H* soles *ex* solis *corr. vid. Fr.* 11 eramus *G* pylago *L* 12 in i *BDG* 13 ab acri *Rr* 14 hos et has acris *d* *Verg. Aen.* XI 47 *sq.* 15 monerest *Pal.* 17 hos salubres *GLK* 18 Verglius *H* *Verg. Aen.* VIIII 60 19 cauis *GLK* perpesus *r* perpesos *G* pensus *R* imbres *Med.* (*deficit Rom.*) imbris *etiam Fr.* 20 *Verg. Aen.* XII 418 *sq.* 21 salubres *Pal. m. alt.* 22 socos (v *suprascr.*) *Rr* succos *L* panaceam] *k* pan*ceam *K* panticeam *G* 23 quod] qui *B* a Decembri *om. H* decembris uel decembres *DH* decembres et decembris *L* 24 oratius *K* *Hor. epp.* I 20, 27 aepistolarum *K* 25 undenoscit (s, a *suprascr.*) *Hh* decembres *codd. Hor., ut vid., fere omnes: in ed. Obbarii coll. annot. crit. ad h. l.* Decembris *operarum errore in ipsa poetae verba irrepsisse videtur* 26 caeler *Rr* *Verg. Aen.* III 243 *sq.* (*deficit Rom.*) in tertio aeneidos *add. r* in aeneidos III. *DH*

celerique fuga sub sidera lapsae
Semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.

idem in V:

Agmine remorum celeri ventisque vocatis –,

'hos' et 'has celeres' vel 'celeris', quod est frequentius. idem in IIII:

et celeris defer mea dicta per auras.

similiter faciunt accusativum in 'ns' vel 'rs' terminantia, ut 'hic fons hos fontes' vel 'fontis', 'hic' et 'haec' et 'hoc iners hos' et 'has inertes' vel 'inertis', 'pars has partes' vel | 'partis'. Virgilius in II georgicon:

Adgredior sanctos ausus recludere fontis.

Terentius in heautontimorumeno:

Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.

Virgilius in VI:

Hic locus est, partis ubi se via findit in ambas.

idem in II Aeneidos:

penitusque cavernas
Ingentis uterumque armato milite complent.

idem in IIII:

mactant lectas de more bidentis.

86 alia autem, quamvis genetivum pluralem in 'ium' desinentia, raro invenias et in paucis 'is' finientia accusativum, ut in 'as' exeuntia nominativo: 'civitas civitatium', 'has civitates' fere ubique legimus.

In x terminantia trium generum communia, quamvis in paucissimis

1 celerique *Rr* caelerique *D* 2 semesam] *sic Med. corr.* semiesam *L* ***esam (sem) *Pal.* semensam *Med. m. pr. et Gud.* uistigia *G* feda *RDHl* faeda *GL et ex* foedera *corr. K* relinquunt] *bd* **linquunt *B* relinquant *D* relinquint (u) *Med.* 3 *Verg. Aen.* V 211 4 caeleri *K* 5 *Verg. Aen.* IIII 226 (*deficit Rom.*) 6 auras] *h* aureas *D* aures *H* 7 ut *om. K* *post* fons: huius fontis *add. K* 8 has inertis (e) uel *Rr* 9 *Verg. georg.* II 175 (*deficit Rom.*) 11 Aggredior *GLK* Ingredior *Vergilius* fontes *Med.* 12 *Ter. heautontim.* I 2, 20 eautontimorumeno *R* haeautontimorumeno *DH* heutontimorumeno *G* eutontimorumeno *L* eutoñ *K* 13 Parentis] *r* parent** *R* parentes (uel i) *Gg* parentes *Terentianus alteruter* incolumem] *r* incolomem *R* 15 *Verg. Aen.* VI 540 .UII. *K* 16 est *om. GLK* ubi saeuia *H* 17 *Verg. Aen.* II 19 *sq.* in II (o) in eneidos *Rr* .U. *L* aeneidos *D* 18 paenitus quae *Rr* poenitusque *D* que *om. G* 19 ingentis *ex* ingentes *corr. G* ingenitis *H* ingentes *Rom.* uterumque] *rd Pal. m. alt.* utrumque *R Pal.* u*rumque *D* complet (n) *Med.* 20 *Verg. Aen.* IIII 57 IIII (VI at o) *Rr* (*cf. Aen.* VI 39 totidem lectas de more bidentis) 21 lectas] *rb* laetas *ni f. cum Menag. pr. Verg. et cod. Guelferb. Arus. Mess. p.* 248 *Lind. R* l*ctas *B* lactes *GL* lacteas *K* bidentis] *d* bibendis *D* uidentis *Rom.* 22 inuenies *DLrh* 23 finientia ciuitatium accusatiuum *Rr* ut] aut *GL* exeuntia] finientia *B* 24 legimus fere ubique et in x *G* fere legimus ubique et in x *L* legimus ubique *K*

genetivum pluralem absque i paenultima proferant - difficile enim invenies 'audacum' pro 'audacium' vel 'felicum' pro 'felicium', 'supplicum' autem magis differentiae causa, ut supra dictum est, profertur, ne, si 'supplicium' dicas, aliud significare videaris, quomodo 'artificum' pro 'artificium' et 'iudicum' pro 'iudicium'. Cicero de signis: didici etiam dum †ministrum inquiro, artificum nomina. Virgilius in I Aeneidos:

Artificumque manus inter se operumque laborem -,

tamen accusativum plerumque per 'es' efferunt - Lucanus in I:

Est qui, tauriferis ubi se Mevania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas -,

raro per 'is'. Virgilius in IIII georgicon: ||

deinde tenacis
Suspendunt ceras.

'plurium', quod solum in 'us' terminans talem habuit genetivum pluralem, tam in 'es' quam in 'is' finit accusativum. Virgilius in I georgicon:

Seu plures calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas. |

Terentius in Phormione:

Ego te compluris adversum ingenium meum menses tuli.

Horatius in I epistularum:

Cum tibi sol tepidus pluris admoverit aures.

Cicero pro Cornelio I: quae intermissa compluris annos.

abque *Rr* i *in litura r* proferebant *r* difficile] *b* difficil* *B* deficile *K* inuenimus *GLK* 2 audacum uel audacium felicum uel felicium *GK* audacum pro audacium felicum pro felicium *k* audatium (c) *Rr* uel *om. L* 3 differentiae] *d* differentia *D* suppra *K* si supplicum (i) *Rr* si suplicium *H* 5 *Cic. in Verr. or.* II IIII 2, 4 6 cum *L* ministrum] in istum *Cicero* artificium *Cic. Reg.* *Verg. Aen.* I 455 8 artificum quae *DH* 9 ecferunt *L* *Luc. Phars.* I 473 *sq.* 10 quitaum feris *G* semae uania *G* saeme uania *H* femae uania *L* se*mae*uania *Kk* 11 ruere *ex corr. r* certamine *GL* 12 *Verg. georg.* IIII 161 *sq.* (*deficit Rom.*) 13 tenacis] *etiam Fr.* tenaces (i) *R* tenaces *Med.* 14 suspendunt] *b* su*pendunt *B* coeras *GLK* 15 plurium (uel plus) *Gg* plurimum *Dd* pluralem *om. D* 16 *Verg. georg.* I 89 *sq. cf.* § 34 I] *g* II. *RBDHGK* Ū *L* 18 pluris *DH* relaxas *B* 19 novas] *d* nouus *DGLK* inueat (ni) *H* quas *GK* succus *Rr* 20 *Ter. Phorm.* III 2, 35 formione *G* 21 cumpluris *BH* complures *GLKr* 23 oratius *K* *Hor. epp.* I 20, 19 aepistolarum *K* 24 trepidus *codd. nonnulli Hor.* pluralis *D* plures *libri Hor. fere omnes* ammouerit *GL cum Hor. Gothano* aures] *R cum Horatio, om. GLK* auras *BDHr* annos *libri aliquot Hor.* 25 *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 33 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* intermisa *K*

'harum litium has lites' et 'litis'. Cicero in frumentaria: sedasti etiam litis illorum.

DE NOMINATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

XVIII 87 Quarta declinatio terminationes habet in nominativo duas, in 'us' correptam et in 'u'. in 'us' masculinorum et femininorum tantummodo Latinorum, ut 'hic senatŭs huius senatus', 'haec manŭs huius manus'. in 'u' neutrorum, quae et indeclinabilia sunt in singulari numero, ut 'hoc genu huius genu', 'hoc cornu huius cornu', in quibus quamvis quibusdam artium scriptoribus videatur temporum esse differentia - dicunt enim, nominativum quidem et accusativum et vocativum corripi, reliquos vero produci -, ego in usu pariter in omnibus produci invenio casibus haec nomina; nec irrationabiliter: omnis enim in quacumque parte terminatio in u desinens producitur: 'fluctū', 'Panthū', 'tū', 'diū'. Ovidius in VIIII metamorphoseon:

dextroque a poplite laevum
Pressa genū, digitis inter se pectine iunctis,

ecce enim hic accusativus est sine dubio et producitur. apud Virgilium quoque in I:

Nuda genū nodoque sinus collecta fluentis,

quomodo enim 'sinus collecta' accusativum iunxit nominativo, sic etiam 'nuda genu'.

DE GENETIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

88 Genetivus igitur in 'us' desinentium fit producta 'us', ut 'huius senatūs', 'hu||ius manūs'. vetustissimi tamen inveniuntur eorum nominum

1 litium] d latinum D et] uel GLK Cic. in Verr. or. II III 57 132 sedasti] d s*asti D 2 litis] sic etiam Cic. Fabricianus lites libri Cic. rell. in litis K at eorum illorum Rr eorum DHK 3 DE NOMINATIVO ET DE OBLIQVIS CASIBVS IIIITE DECLINATIONIS B. NOMINATIVO CASV r QVARTAE] rd QVARTE RD 4 in nominatiuo habet GL habet nominatiui K 5 correpta B u. in] u et in K et femininorum et femininorum tantummodo latinorum Rr ni feminorum B 7 quae indeclinabilia BGLK hoc genus Rr 9 tē porum Rr 10 quidem post uocatiuum collocant GLK 11 produci in omnibus G 12 inrationabiliter B irrationa**biliter K enim] h autem H 13 Ovid. metamorph. VIIII 298 sq. VIII. RBHGLK 14 methamorphoseon R 15 a pollite Rr apo plite K a polite H apolite B ap|polite G est poplite, e poplite et in poplite vv. ll. codd. Ovid. laeum Ll 16 praesa Rr p̄sa L p̄sa K genu Ll degetis K digitisque et et digitis vv. ll. librorum Ovid. uinctis H cum Zwiccav. utroque, Dresd., Lips. utroque Krehlii nexis codd. nonnulli Ovid. 17 et add. h Verg. Aen. I 320 18 I. eneidos d 19 nodoque] h nudoque H Med. sinos Med. collecta ex **llecta corr. B post sinus collecta: fluentis — sinus collecta om. G, om. enim add. g 20 enim om. LKg 22 GENITIVO BGL QVARTAE] r QVARTE R 23 igitur in us ****** (igitur) K in add. r at etiam 24 tamen Rr

etiam in 'uis' divisas proferentes genetivum. Terentius in heautontimorumeno:

Texentem | telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis causa, opinor, quae erat mortua.

DE DATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Dativus eius declinationis fit a genetivo abiecta s et addita i, sed corripitur paenultima, ut 'huic senatŭi', 'manŭi'. est tamen quando poetae metri causa pro eo ablativo utuntur. Virgilius in I Aeneidos:

Parce metu, Cytherea, manent inmota tuorum
Fata tibi,

pro 'metui'. idem in IIII georgicon:

Namque aliae victu invigilant,

pro 'victui'. in eodem:

concubitu indulgent,

pro 'concubitui'.

DE ACCVSATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Accusativus quartae declinationis a nominativo fit mutata s in m: 89
'hunc senatum', 'hanc manum'.

DE VOCATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Vocativus similis est nominativo: 'hic senatūs, haec manus', 'o senatus, o manus'.

DE ABLATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Ablativus a genetivo fit abiecta s, producit enim u: 'ab hoc senatū', 'ab hac manū'.

DE NOMINATIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

Nominativus et accusativus et vocativus pluralis in hac declinatione

1 in ᵘis *Dd* diuisa^s *Rr* *Ter. heautontim.* II 3, 44 *sqq.* eautontimorumeno *RD* heautontimorumino *B* eautontimorumenon *r* eutontimorumeno *L* heatontimorumeno *G* eutoñ. *K* 3 quod telam *K* studiosse *G* ipsam *om. HGLK* ostendimus *GLK* 5 Eius] huius *G* oppinor *B* 6 SIGVLARI *D* CASV SINGVLARI *B* 7 Datiuus singularis eiusdem declinationis *GL* Datiuus sing̃ quartae declinationis *K* i sed] *r* is et *R* 8 penultimamạ *Hh* manuḥi *Rr* est ᵗamen *Rr* 9 utuntur *in mg. add. K* *Verg. Aen.* I 257 *sq.* in I inaeidos *D* I] *om. R* ᵒI. *r* 10 cyterea *Rr* citherea *BGL* cytharea *DK* cythaerea *d* immota *BLK* 12 *Verg. georg.* IIII 158 13 namquae *Rr* inuigelant *G* 14 pro] ꝑ *L* *Verg. georg.* IIII 198 15 indulgenṣ *Med.* 19 ut hunc *G* 20 VOCATIVO CASV *R* DATIVO *B* SINGVLARI *om. GL* 21 o senatus haec manus *BDH* ḥo *Rr* 22 ḥo *Rr* 23 ABLATIVO CASV *B* 24 hos senatu *Rr* 26 NOMINATIVO] NOMINATIVO CASV *B* NOMINATIVO ET VOCATIVO ET ACCVSATIVO *D* QVARTE *B* 27 plurales *h*

similis est genetivo singulari, ut 'hi' et 'hos' et 'o senatus', 'hae' et 'has' et 'o manus'. ('hac idus harum iduum' semper plurale est, ut omnium festorum nomina.)

DE GENETIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

90 Genetivus pluralis a nominativo fit || singulari abiecta s et assumpta 'um'. corripitur enim u in utraque syllaba, quomodo et nominativus: 'horum senatŭŭm', 'harum manŭŭm'. et oportet scire, quod in hac declinatione omnes pares habent syllabas nominativo singulari excepto dativo singulari et genetivo et dativo vel ablativo pluralibus, qui una superant syllaba. quod habebat etiam genetivus singularis, cum apud vetustis|simos in 'uis' divisas desinebat. invenitur tamen, sed raro, apud poetas genetivus pluralis in hac quoque declinatione per syncopam prolatus. Virgilius in VI:

quae gratia currum
Armorumque fuit vivis,

quamvis etiam geminata u possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat; nec non etiam duabus vocalibus iunctis prior potest in metro excludi, ut:

Ferreique Eumenidum thalami.

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

91 Dativus et ablativus pluralis quartae declinationis fit a nominativo singulari mutata u in i et interposita 'bu', ut 'hic senatus his' et 'ab his senatibus', 'haec manus his' et 'ab his manibus'. est autem quando differentiae causa servat u, ut 'artus artubus', 'partus partubus', 'arcus arcubus'. 'artibus' enim et 'partibus' et 'arcibus' ab arte, parte, arce nascuntur, quae sunt tertiae declinationis, cuius dativus et ablativus pluralis paenultimam aliam nisi i correptam habere non potest (unde ex-

1 similes sunt *h* 2 haec idus *B* aeidus (h *superscr.*) harum induum (u *superscr.*) *D* harum iduum] has idus et o idus *GL* hiduum *Rr* idum *K* pluralia *L* est *om. GLK* 3 festorum nomina dierum *B* 4 *inscr. om. L in marg. add. l* GENITIVO *DG* GENITIVO CASV *B* 5 Genetiuus casus pluralis *H* assumta *L* adsumpta *ex* absumpta *corr. B* 6 ultraque *D* et in nominatiuo *d* 8 omnes (.I. casus *superscr.*) *Gg* omnes casus *R* 9 et ablatiuo et datiuo *G* et ablatiuo *HGLK* 10 genitiuus etiam *B* aput *R* 11 desinabat (e *superscr.*) *Dd* 12 *Verg. Aen.* VI 653 *sq.* 14 quae gratia] *r* qua grecia *R* gratia* *B* gracia *H* curruum *Fr. m. alt. et, in* currum *corr., Pal.* 15 armarumque uel fuit *H* unus (uiuis *superscr.*) *Rr* uiris *L* 16 u littera *B* posset *DHGL* synalipham *RBDL* sinalifam *HG* sequen *R* 17 incipit *B* uocabilibus *D* 19 *Verg. Aen.* VI 280 eimenidum (v *superscr.*) *Hh* 20 PLVRALIB; *B* 21 pluralis *in mg. add. L* 22 muta (ta *superscr.*) *Rr* hic senatus] *h* hi* senatus *H* 24 partus *om. K* arcus arcubus] *r* artus artubus *iterum R* 25 artibus enim et partibus et arcibus] *r* partus partibus enim et partibus et artibus *R*

cipitur 'his' et 'ab his bobus'); in hac vero [id est quarta] in quibusdam inveniuntur veteres per supra dictos casus plurales, quamvis nulla cogente causa differentiae, u paenultimam pro i ponentes, ut 'portubus', 'tribubus' 'lacubus'. Ovidius in IIII fastorum:

Praemia, de lacubus proxima musta tuis.

neutrorum vero singularia, quae indeclinabilia esse supra dictum est, corripientia u assumentiaque a faciunt nominativum et accusativum et vocativum plurales: 'cornu || cornua', 'genu genua'. genetivus vero et dativus vel ablativus ad similitudinem fit tam masculini quam feminini: 'cornuum' [genetivus] 'his' et 'ab his cornibus' [dativus et ablativus]. |

DE NOMINATIVO CASV SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

Quinta declinatio terminationem habet nominativi unam in 'es' pro- XVIIII 92
ductam, et sunt omnia feminini generis et Latina. excipitur unum, 'diēs', quod in singulari numero tam masculini quam feminini generis invenitur, ut Lucanus in II:

pro fata! quis ille,
Quis fuit ille dies?

Virgilius in IIII Aeneidos:

Ille dies primus leti primusque malorum
Causa fuit.

idem in II:

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

in plurali vero semper masculini invenitur, 'hi dies', sicut etiam ab eo compositum semper masculini generis est, 'hic meridies'. Terentius in adelphis:

†praeterea
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

Omne igitur praeteritum perfectum primam personam in i terminat: 'amavi', 'docui', 'dixi', 'comperi', et assumpta 'sti' facit secundam: 'amavisti', 'docuisti', 'dixisti', 'comperisti', t vero ascita et correpta i tertiam: 'amavĭt', 'docuĭt', 'dixĭt', 'comperĭt', 'mus' primam pluralem: 'amavĭmus', 'docuĭmus', 'dixĭmus', 'comperĭmus', i tamen paenultima correpta. secunda pluralis a sua singulari || fit addita s: 'amavistis', 'docuistis', 'dixistis', 'comperistis', tertia autem ex prima singulari nascitur, i finali conversa in e productam et addita 'runt' vel 're': 'amavērunt' vel 'amavēre', 'docuērunt' vel 'docuēre', 'dixērunt' vel 'dixēre', 'comperērunt' vel 'comperēre'.

Et nascitur hoc quoque tempus a praesenti, sicut mox docebimus, et

1 mutat o] *b* mutato *B* mutata o *RL* motata o *K* et *om.* *G* assummit *R* assumpta *GLK* adsumpta *BDH* 2 uenebam *Hh* (i *sup.*) quidem *om.* *L* 3 quarte *Rr* (a *sup.*) in io *LK* 5 munio munio muniebam *R* muebam *Hh* (ni *sup.*) uero coniugatione et *H* et in quarta in *BDGLKr* 6 syllabas doceo docebam eo is *R* *post* syllabas: doceo docebam — dictum est *add.*, docebam *in* doces *mut.* *r* docebam munio muniebam eo *K* 7 unam syllabam *r* 8 "syllabas 'in utraque persona *G* 9 aliis *del.* *r* 10 soleant *BK* 11 tam *om.* *D* 12 non a secunda *in litura* *K* preteritum *in litura* *K* 14 de pterito perfecto omnium generaliter coniugationum *D* *inscr.* *unius lin. spatio rubricatori rel. om.* *H* 16 in o *D* (e *sup.*) disserere] *rh* dissere *RH* 17 deo *RrD* (e *sup.*) 18 terminant *D* 19 compleri *Rr* adsumpta *B* 20 dixis complexisti *Rr* (ti, r *sup.*) adscita *B* 21 tertam *K* complerit *Rr* pluralem addita amauimus (*fuit* addita *sc. gloss. ad* mus) *RB* 22 complerimus *Rr* 23 singulari sua *GL* amanuistis *H* 24 compleristis *Rr* 25 productam] *r* producta *R* ut amauerunt *GLK* ut amauaerunt *H* (e *sup.*) 26 amauero *Rr*

vel pares habet cum eo syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'moneo monui', 'lego legi', 'munio munivi', vel minuitur una syllaba, ut 'facio feci', 'fugio fugi', 'venio veni', vel vincit una syllaba, ut 'oro oravi', 'curro cucurri'.

Si sint primae coniugationis, abundat praeteritum una syllaba: 'accuso accusavi', 'domo domui', 'sto steti', exceptis duobus: 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'. antiqui tamen haec quoque secundum analogiam saepe proferebant, unde Terentius in eunucho:

Dum haec mecum †.puto, accersitur lavatum interea virgo

'lavatum' dixit, quod est a 'lavavi', pro 'lautum' vel 'lotum'. in secun- 14
dae vero coniugationis et tertiae verbis in 'io' desinentibus et in omnibus quartae numquam crescit praeteritum perfectum, sed vel pares habet praesenti syllabas vel minuitur: pares, ut 'pareo parui', 'habeo habui', 'cupio cupivi', 'munio munivi', 'aperio aperui'; minuitur una syllaba, ut 'augeo auxi', 'ardeo arsi', 'video vidi', 'facio feci', 'comperio comperi'; in aliis vero omnibus verbis | tertiae coniugationis modo pares habet, modo una syllaba vincit, numquam autem minuitur: pares, ut 'ago egi', 'frango fregi', 'vinco vici'; vincit: 'credo credidi', 'acccrso accersivi', 'occulo occului', 'curro cucurri'. et notandum est in omnibus verbis disyllabis, quibus interposita est consonans, quod, si pares sint in praeterito et in praesenti syllabae, paenultima vel natura vel positione producitur, sive sit in praesenti longa sive non, ut 'iŭvo iūvi', 'rĕgo rēxi', 'lĕgo lēgi', 'frāngo frēgi', 'scāndo scāndi', 'lūdo lūsi', exceptis 'scindo scĭdi', 'findo fĭdi',
'bibo bĭbi'. si enim pura sit paenultima, in plerisque corripitur etiam 15
in praeterito, ut 'luo lŭi', 'nuo nŭi', 'spuo spŭi', 'suo sŭi', 'ruo rŭi', 'eo ĭi' (invenitur et 'īvi'); in paucis producitur, ut 'struo strūxi', 'fluo flūxi', 'neo nēvi'. idem fit etiam, cum a trisyllabis prae||sentibus disyllaba fiunt praeterita, ut 'sedeo sēdi', 'video vīdi', 'facio fēci', 'capio cēpi', 'iacio iēci', 'augeo aūxi', 'ardeo ārsi', 'foveo fōvi', 'faveo fāvi'. in crescentibus vero, in quibus repetitio fit principii per praeteritum, paenultimae

3 ueni moneo monui uel *Dd* 4 abundant *Dd* habundat *R* 5 domo *del. r* 6 hoc *D* protulerunt (uel proferebant) *G* 7 *Terent. eun.* III 5, 44 8 reputo *Terentius* accersitur] *rd* accessitur *R* acersitur *DK* arcessitur *G* arcesitur *Ll* 11 coniugationis (et) tertiae *Rr* 12 habet pares *LK* praesentis *GLK* 13 par*ui (a) *R* habe(o) *Rr* 14 ap. perio (aperui) muniuitur una (uitur una *in litura r*) *Rr* 15 auge.(o) *Rr* 17 minuitur *in litura k* ut *om. G* 18 uinci *RrH* vincit] *om. DGL* uincit una syllaba *RK* crescit. Vt *d* ut credo *Hr* arcesso *B* acerso acersiui *Hh* arcesso arcessiui *LK* occulto *H* 19 notandum in *K* 20 (in) quibus *K* 23 fregi *add. r* scandali *Dd* scindi scindi. Si (et findo fidi) *Rr* scindi *K* sci*di (n?) *H* et findo *BD* fi*di (n?) *H* 24 bibo bibi *om. BDGLK* et bibo bibi *d* penultima in plerisque pura sit *K* corpitur *R* 25 suo sui *om. G* 26 ut est struo *GLK* 28 caepi *H* coepi *B* 30 reppetitio *L* repititio *K* fit repetitio *G* et per *Rr* per *add. d*

vel antepaenultimae principalis syllabae praesentis tempora servantur in praeteriti paenultima, ut 'caēdo cecīdi', 'cūrro cucūrri', 'mōrdeo momōrdi', 'tōndeo totōndi', 'spōndeo spopōndi', 'fāllo fefēlli', 'pēdo pepēdi', 'cădo cecĭdi', 'părio pepĕri', 'căno cecĭni', 'tēndo tetēndi', 'pōsco po-

16 pōsci'. excipiuntur 'pēllo pepŭli', 'tāngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'dīsco didĭci', 'percēllo percŭli' et 'tūndo tutŭdi', unde Horatius in epistularum libro II:

Speratum meritis. diram qui contŭdit hydram.

Et in prima quidem coniugatione principium immobile manet in supra dicto tempore exceptis quattuor verbis: 'sto steti', 'do dedi', 'lăvo lāvi', 'iŭvo iūvi'. illa enim duplicant consonantem, haec vocalem in praesenti correptam paenultimam in praeterito perfecto producunt, quod in nullo alio supra dictae coniugationis accidit verbo. in | secunda vero et tertia in omni loco est, ubi invenimus moveri literas vel syllabas praesentis. per singulas igitur tam vocales quam consonantes per ordinem ostendemus solitas fieri mutationes.

A brevis modo manet eadem, ut 'căreo cărui', 'răpio răpui', 'văleo vălui', modo producitur: 'făveo fāvi', modo mutatur in e correptam, ut 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi', modo in e productam, ut 'ăgo ēgi', 'făcio fēci', 'iăcio iēci', 'frăngo frēgi'. producta vero non mutabitur: 'rādo

17 rāsi', 'pāreo pārui'. et sciendum, quod, cum a brevis in e productam convertitur, vel disyllabum est tam praesens quam praeteritum, ut 'ăgo ēgi', 'frăngo frēgi', vel a praesenti trisyllabo praeteritum disyllabum fit, ut 'făcio fēci', 'iăcio iēci'; in e vero correptam ex contrario, quando a praesenti disyllabo praeteritum fit trisyllabum: 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi'.

E correpta modo eadem manet, ut 'ĕgeo ĕgui'; modo producitur, ut•

1 principalis syllabae] *sic etiam h. l. DH* principalisyllabae *B* praesentis tempora] *om. R* praesentis tempora principalis syllabae *BDHr* 2 praeteriti] *d* praeterito *BD* [ac]cado *Gg* [ci]cedi *Rr* [i]cecidi *Gg* c•ecidi(a) *H* cicidi *DLK* *post* cucurri: parco peperci pendeo pependi •••••••• *Dd* parco peperci *in mg. H* 3 tondo *Hh* spo[e]spondi *K* 4 cano cecini pario peperi (pepiri *L*) *DHGLK* [pe]peri *Rr* tedendi *G* 5 pepi•gi [v] *B* pep[i]egi *Gg* 6 percello perculi *om. L* et *K* tut••ndi (*sic*) *Dd* orā *K* *Hor. epp.* II 1, 10 7 in *del. r om. DHGLK* aepistolarum *K* 8 contudit] *k* contulit *K* 9 immobile principium *G* 11 i[v]ouo iuu[i]o *H* d[.v]plicant *Rr* 12 in *ante* praeterito *add. h* praeteritu[o]m perfectu[o]m *Rr* 13 accidit *ex* •ccedit, *ni f., corr. H* et in tertia in omni est ubi inuenimus loco *G* 14 in *om. B* 17 manet ut *B* eadem carc• *K* 18 ualui eadem modo *B* favi] *h* faue *H* 20 non mutatur *H* 21 sciendum est quod *H* quod *add. b* 22 conuertitu[r] *Rr* tam praesentis *Rr* 23 trysyllabo *D* trisyllaba *L* praeterito *Rr* 24 correptam uero *Hh* 25 tryssyllabum *D* ut cado *G* 27 correptam *Rr* modo eadem modo *H* eadem modo *K* [ut]egeo *Rr* [e]ego *Dd* modo producitur *in mg. add. K*

'lĕgo lēgi', || 'sĕro sēvi', 'cĕrno crēvi', 'sĕdeo sēdi', 'vĕnio vēni'; modo mutatur in a productam, ut 'stĕrno strāvi'; modo in i correptam, ut 'ĕo ĭi'; productam, ut 'tĕro trīvi'; modo in u correptam, ut 'docĕo docŭi', 'monĕo monŭi'. producta si fuerit, in praeterito quoque producitur vel natura vel positione, ut 'cēdo cēssi', 'crēdo crēdidi'.

I correpta modo manet eadem, ut 'nĭteo nĭtui'; modo producitur, ut 18
'vĭdeo vīdi', 'cupĭo cupīvi'; modo in e convertitur vel natura vel positione longam: 'incĭpio incēpi', 'aspĭcio aspēxi'; modo in u, ut 'rapĭo rapui'. producta manet eadem, ut 'fīgo fīxi', 'rīdeo rīsi', 'nītor nīsus', 'fīdo fīsus'.

O correpta modo manet eadem, ut 'dŏceo dŏcui', 'cŏndo cŏndidi'; modo producitur, ut 'mŏveo mōvi', 'fŏveo fōvi', 'fŏdio fōdi'. o producta in quibusdam manet, ut 'ōro ōravi', 'dōno dōnavi', in aliis corripitur, ut 'pōno pŏsui', 'cōgo cŏegi'.

V correpta modo manet eadem, ut 'rŭo rŭi'; modo producitur natura vel positione, ut 'fŭgio fūgi', 'strŭo strūxi', 'flŭo flūxi'. producta quoque modo manet modo mutatur, ut 'excūdo excūdi', 'lūdo lūsi', | 'tūndo tŭtudī'.

'Ae' diphthongus in quibusdam manet: 'quaero quaesivi', 'laedo laesi'; in aliis mutatur in i productam: 'caedo cecīdi'.

'Au' manet eadem, ut 'augeo auxi', 'haurio hausi'; mutatur in uno 19
anomalo in 'abs': 'aufero abstuli'.

B manet: 'bibo bibi', 'habeo habui'; mutatur in 'ps' vel duas s: 'scribo scripsi', 'nubo nupsi', 'iubeo iussi'. (quaeritur tamen de 'scripsi' et 'nupsi', cur non per b, sed per p scribantur; et est causa euphoniae, quod in principio syllabae b ante s vel ante t inveniri non potest, ut 'ipse', 'aptus'. nam 'absonus', 'abstinens' et similia non in principio syllabae habent coniunctas b et s, cum praepositio separatim est syllaba

1 sedeo sedi cerno creui *H* 2 productam sterno *L* correptam eo *G* 3 ii. Modo productam *B* in u *add. d* deceo (o) *Dd* 5 caedo *H* cesi (s) *Kk* 6 I *in litura h* modo mamanet *R* eadem niteo *L* 8 longam (ut) incipio *Rr* ut incipio *BDHGLK* u] *r* ii *ni f. R* u correptam *Gh* 9 fi*go fi*xi *G* 10 fidus (s) *H* 11 mo (do) *Hh* condo condidi *eras. in H* 12 foudi (d) *H* o productam *Rr* 15 eadem *add. bd* 16 stro (u) *Hh* 17 mutatur. manet ut *Kdh* excludo (uel s) excludi *G* excludo excludi *L* excludo exclusi (si *in litura k*) *Kk* (ex)cudi ludo lusi tundo (mutatur in u correptam ut pungo pupugi) *Dd* mutatur in u correptam *eodem loco spscr. h* lu*si(d) *L* 18 tutundi *Rr* 19 Ae dyptongus *d* Aegyptongus *D* ut quaero *GLKd* 20 lexi (s) *D* ut caedo *GLK* cecidi *B* cicidi *GLK et ex* cecidi *mut. D* 21 hario (u) *H* (h)aurio (h)ausi *D* 23 (in) ps *Bb* duas ss *r* ss *BDHGLK* 24 ut scribo *H* 25 et nupsi et nupsi *H* euphoniae] *d* euphonia *DHr* 26 b *om. L* uel t *G* 27 aptus] *d* abtus *D* abstinens et (obtinens) *Hh* *post* principio: eaedem *add. r* eadem *BGLK* **dem *DH* eiusdem *dh* 28 syllaba *GLK* b et s (uel bt) *Hh*

accipienda. igitur participia quoque supra dictorum verborum rationabiliter per p et t scribuntur: 'scriptus', 'nuptus', et nomina ex his derivata: 'scriptor', 'nuptiae'.)

C modo manet, ut a 'doceo docui', 'facio fe||ci'; modo duplicatur, ut 'cano cecini', 'cado cecidi', 'caedo cecidi'; modo transit in s, ut 'mulceo mulsi', 'farcio farsi'; modo in x, ut 'duco duxi', 'sancio sanxi'.

D manet eadem: 'candeo candui', 'defendo defendi'; duplicatur: 'perdo perdidi', 'credo credidi'; transit in s: 'laedo laesi'; vel in duas s: 'cedo cessi'.

F manet: 'ferveo fervi', 'frango fregi'; duplicatur: 'fallo fefelli'.

G servatur eadem: 'egeo egui', 'lego legi'; vel mutatur in s, ut 'algeo alsi', 'turgeo tursi', 'mergo mersi'; vel in x: 'frigeo frixi', 'augeo auxi', 'tingo tinxi', 'pingo pinxi'; subtrahitur: 'gigno genui'.

H est ubi manet integra: 'habeo habui'; est ubi mutatur in x: 'traho traxi', 'veho vexi'.

L manet per se, ut 'oleo olui', 'alo alui', 'occulo occului'; vel mutatur in s, ut 'vello vulsi'; vel subtrahitur, ut 'percello perculi', 'pello pepuli'.

M manet: 'timeo timui', 'emo emi'; assumit 'ps': 'demo dempsi', 'como compsi', 'promo prompsi'; geminatur, ut 'mordeo momordi'; subtrahitur: 'rumpo rupi'.

N servatur eadem, ut 'moneo monui'; assumit s, 'maneo mansi'; mutatur in s: 'pono posui'; vel in 'ps': 'temno tempsi'; vel in u loco consonantis: 'sterno stravi', 'decerno decrevi'; subtrahitur: 'linquo liqui', 'vinco vici'.

P manet: | 'sapio sapui', 'rapio rapui', 'pareo parui', 'peto petivi'; repetitur: 'pello pepuli', 'parco peperci', 'pendeo pependi'; assumit s: 'repo repsi', 'scalpo scalpsi'; conduplicatur: 'reperio repperi'.

Q manet eadem: 'quaero quaesivi', 'queo quivi'; transit in s: 'torqueo torsi'.

1 rationabiter *G* 2 et nuptus et *GLK* ex his *om* *GLK* deriuatiua *D* diriuatiua *G* 3 et nuptiae *GLK* 4 a *eras. in H* duplicantur *H* 5 caedo cicidi *DGLK* caedo caecidi *H* 8 ut perdo *GLK* credidi] credi *B* duas .ss. *BDH* 9 ut cedo *GK* ut c*edo (a) *L* caessi *L* 10 ferbeo *DHGLK* fervi] *r* feruui *RB* ferbui *DHGLK* ut *ante* fallo *in mg. add. K* 12 turge^o *Dd* uel *om. GL* 13 subtraitur *RD* 14 *** *L* (ubi) habeo (ut) *Rd* ut traho *B* 16 L littera *B* alo alui *post* occului *add. r* occulo — vulsi] occulo occusi *G* 17 subtraitur *D* 19 ut timeo *GLd* emui *D* adsumit *B* 20 cōsi (p) *D* promsi *DL* 21 subtraitur (h) *D* ut rumpo *K* 22 adsumit s ut *B* 23 tem*uo (p) *K* tempno *B* 24 consantis *L* consonantis (posita) *H* consonantis posita *G* li*qui (n) *H* 25 uiuci *D* ui*ci (n) *H* 26 sapiui *GL* 27 reppetitur *L* pendeo pependeo (i) *Dd* penpendi *H* adsumit *B* 28 duplicatur *D* 29 queo *D* *post* transit in s *sqq.* — transit in is *om. R add. r* ut torqueo *K*

R manet: 'curro cucurri', 'terreo terrui'; transit in s: 'quaero quaesivi', 'uro ussi', 'haurio hausi'; vel in u loco consonantis: 'tero trivi'.

S manet: 'censeo censui', 'arcesso arcessivi'.

T manet: 'verto verti'; transit in s: 'mitto misi', 'concutio concussi'.

X manet: 'texo texui', 'nexo nexui'.

Sunt igitur formae generales praeteriti perfecti octo: in 'vi' syllabam, IIII 21
'ii', 'ui' divisas, 'si', 'xi' et i antecedente consonante, quae in praesenti tempore ante o vel 'eo' vel 'io' invenitur, et quae in principio geminat consonantem et quae in fine.

Et in 'vi' qui||dem quattuor coniugationum sunt verba, quae terminant praeteritum, ut 'amo amas amavi', 'fleo fles flevi', 'cupio cupis cupivi', 'munio munis munivi'.

In 'ii' vero tertiae et quartae, quae in 'ivi' desinentia intercepta u consonante corripiunt i paenultimam, ut 'cupivi cupĭi', 'arcessivi arcessĭi', 'sivi sĭi', 'munivi munĭi', 'audivi audĭi'.

In 'ui' divisas omnium coniugationum verba inveniuntur terminantia: primae, ut 'tono tonas tonui', 'seco secas secui'; secundae: 'teneo tenes tenui', 'habeo habes habui'; tertiae: 'annuo annuis annui', 'pono ponis posui', 'alo alis alui'; quartae: 'aperio aperis aperui', 'prosilio prosilis prosilui'.

In 'si' secundae et tertiae et quartae; secundae: 'ardeo arsi', 'rideo risi', 'suadeo suasi'; tertiae: 'ludo lusi', 'cedo cessi', 'uro ussi', 'scalpo scalpsi'; quartae: 'raucio rausi', 'haurio hausi', 'farcio farsi'.

In 'xi' similiter secundae et tertiae et quartae; secundae: 'augeo auxi', 'frigeo frixi', 'mulgeo mulxi'; tertiae: 'duco duxi', 'pingo pinxi', 'coquo coxi', 'vivo vixi'; quartae: 'sancio sanxi'.

I habent post consonantem ante o vel 'eo' vel 'io' praesentis tem- 22
poris et in prima, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'; et in secunda, ut 'prandeo prandi', 'sedeo sedi', 'video vidi', 'foveo fovi'; et in tertia: 'bibo bibi', 'lego legi', 'defendo defendi', 'fugio fugi', 'fodio fodi'; et in

1 ut curro *d* 2 usi *LK* consonantis *add. r* ut tero *G* 3 ut censeo *Gd* anseo *D* arcessivi] *h* arcersiui *H* 4 ut uerto *r* uerti*(t) *B* mi*to mis*i (t-s) *L* concusi *K* 5 ut texo *d* texeo *B* 6 DE FORMIS PRETERITI PERFECTI. *inscr. B* 7 in ii in ui *Krd* si et xi *B* in si in xi et in i *d* consonante qui in *H* consonante que in *h* 10 sunt coniugationum *B* 12 muniui. In secunda uero et tertiae *B* 13 in ivi] in ui *DK* u *om. G* 14 pennultimam *D* ut *om. GLK* 15 siui sii *om. BD* 16 inueniuntur uerba *K* tamen terminantia *Rr* 17 ton*o ton*as *L* ut teneo *LK* 19 posuit *K* aperio aperis aperui prosilio prosilis prosilui *H* 21 secundae et tertiae *Rr* 22 suadeo sasi *G* tetiae *R* caedo *R* cesi *K* ussi] *r* usi *RLK* 23 raucio] *r* rautio *RDH* hausi] ausi *B* fartio *Rr* 24 aus *Rr* 25 mulceo *Kk* mulgeo mulxi *om. L* mulsi *Dd* mul*xi (i) *H* coquo *ex* quoquo *corr. R* coco *GLK* 26 santio *Rr* uincio uinxi *post* sanxi *add. Hd* 27 consonantem positam ante *h* uel eo uel eo uel io *Rr* 28 et *add. R* lauo la|ut prandeo, *in mg.* ui et in secunda *add. K* 29 fovi] fodi *R* 30 bi[bi] *Rr* deffendo *G* defendi *spscr. r*

quarta: 'reperio repperi', 'comperio comperi'. geminant consonantem in | prima quidem coniugatione duo monosyllaba: 'do dedi', 'sto steti'; in secunda principales modo syllabas: 'mordeo momordi', 'tondeo totondi'; in tertia alia principales, alia finales: principales quidem, ut 'disco didici', 'cano cecini', 'pello pepuli'; finales vero, ut 'credo credidi', 'vendo vendidi'.

Formis igitur generalibus praeteriti cognitis nunc necessarium esse existimo de paenultimis quoque uniuscuiusque formulae syllabis generaliter tractare. non minus enim hae quoque ad omnem rationem declinationis tam praeteriti perfecti quam plusquamperfecti nec non etiam participiorum eiusdem temporis necessariae sunt.

23 In 'ui' terminantium omnis paenultima || longa est vel natura vel positione, et vel in praesenti quoque habent u loco consonantis, ut 'iuvo iūvi', 'lavo lāvi', 'moveo mōvi', 'caveo cāvi', 'paveo pāvi', 'faveo fāvi', 'foveo fōvi', 'voveo vōvi', 'volvo vōlvi', 'solvo sōlvi'; vel a secunda persona praesentis nascuntur abiecta s et assumpta 'vi': 'amas amāvi', 'oras orāvi', 'fles flēvi', 'comples complēvi', 'cupis cupīvi', 'audis audīvi'; vel pro n vel r vel 'sc', quae in praesenti tempore inveniuntur ante o, u habent loco consonantis principalem extremae syllabae in praeterito perfecto, ut 'sino sīvi', 'decerno decrēvi', 'tero trīvi', 'quiesco quiēvi', 'pasco pāvi'.

24 Et primae quidem coniugationis et tertiae verba in 'vi' syllabam facientia praeteritum perfectum, quae a prima persona nascuntur, pares habent tam in praesenti quam in praeterito perfecto syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', 'sterno stravi', 'sino sivi', 'tero trivi', 'ascisco ascivi', excepto 'quaero quaesivi', 'pono posivi' antique, quod nunc dicimus 'posui'. quae vero a secunda persona nascuntur, superant in praeterito eandem secundam personam una syllaba, ut 'accusas accusavi', 'deles delevi', 'cupis cupivi', 'munis munivi'.

1 repperio *D* repperio *K* re(p)peri *G* 2 coniugatione *om. K* coniugacione *D* 3 principales monosyllabas *B* modo *om. GLK* modo (tantum) *Rr* tantum *in mg. h* tontondi *G* 4 tertiae *Rr* aliae *K* aliae *RBDH* aliae *K* aliae *RBDH* .ut disco ut didici *R* 7 praeteriti] *r* preteritis *R* * esse(÷) *H* 8 ex(i)estimo *G* 9 (enim) minus *Hh* hae] *om. LK* hec *B* he*(c) *D* .i. penultima *post* quoque *add. R unc. incl. r* racionem declinacionis *D* 10 praeteri *R* 11 eiusdem temporum *K* 13 iu(u)go *Rr* 14 lauo laui *om. GLK* moveo movi] moneo monui *G* paueo paui *om. D* paueo — uoui *om. BHGLK* faueo — uoui *sup. lin. add. D* 16 et abiecta *K* et adsūta *b* et absumpta *D* et addita *B* amo amas *G* ut amas *d* oro oras *G* 17 *oraui *H* fleo fles *G* 22 coniugacionis et terciae *D* syllabam] *r* syllaba *R* faciencia *D* 24 praesenti] *r* preusenti *R* quam et in *R* 25 lauo lauo laui *K* siu(n)o *D* sino sino *L* tro *L* adscisco adsciui *B* adscisui *D* 26 pono .s. posiui *D* posi(i)vi] *r* posui *RH* posui dicimus *B* 27 na(s)uscuntur *D* 28 deler· *Rr*

Secundae vero, quae u loco consonantis ante 'eo' habent, producunt paenultimam, quae in praesenti corripitur, et 'eo' in i convertentia una syllaba minuuntur in praeterito perfecto, ut 'căveo cāvi', 'mŏveo mōvi', 'păveo pāvi', 'vŏveo vōvi', 'făveo fāvi', 'fŏveo fōvi'.

In 'ui' divisas praeteritum perfectum exire in omni coniugatione invenitur, et si vocalis sit paenultima ante | o in praesenti, pares habet syllabas eius praeteritum. inveniuntur autem eiusdemmodi verba in secunda vel 25 tertia vel quarta coniugatione, ut 'doceo docui', 'moneo monui', 'rapio rapui', 'annuo annui', 'aperio aperui', 'cooperio cooperui'; sin vero consonans sit ante o in praesenti, praeteritum una syllaba abundat, quod in prima quidem coniugatione in omnibus in 'ui' divisas terminantibus praeteritum invenies, ut 'domo domui', 'veto vetui', 'sono sonui', 'seco secui'; in tertia vero hoc idem observatur || in iis omnibus, quae non habent vocalem ante o, ut 'occulo occului', 'tremo tremui', 'pono posui', 'succino succinui', quod in secunda vel quarta coniugatione non potest inveniri, cum haec i, illa e semper habent ante o finalem. et attendendum, quod paenultimae vel antepaenultimae praesentis tempora servant in huiuscemodi praeterito, sive pares habeant syllabas sive abundent, ut 'dŏmo dŏmui', 'vĕto vĕtui', 'trĕmo trĕmui', 'nōlo nōlui', 'pāreo pārui', 'cāndeo cāndui', 'hăbeo hăbui', 'apĕrio apĕrui', excepto uno: 'pōno pŏsui', quod cum in praesenti producit paenultimam 'po', in praeterito eandem antepaenultimam factam corripit; nec mirum, cum solum hoc in 'no' desinens et n in s mutavit in praeterito et in 'ui' divisas terminavit et, sicut supra diximus, veteres in 'vi' quoque syllabam hoc protulerunt. omnis autem 26 paenultima supra dictae formae (hoc est in 'ui' divisas desinentium) corripitur; raro enim in Latinis dictionibus vocalem paenultimam ante alteram vocalem productam invenies. ideo autem diximus 'raro', quia in 'fio' verbo auctores producunt paenultimam, ut Virgilius in bucolico:

Omnia vel medium fīant mare; vivite silvae,

1 ante o (e sup.) *Rr* 2 paenultimam] *om. R* penultimam *sup. lin. add. r* antepenultimam *BD* antepeneultimam *G* corrumpitur (i sup.) *Dd* conuertencia *D* 3 minuuntur. Inueni *H* praeterito] *r* preteriti *R* 4 paueo paui uoueo uoui *om. BHGLK* 5 exire *om. D* 7 eius] ei *HK* autem] tamen *B* eiusmodi *BDHGLK* vel] et *GLK* 8 tercia *D* vel] et *K* coniugacione *D* 9 adnuo adnui *B* 10 sillabundat (baha sup.) *R partim a pr. m., partim ab r corr., a qua m.* ha *profectum est, quod tamen et ipsum iam a pr. m. add. videtur fuisse* 11 coniugacione *D* in ui *add. r* 13 his *libri* 15 sucino sucinui *K* succinui *om. L* succiuiui *D* 16 illa e] ille *B* habent (den sup.) *Dd* attendum *Kk* adtendendum *B* 17 quod in penultimae uel antepenultimae praesenti *R* vel] et *K* 18 habent *GLK* abundent(h) *H* habundent *RD* 19 molo molui *K* 20 uno *om. GLK* 21 in *om. R* penultimam (*sic*) *add. d om. DHGLK* 22 corripit] *r* corripuit *R rell.* in o *K* desinens n *H* 24 autem] enim *G* 25 est ui *L* divisas] disas *G* 28 verbo] u (o sup.) (*i. e.* uero) *L* autores *D* ut *om. G* *Verg. ecl.* 8, 58 (*deficit Rom.*) 29 Omnia aut uel *Hh* fiat *Med. Pal. Gud.* uiuitae *D Med.* diuite *B* syluae (i sup.) *K* syluae *H*

in 'ius' enim terminantis genetivi paenultima anceps est. in Graecis autem dictionibus saepe hoc invenitur, ut 'Menelāus', 'spondēus', dīa Camilla.

V 27 In 'si' terminantium perfectum paenultimae vel natura vel positione producuntur. na|tura, ut 'rideo rīsi', 'ludo lūsi', 'raucio rausi', 'haurio hausi'; positione vel geminata s, ut 'gero gēssi', 'cedo cēssi', 'premo prēssi', 'uro ūssi', 'percutio percūssi'; vel l n r p ante 'si' positis, ut 'algeo ālsi', 'maneo mānsi', 'ardeo ārsi', 'tergeo tērsi', 'repo rēpsi', 'scalpo scālpsi'. et secundae quidem vel quartae minuunt unam syllabam in praeterito, ut 'rideo risi', 'suadeo suasi', 'urgeo ursi', 'ardeo arsi', 'farcio farsi', 'raucio rausi', 'sarcio sarsi'; tertiae vero pares habent tam in praesenti quam in praeterito, nisi si vocalem habeat ante o, ut 'ludo lusi', 'mitto misi', 'rado rasi', 'rodo rosi'. si enim vocalem habeat, minuit ea || quoque unam syllabam, ut 'concutio concussi', 'excutio excussi'; secunda enim quoque et quarta ideo minuunt, quia vocales habent ante o.

28 In 'xi' terminantia praeteritum perfectum secundae et tertiae et quartae coniugationis inveniuntur. et tunc tantum natura quoque producunt paenultimam, quando sit e, ut 'rego rēxi', 'tego tēxi', 'illicio illēxi'. in aliis enim positione sunt longae tantum, ut 'traho trāxi', 'vincio vīnxi', 'duco dūxi', quod ostenditur esse correptum ex nomine, quod ab eo derivatur et corripitur, 'dux dŭcis', sicut 'rēxi' produci approbatur ex nomine, quod ab eo nascitur, 'rex rēgis'. (quaeritur igitur, an 'luceo lūxi' debeat natura producta accipi, cum 'lūx' producatur. in quo etiam illud quaeritur, nomen a verbo an magis ex nomine verbum natum sit, quod esse mihi verius videtur, quomodo ab igne 'igneo' et 'ignesco' et a flamma 'flammo'.)

29 Quae praesentis temporis consonantes servantia ante o vel 'eo' vel 'io' positas easdem ante i habent finalem in praeterito, paenultimas vel natura vel positione habent productas, sive sint in praesenti correptae sive productae, ut 'iŭvo iūvi', 'lăvo lāvi', 'vĭdeo vīdi', 'sĕdeo sēdi', 'făveo fāvi',

1 anceps est ut unius. *R* 2 ut *om. GLK* menilaus *L* dia Camilla] *Verg. Aen.* XI 657 *cf. lib.* II § 46; *sic d* dica illa *D* 4 perfectum] praeteritum *K* uel naturae *Rr* 5 . Natura *in mg. add. K* . Natura est ut *B* rauci[o] *Rr* 6 [h]ausi *Rr* praemo *H* praemo praessi *Rr* premo pressi *B* 7 [i]ussu *Rr* percussio *D* uel l uel n uel r uel p *Lk* uel n uel l uel r uel p *GK* l *add. r* 8 tergeo ter.geo.si *H* 10 ur[v]geo *H* ur[s]si *Rr* far[c]tio *Rr* 11 rau[c]tio *Rr* sar[c]tio *Rr* habent sillabas *h* 12 si] *r om. RDH del. l* habeant *HGLK* ante o *in ras. B* 13 missi *D* mi*si(s) *L* enim i uocalem *B* habeant *HL* minuit[unt] *H* (*h?*) 14 una syllaba *H* concutio concusi* *K* 15 quar[a]te *D* qui[a] *Dd* 19 positiones *B* sunt longe positione *K* longuae sunt *G* 20 ab eo] abeo *r* habeo *RD* 21 ex quo nomine quod *B* 22 quod habeo *RrD* diriuatur uel nascitur *K* 23 **debeat (de) *L* 24 a] ex *GLK* 25 uerius *om. GK* 28 positas easdem posita *Rr* habeant *K* et uel natura *B* 29 positionem *Rr* productas habent *K*

'lĕgo lēgi', 'defēndo defēndi', 'fŏdio fōdi', 'fŭgio fūgi', 'vĕnio vēni'. excipiuntur | quae in praesenti paenultimam i habent correptam eamque servant in praeterito quoque paenultimam. ea enim non producitur in praeterito per hanc formam, etiamsi in praesenti positione fit longa, ut 'bĭbo bĭbi', 'fīndo fĭdi', 'scīndo scĭdi'. et sciendum, quod in his quoque in 'eo' vel in 'io' desinentia verba una syllaba minuuntur in praeterito, ut 'sedeo sēdi', 'foveo fōvi', 'moveo mōvi', 'paveo pāvi', 'prandeo prāndi', 'venio vēni', 'reperio rēppĕri', quod notandum est, quod antepaenultimam, non paenultimam produxit positione; alia vero pares habent syllabas cum praesenti, ut 'iuvo iūvi', 'lego lēgi', 'frango frēgi', 'defendo defēndi', 'ago ēgi'.

Repetunt consonantes primae quidem coniugationis duo monosyllaba: 'do dĕdi', 'sto stĕti', et ex his composita: 'reddo || reddĭdi', 'resto restĭti'; habent autem paenultimas breves. secundae vero in principio repetunt quaedam et habent paenultimas positione longas, sicut in praesenti antepaenultimas, ut 'tōndeo totōndi', 'mōrdeo momōrdi', 'spōndeo spopōndi', 'pēndeo pepēndi'. tertiae autem quaedam in principio repetunt, quaedam 30 in fine: in principio repetentia, si in praesenti paenultimam brevem habuerint, in praeterito quoque corripiunt eam: 'cădo cecĭdi', 'căno cecĭni', 'parĭo pepĕri'. sin longa sit in praesenti, paenultima naturaliter in praeterito quoque producitur, ut 'caēdo cecīdi', 'pēdo pepēdi'. sin positione sit in praesenti paenultima longa, est quando servatur in praeterito, est quando abiecta consonante corripitur; servatur in his: 'pōsco popōsci', 'pārco pepērci', 'fāllo fefēlli', 'tēndo tetēndi', 'pēndo pepēndi', 'cūrro cucūrri'; abiecta consonante corripitur in his: 'dīsco didĭci', 'pēllo pepŭli', 'tāngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'tūndo tutŭdi'. et attendendum, quod omnia ea, quae geminant principalem, servant non solum consonantem, verum etiam vocalem primae syllabae praesentis temporis tam in prima quam in secunda syllaba, nisi si a sit; ea enim in e con-

1 fodeo *K* fodio fodi] foueo foui *D* fodio fodi foueo foui *H* foueo foui fodio fodi *B* 2 quae] *d* quoque *D* eamque] *r* eamquae *R* 4 etsi *R?* praesenti sit positione longa *G* sit *BDHLK* 7 moui *add. r* 8 repperi *K* non penultimam (*sic*) *add. d* 9 *post* positione *in H interposita sunt duo folia, quae continent verba ab* a ferueo § 42 *usque ad* ualidior usus § 50 10 diffendo diffendi *K* 11 Reppetunt *L* 12 do *add. r* et *add. rd* redo redidi *Rr* resti[ti] *Dd* resteti *k* 13 repetunt in principio *G* reppetunt *L* 15 totondi] *b* totond* *B* 16 pendo *R* reppetunt *L* 17 in fine: in principio repetentia] *d* et habent penultimas positione *ad praecedens* quaedam in principio repetunt *revertens D del. d* reppetentia *L* 18 caneo *Rr* 19 peperi *K* pepiri *G* si[n] *Rr* Si *D* 20 cedo *RD* cecidi *DG* cedi *Rr* cicidi *LK* pepidi *B* 21 est qn* seruatur *K* 22 servatur] *d* seruate *D* 23 tendeo *RrD* tetendi *ex* tetendo *corr. H* pendeo *Rr* pendo pependi *Hh* 24 didi*ci (d) *L* 25 panguo *K* pepigi *ex* pepegi *ni f. corr. K* adtendendum *B* adtendum *Rr* adtendentem *Dd* 26 principalem syllabam *L* 28 si *om. DGLK* si*(t) *H* sit .a. *GL* conuertitur — disco *add. r*

vertitur, ut 'posco poposci', 'tendo tetendi', 'pendo pependi', 'curro cucurri', 'disco didici'; 'pungo pupugi'; excipitur 'pello pepuli'. a vero in e mutatur, ut 'fallo fefelli', 'parco pe|perci', 'tango tetigi', 'pango pepigi', 'cano cecini', 'cado cecidi'. et vide, quod, si paenultima longa sit, ea quoque servat e, ut 'parco pepērci', 'fallo fefēlli', sin brevis, in i convertitur: 'tetĭgi, pepĭgi, cecĭdi, cecĭni'.

31 In hac enim coniugatione (id est tertia) etiam in fine fit repetitio eiusdem syllabae ubique paenultima correpta: 'vendo vendĭdi', 'credo credĭdi', 'reddo reddĭdi'. et sciendum, quod una syllaba abundat praeteritum, in quo fit repetitio principalis vel finalis, tam in prima quam in tertia coniugatione, nisi si i sit ante o, ut 'do dedi', 'sto steti', 'resto restiti', 'curro cucurri', 'parco peperci', 'cano cecini', 'caedo ce||cidi'; 'pario' vero, quia i habuit ante o, pares habuit syllabas tam in praesenti quam in praeterito perfecto: 'pario peperi'.

DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIVGATIONIS.

VI 32 Quoniam igitur de generalibus praeteriti perfecti temporis verborum formis collectim docuimus, nunc separatim per singulas coniugationes de variis eiusdem temporis speciebus, cuius difficillima est tractatio omnium verbi quaestionum, disserere conemur.

Primae coniugationis verba a secunda persona indicativi modi, quae in 'as' desinit, tam in activa quam in neutrali significatione abiecta s et addita 'vi' faciunt praeteritum perfectum, ut 'amo amas amavi', 'oro oras oravi', 'accuso accusas accusavi', 'meo meas meavi', 'hio hias hiavi', 'flo flas flavi', 'no nas navi'. excipiuntur haec, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum subtracta a: 'domo domas domui', 'crepo crepas crepui', 'frico fricas fricui', 'mico micas micui', 'seco secas secui', 'sono sonas sonui', 'tono tonas tonui', 'veto vetas vetui'. 'plico plicas plicui' vel 'pli-

1 pend(e)o pependi *Hh* 2 pu*pugi *K* pupugi. tundo. tutudi. Excipitur *B* 3 mutantur *D* ut *om. K* *post* peperci: uel in i *add. h* pepigi *ex* pepegi *corr. H* 4 pario peperi *post* cecidi *add. d* quod *add. b* penultima praeteriti *Hd* 6 ut tango. tetigi. pango. pepigi. cado. cecidi. cano. cecini. *B* cecini cecidi *K* 7 hac eadem (enim) *Rr* enim *eras. in B* reppetitio *G* reppit(i)tio *L* 9 reddodi *K* scyllaba *H* habundat *RBD* 10 reppetitio *L* 11 si *om. G* resteti *K* 12 cedo *RB* cado *D* cicidi *GLK* 14 peri *R* pepiri *H* 15 DE PRAETERITO PRIMAE CONIVGATIONIS *r et post* conemur *lin.* 19 *D* huc usque de praeterito perfecto tractauimus. Incipit tractare (tracta(re) *L*) de coniugationibus. *GL* Huc usque de praeterito perfecto tractauimus. incipit de coniugatione *K* VSQVE HVC DE PRAETERITO PERFECTO *sq. totius lin. litura H inscr. om. R* 16 tempori(s)bus *Rr* 17 singulas *ex* singulos *corr. H* 18 dificillima *G* tratatio *R* 20 uerba secunda *GK* 21 hactiua *Rr* 22 *ui(a?) *H* ama(s) *Rr* oro — meavi] *om. R add. r, post* meaui: propino proinas (*sic*) propinaui. Iuuenal. I. hiscere tamquam habeas tria nomina quando propinat (*Iuv. sat.* I 5, 127) *al. m. add. in R* 23 flo flas flaui hio hias hiaui *B* 24 haec qua(e) *Rr*

cavi', quod maxime ex compositis dinoscitur. nam cum praepositione magis per 'ui' divisas, cum nomine vero compositum per 'avi' terminat perfectum, ut 'implico implicui', 'applico applicui', 'explico explicui', 'replico replicui', 'complico complicui'; 'duplico' vero 'duplicavi', 'triplico triplicavi', 'multiplico multiplicavi'. invenitur tamen etiam cum praepositione in 'avi' faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuvius:

Qua te adpli|cavisti tam aerumnis obruta.

Cicero rhetoricon II: quod in itinere tam familiariter se adplicaverit. Varro de poetis libro I: deinde ad Siculos se adplicavit. 'cubo' quoque 'cubui' facit, a quo composita tam primae 33 quam tertiae coniugationis inveniuntur, eundem tamen habent perfectum: 'incubo incubas incubui' et 'incumbo' adiecta m 'incumbis incubui'. 'nexo' quoque 'nexas' vel 'nexis', ut Probo placet, 'nexui'. Virgilius tamen in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem,

secun||dum primam protulit coniugationem. Livius vero in Odissia:

Nexebant multa inter se flexu nodorum
Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

1 maxime in compositis *BD* 2 compositiuum *R* 3 applic*ui(a) *H* replico replicui explico explicui *GK* repplico re[p]plicui explico explicui *L* 5 mulplicaui *H* Inueniuntur *H* 6 raro in *G* pacubius *GLK* *Pacuv. fr. fab. inc.* 28 *p.* 152 *Both.* VII *p.* 103 *Ribb.* 7 Qua] *B et sic ex uno Krehlii codice Ribbeckius l. l.* quae *B ex corr. cum reliquis omnibus* adpli[a]cuisti *Hh* applicauisti *RBDGLK* tam] *ms. G. I. Vossii, edd. ante π, Vossius castig. et not. p.* 118 tamen *mei omnes* obruta *ex* obrutis *corr. B* orruta *GL* abruta *K* 8 *Cic. de inv.* II 13, 43 rethoricon *DGL* in *Cicero, om. libri Prisc.* itenere *GLK* se tamen familiariter *Cicero* applicauerit *RBHGK* applicaueris *L* applicarit *Victorinus p.* 131 *Or.* 9 Varro de poetis libro I] *p.* 260 *ed. Bip.; Plautum significari, qui* 'dicitur' 'ad exemplar Siculi properare Epicharmi' (*Hor. epp.* II 1, 57 *sq.*) *perspexit Bergkius de rell. com. Att. ant. p.* 148. *Varronem in primo hoc libro de Plauto egisse docet Gellius* I 24, 3 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 515 se ******* applicauit *H* applicauit *RBGLK* 10 prima[e] *Rr* 11 quam tertiae *ex corr. h* 12 adiecta] *b* abiecta *B* 13 nexas *ex corr. r* *Prob. de cathol. verb. p.* 1487 *P.* 142 *L.* *Verg. Aen.* V 279 15 Nexantem] *sic etiam Rom.* Nixantem *Pal. Ver. Gud.* [*te] Nixantem *Med.* Nexantem nodos *Verg. codd. dett.* no[d]*is *Ll* m̄bra *D* 16 Livius] *b* lauius *B* Livius in Odissia] *Hermannus elem. doctr. metr. p.* 622 *haec refert ad Hom. Od.* IIII 678, *ad Od.* VIIII 264 *sq. Duentzerus de versu Sat. p.* 45 odysia *GLK* odyssia *D* 17 Nexebant] *d* nexabant *DLr cum codd. lib.* X § 48 *et Diomede lib.* I *p.* 366 *P*, *ubi* nec[x]tabant *Monac.* necxabant *Paris. B* se] *sic et Prisc. infra l. l. et Diomedes* se** (se ni *f.*) *B* sese *G* nodorum eripimus dubio *K* 19 *Att. Deiphobi fr.* 1 *p.* 196 *Both. Deiphobi* (*i. e. Antenoridarum, v. p.* 247. 319 *sq.*) *fr.* III *p.* 128 *Ribb.* deiphoebo *G* deip[h]oebo *L* deipho *K* 20 ferrum] *l* ferr*m *L* [e]cripimus *Rr* omnibus] *sic codd. etiam lib.* X § 48, *ubi* omnes *solus Erl.* 1 *Krehlii* manibus *Ribbeckius* manicis *Erl.* 1 *lib.* X *l. l.*

'necto' tamen eius est primitivum; nam quomodo a participio 'amplexus', quod ex verbo nascitur 'amplector', fit verbum frequentativum 'amplexor amplexaris', sic a participio 'nexus', quod nascitur a verbo 'necto', fit frequentativum 'nexo nexas'. unde manifestum, quod rationabilius hoc secundum primam coniugationem protulit Virgilius. a 'necto' tamen similiter 'nexui' protulerunt plerique, quidam tamen etiam 'nexi', 'necto nexi' dicentes et 'nexus', ut 'flecto flexi' et 'flexus'. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

34 supra dictis addunt quidam 'neco necavi' vel 'necui', sicut et Probus et Charisius et Diomedes, ideo quod participium praeteriti passivum et 'necatus' a 'necavi' et 'nectus' a 'necui' facit. Horatius in I epistula|rum:

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Livius ab urbe condita XXI: fame, frigore, illuvie, squalore enecti. Cicero Tusculanarum I:

enectus siti
Tantalus.

sed proprie 'necatus' ferro, 'nectus' vero alia vi peremptus dicitur. Ennius:

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

1 est *om. K* amplexus quod nascitur a uerbo necto *D* ex uerbo *et vocc. post* nascitur: amplector — nexus, quod nascitur *in mg. add. d* 2 ex] a *K* amplexor] amplec[x]tor *H* 3 necto] neco *in* neto *corr. R* 4 manifestum * quod (÷?) *G* manifestum est quod *H* 5 secund[u]am *H* primam] .I. *sup. lin. K* coi[n]ugationem *Rr* necto [tamen] q̃q *Gg* nexui similiter *B* 6 quidam *om. GL* necto nexi *om. R* 7 ut flexo *GL* fl[e]uxus *Rr* *Verg. Aen.* V 425 V aeneidos *R* 8 in[n]exuit *B* intexuit *Med.* 9 *Lucil. sat.* V 7 *Dous.* 8 *Gerl.* lucilius satirarum (satyrarum *Paris. AB*) curarum retia (recia *Paris. B*) nectit *codd. Diomedis p.* 366 *P.* 10 uigelauit *K* 11 mi] *Dousa* mihi *libri etiam lib.* X § 48 nexit] *k* *exit *K* 12 Probus] necui *hodie certe nec in arte* II 3 (*de cath. verb.*), 9 *p.* 1485 *P. nec in arte min.* § 772 *p.* 395 *anal. Vind. reperitur cf. ann. ad lib.* V § 45 13 carisius *R* *Charisius p.* 215 *P.* 145 *L.* diomides *LK* *Diomedes* I *p.* 362 *P.* Ideoque participium *K* praet[i]eritum *Rr* 14 necatus] *r* necas *R* nectus] necatus *K* orã *K* *Hor. epp.* I 7 87 in ** primo *L* in. [I.] epistolarum *H* aepistolarum *K* 16 spem merita *L* arando *in litura d* 17 Liuius — Tantalus *in mg. add. d* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 40, 9 condita lib. XXI. *B* illuuiae *L* 18 enecti *Rr* *tragoediae inc. fragm. ap. Cic. Tuscul.* I 5, 10 (*trag. fr. inc.* LIX *p.* 214 *Ribb. cf. Fleckeisenum in Iahnii ann.* LXVI 207) Tusculanarum I. *om. G* I] *Krehlius* II. *B* V *RHLK* V[to] *d* 19 enectus siti] *sic Ciceronis cod. Reg.* siti enectus *libri Cic. rell.* 20 tantulus *BH* Tantulus *Fleckeisenus l. l.* *post* Tantalus: quare necatus et quare nectus (nectus sit *B*) *add. BDHGLK* 21 propriae *Rr* fero *R* peremtus *D* 22 *Enn. ann.* XVI 19 *E. S. ann. inc. sed.*

p. 861. 62 P. p. 453 K.

Excipiuntur praeterea haec quattuor: 'sto steti', 'do dedi', 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, 'lavo lavis lavit'. Plautus in Pseudulo:

Gestas tabellas † . eas lacrimis lavis.

Virgilius in X:

lavit inproba taeter
Ora cruor.

idem in III:

fluidum lavit inde cruorem.

a 'do' quoque composita et a monosyllabis praepositionibus tertiae sunt 35 coniugationis, ut 'addo addis', 'reddo reddis', 'trado tradis', 'prodo prodis'. nam 'circumdo' 'circumdas' facit, quia 'circum' et disyllabum est et magis adverbium. et hoc solum verbum primae coniugationis a paenultimam in praesenti et in praeterito imperfecto et futuro et infinito et participio praeteriti || corripit: 'dămus dătis dăris dătur dăbam dăbo dăre dătus dăturus' et quae ex hoc solent fieri, ut 'dăbamini'. 'da' enim ubique ante finem corripitur in hoc verbo simplici, ut 'dăturus dătum dătu dător'. Virgilius in I Aeneidos:

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dăbant laeti.

in eodem:

Adsit laetitiae Bacchus dător et bona Iuno.

in eodem:

O passi graviora, dăbit deus his quoque finem.

idem in eodem:

Si dătur Italiam sociis et rege recepto.

idem in VI:

Cui dătus haerebam custos cursusque regebam.

idem in III:

Et pater Anchises dăre fatis vela iubebat.

fr. LXXXV *p.* 80 *Vahl.* 2 ˄quoque ˄tertiae *H* declinatione] *h* declinationis *H* 3 ut lauo *GL* *Plaut. Pseud.* I 1, 8 (*v.* 10) psedulo *L* psedolo *G* sedulo *H* seudolo *h* 4 tabellas tecum eas *Plautus* lauis *in* lauit *mut. D* lauit *Br et in litura h* 5 *Verg. Aen.* X 727 *sq. cf. lib.* VIII § 36 6 inprob** *D* improba *RBGL* teter *RBDGLK* 8 *Verg. Aen.* III 663 9 fluuidum *BDHGL cum Med. Pal. Fr. m. alt.* 11 coniugationis] *b* coniugationi* *B* ut *om. G* 12 Nam a circundo circundas facis *G* cirdo as *K* 14 praesenti et in *om. GLK* et in futuro *LK* et infinito *add. r* praeteriti temporis *BD* praeteriti et futuri *H* 15 datis daris daris *Ll* 16 hoc *ex* his *corr. K* ut *om. GLK* dabimini *D* ubi[q.] ante *Rr* 17 daturus *om. D* datu datum *D* dator] *r* dator ut *R rell.* *Verg. Aen.* I 34 *sq.* 20 uela *ex* uila *corr. H* laeti *ex corr. H* 21 in eodem — Iuno *om. H* In eodem. si datur italiam adsit *Dd* *Verg. Aen.* I 734 22 Adsit] assit *RGLK* atsit *Med.* bachus *GLK* baccus *D* 23 *Verg. Aen.* I 199 24 pasi *GLK* dabit *ex* dauit *corr. B* 25 Idem *ex corr. K* *Verg. Aen.* I 553 26 datur] *k* d**atur (io) *D* dator *LK* Italiam *in lit. B* 27 *Verg. Aen.* VI 350 28 haherebam *Rr* regebam] gerebam *Pal.* 29 *Verg. Aen.* III 9 30 vela] *h* uale *H* iubebat *ex* iuueuat *corr. B* iuuebat *K Med.*

Persius:

> Quin | dămus id superis, de magna quod dare lance
> Non possit magni Messalae lippa propago?

VII 36 a 'sto' quoque composita servant duplicationem praeteriti, ut 'resto restiti', 'consto constiti', 'prosto prostiti'. Ovidius tamen 'abstit' pro 'abstitit' protulit in XI metamorphoseon:

> Alcyonae lacrimas et quae pars admonet abstit.

et 'absisto' enim et 'absto' 'abstiti' facit.

Supinum vel participiale in 'um' desinens omnia primae coniugationis verba, quae in 'avi' praeteritum terminant, 'vi' in 'tum' convertentia faciunt, ut 'amavi amatum', 'oravi oratum', 'flavi flatum'. quae vero in 'ui' divisas desinunt, si c ante o habuerint, mutant 'ui' in 'tum', ut 'frico fricui frictum', unde Iuvenalis in II:

> si prurit frictus ocelli
> Angulus.

similiter 'seco secui sectum'. sic ergo 'necui nectum' fecit. Ovidius in IIII metamorphoseon:

> Nec tu iam poteras enectum pondere terrae
> Tollere, Nympha, caput.

'mico' quoque 'micui mictum' debet facere. sed dubitationis causa, quia 'mingo' quoque 'mictum' facit, in usu non invenitur, quamvis ab eo verbo compositum 'dimico' 'dimicavi' facit et 'dimicatus' - Livius in †XXXIII: iusta quoque acie et collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt -, quamquam 'emico' 'emicui' faciat. Lucanus libro I:

> Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
> Emicuit.

1 *Pers. sat.* 2, 71 *sq.* 2 id] hic *B* superius *H* de] *k* d* *K* 3 possint *D* magni *om. Pers. Montep. pr.* magna *Pers. Vat.* Messalae] *codd. Persiani plerique* messale *libri* Messala *Pers. Vat.* Messallae *libri aliquot Pers. dett.* lyppa *D* 4 quoque** (q̃q) *L* resteti *K* 5 prosto prostiti consto constiti *B* consteti *K* prosteti *K* 6 *Ovid. metam.* XI 473 7 Alcyonae] *sic Ovidii 'S. Marci veterrimus et unus Mediceus cum uno Vossiano'* alcyone *RGLK* altione *DH* alcione *B* Halcyones (Alcyones, Alciones) *pars libr. Ovid.* ammonet *L* abstit] *sic etiam pars libror. Ovid.* absit, abstat, astit, astat, abstet, obstat, obstet, obsit *alii* 8 abstiti] abstitit *RBD* 9 "[b] Supinum — desinens. "[a] Omnia — conuertentia faciunt. Vt *Hh* Sopinum quoque uel *K* participale *Lr* parcipiale *G* 12 frigo frig[c]ui *D* 13 Iuuenal** (is) *B* *Iuv. sat.* II 6, 578 *sq.* II. *K* 14 purit *Iuv. Pith. m. pr.* ocelli* *B* occelli *GL* 16 ergo neco necui *GLK* *Ovid. metam.* IIII 243 *sq.* 18 enectum *D; in multiplices corruptiones abit pars libr. Ovid.* pondera[e] *K* 19 Nympha] *Ovidius* nimpha *libri* capud[t] *RrD* 20 quia] *k* quod *K* 21 mingno *Dd* habeo *RrD* 22 demico demicaui *GL* dimicavi] *b* dimicui *B* demicatus *GL* *Liv. ab u. c. lib.* . . . XXXIII] *numerus corruptus; locum indagare non potui.* XX *corr. Heidelb. in marg. teste Lindemanno* 23 Iuxta *B* acie] *k* a**ae *K* demicatum *G* quidam auctores sunt] *om. K eras. in H del. d* quidam auctores sunt usi *B* quidam auctores sunt usi in compositione rationabiliter dimicaui *R* 24 facit *r* *Luc. Phars.* I 151. 153 in lib̃ I *B* 25 expsum *G* fulmen | Aetheris impulsi sonitu mundique fragore | Emicuit. *Lucanus*

'plico' etiam et 'plicatum' et 'plicitum' facit, quia et 'plicavi' et 'plicui'. 37
ex eo igitur composita paenultimam a vel i habent in supino: || 'duplicavi duplicatum', 'explicui explicitum', | 'implicui' vel 'implicavi', quod in raro usu est, 'implicitum' et 'implicatum'. unde Lucanus in III:

Implicitas magno Caesar torpore cohortes,

Cicero vero in Pisonem: quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? in eodem: familiaritate implicatus. Sallustius in IIII historiarum: inplicatae ratės ministeria prohibebant.

Alia vero in 'ui' divisas praeteritum desinentia 'ui' in 'itum' convertunt in supino paenultima correpta: 'domui domĭtum', 'cubui cubĭtum', 'sonui sonĭtum', 'tonui tonĭtum' (Horatius tamen in epodo 'intonata' protulit secundum analogiam pro 'intonita':

Non me Lucrina iuverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemps ad hoc vertat mare),

'vetui vetĭtum', 'crepui crepĭtum' ['accubui accubĭtum']. Statius in I Achilleidos:

quem quisque sacrasset
Accubitu genioque locum.

haec tamen ipsa et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur 38
coniugationem, ut Ennius in XI annali:

2 penultimam *b* penultima *B* 3 explicui explicitum] *r* explicaui explicatum *R* inplicaui (implacaui) quod in raro usu est *Hh* (uel a) 4 *Luc. Phars.* III 432 5 implicitas *Kk* magnos *K* terrore *aliquot libri Luc.* coortes *GLK* 6 *Cic. in Pis. or.* 35, 86 uero *om. K* Pisonem] π in ·II· pisone *B* pisone (pissone *G* pissone *L*) *rell.* in criminibus *H* in creminibus *GLK* 7 implicata] *DKr et codd. Barberiniani n.* 1666 *sup. lin. pr. m. et* 1667 *teste Garatonio ad Cic. l. l. cum libris Cic.* implicita *RBHGL et Barberin. n.* 1666 *in lin.* *Cic. in Pis. or.* 29, 70 8 *Sall. hist.* IIII 30 *p.* 333 *Kr.* IIII] *r* III. *R* implicatae *RHL* inplicitae *D* implicitae *GK* Implicite *B* 12 *ad* sonitum *in mg.:* Horatius tamen in libro ·I· sermonum ponit sonaturum. Ingenium cui sit. cui mens diuinior. atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem (*Hor. serm.* I 4, 43 *sq. cf. lib.* XI § 34) *add. b.* oratius *K* *Horat. epod.* 2, 49 *sqq.* in *add. r* aepodo *D* intonata] *b* Intona *B* a tonaui *sup. lin. add. h* 14 Non] *r* nam *R* Non me] nomine *GL* concilia *R* conchilia (h) *BGL* concilia *K* 15 magisue ronibus *L* magis uer omnibus *K* ue rombus *b* uero.CYAKIO umbus *B* rombus *HGr* rembis *R* scaris *R* scarissi quos *K* 16 eo is (m) *Rr* eo*is *D* 17 iems (h) *Rr* hiems *HGLK* ueritat (r) *Ll* mare ueritat *K* *are *G* 18 accubui accubitum *om. RBDH* add. (l) *h* *Stat. Achill.* I 109 *sq.* 19 achileidos *B* achileidos *K* 20 quemuis que sacras sed *R* quem qui se sacrasse et *r* quisque] *h* quisse (q;) *D* quique *H* quisse *K* quis se *L* quise *B* quis *G* sacrarat *Lips.* 1 *Krehlii cum edd. Statii* sacrauit *cum gloss.* elegit *Heidelberg.*, sacrasse *Dresd.* 2 *Krehlii* 21 genioque] *r* genio quoque *R* genioque (in) *Kk* , locus *v. l. ap. Statium* 22 protulisse uetustissimi *G* 23 Ennius in XI annali] *v.* 1 *E. S fr.* VI *Vahl. cf. lib.* VIII § 96

Tunc clipei resonunt et ferri stridit acumen.

idem in XIIII:

Litora lata sonunt.

Accius in Clytaemnestra:

sed valvae resonunt regiae.

Lucretius:

Caligare oculos, sonere aures.

'steti' vero 'stātum' supinum paenultima producta debet facere, unde Lucanus in II:

Constātura fides superum,

cum 'dătum' et 'dătus', sicut superius ostendimus, corripiant a paenultimam. est tamen in hoc quoque notandum, quod nomina ab | eo derivata a paenultimam corripiunt vel antepaenultimam, ut 'stătus stăta stătum stăbilis'. Lucanus in X:

quorum stăta tempora flatus.

idem in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

composita ab eo varie vetustissimi protulerunt, 'asto astitum' et 'astatum', 'praesto praestitum' et 'praestatum'. Aemilius Porcina orator in oratione, uti lex Aemilia abrogetur: tempore adstiturum atque petiturum me esse. Brutus in epistulis: occiso Gaio Caesare, postquam mare transierat, praestatum est.

V vero longam ante 'tum' unum habet: || 'iūtum' et ab eo composi-

1 Tum *lib.* VIII *l. l.* clepei *GLK* strident (i *supra* e) *D* 2 *Enn. annal.* XIII 8 *E. S.* XIV IV *p.* 57. LXXIII *Vahl.* XIIII] *libri mei praeter L,* π VIII. *L* XIII *libri Krehliani ut vid. plerique cum edd. rell.* 4 attius *K* *Att. Clytaemn. fr.* 1 *p.* 194 *Both. Clytaemn.* (*s. Aegisthi, v. p.* 298 *coll. Düntzero ad Liv. Andr. fr.* I *p.* 25) *fr.* I *p.* 117 *Ribb.* clytemnestra *R et ni f. H* clitemnestra *BD* dytemnestra *GLK* clytēmestra *h* 5 sed valvae] sualde *K* ualde *RBDG* ual*de *L* rosonunt rigiae *K* 6 *Lucr.* III 156 7 calicare *GK* sonere] *d* sonare *RDL* so*nare *K* aures] aures regiae *libri* regiae *e versu Attii irrepsisse vidit Lachmannus ad Lucr. l. l.* auris *codd. Lucr.* 8 seti *Hh* stat.tum (t *supra*) *Rr* *Lucan. Phars.* II 17 11 corripiat *RDH* corripit *r* corripiunt *K* 12 nomina *ex* omnia *corr. K* ab eo] *in mg. add. K* habeo *RrD* diriuatiua *G* 14 *Luc. Phars.* X 240 *cf. lib.* IIII § 13 15 temporas *Rr* 16 *Luc. Phars.* V 250 *sq. cf. lib.* IIII § 26 17 e *inseruit h om. H rell.* sed culmine sed culmine cuncta *K* culmina *G* cunta (c *supra*) *Rr* 18 dispiceret *DGK* 19 uariae *Rr* [illegible]e *K* assto asstitum et asstatum *Rr* adsto adstitum et statum (ad *supra*) *Bb* 20 Aemilius] *ex corr. h* Emilius *GK* *M. Aemilii Lepidi Porcinae or., uti lex Aemilia abrogetur: v. Meyerum orr. R. fr. p.* 195 orator] orat' (*i. e.* oratur) *GLK* 21 'aemilia 'lex *H* emilia *DK* emelea *G* arrogetur *G* aditurum *B* astiturum *RHGK* adque *D* 22 me esse] 'forte ne abessem' *Falsterus memor. obsc. p.* 11 *M. Iunius Brutus in epp.: v. Meyeri ann. ad inscr. Bruti Cic. p.* 11 *ed. suae, Drumannum hist. R.* IIII *p.* 40 aepistolis (a *supra*) *K* Gaio] *om. GLK* g̃. *DH* 23 post quem *D* trasierat *B* 24 longam] *d* longum *D* et habeo *D*

tum 'adiūtum'. 'au' quoque unum: 'lautum', quamvis vetustissimi etiam 'lavatum' solebant dicere. unde Terentius in eunucho:

Abeunt lavatum, perstrepunt,

pro 'lautum', et Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

'potum' quoque pro 'potatum'. Virgilius in bucolico: 39

Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum.

Terentius autem in Phormione perfecte protulit:

Nam potaturus †apud me est.

Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in georgicon IIII:

Quoque modo potis gauderent intiba †fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues.

Sciendum autem, quod in 'um' desinens supinum accepto verbo infinito, | quod est 'ire', facit infinitum futuri, ut 'oratum ire', 'domitum ire', 'lautum ire' vel 'lavatum ire', 'statum ire'. frequenter tamen antiquissimi neutro participio futuri addebant 'esse' et infinitum futuri significabant, 'oraturum esse' pro 'oratum ire' dicentes et 'facturum esse' pro 'factum ire'. Cato in V originum: illi polliciti sese facturum omnia, per ellipsin 'esse' pro 'factum ire', quod Graeci dicunt ποιήσειν, quod est infinitum futuri. Lucilius in XVII ad Penelopam conversus:

2 *Ter. eunuch.* III 5, 52 iunucho *K* 3 haheunt *RD* labatum *B* 4 pro lau*tum *K* et *om. G* *Ovid. fast.* III 11 *sq.* IIII. *Kr* 5 Siluia] *sic etiam Ovid. fere omnes cum Petav. et Vrsiniano* Ilia *Arundelianus et gloss. Gotting.* monueri (u *supra*) *G* 6 petebant *K* petabat *D* 7 *Verg. ecl.* 9, 24 8 egyptityre (age *supra*) *D* tytere *RGK* 9 *Ter. Phorm.* V 5, 9 autem *om. G* protulat (i *supra*) *Rr* 10 est apud (aput *Bemb.*) me *Terentius* 11 *Verg. ecl.* 7, 11 12 venient] *d* ueniunt *D cum Verg. Leid.* 13 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* XI § 17 in I. georgicon *B* III* (I) *R* I *DGLK* 14 potis] positis *Verg. Longob.* intiba] *etiam Med. Pal. Fr.* (*deficit Rom.*) intuba *L* fibris] *libri hic et lib.* XI *l. l. et Longob. Verg., quod ortum est ex georg. lib.* I *versu* 120, *cuius* Strymoniae grues *versu Lucaniano inciderint in scholastici memoriam.* riuis *ex Vergilio corr. h* 15 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 16 strimona *HGLKr cum Voss. utroque: sic igitur f. Prisciani archetypus* strimonia *R* relictum *L* relinqunt *Voss. B* 17 nilae graues *K* 19 infiniti futurum *B* *post* futuri: ut oratum — futuri *om. D add. d* domintum *K* 20 lautum uel *K* uel *om. L* statum ire *om. L* 21 esse *om. G* infiniti futurum *B* 23 factum] *bh* facturum *B* factu* *H* *Caton. origg. lib.* V *fr. p.* 116 *Kr. fr.* 104 *p.* 286 *Rth. fr.* LXXXVII *p.* 55 *Wr.* V. de originum *GLK* 24 ellipsin] *g* ellipsim *R* ellimsin *G* elypsin (c *supra*) *D* eclipsin *H* esse facturum pro *B* ΠΟΙΝCΕΙΝ *RHGK* 25 lucillius *GL* *Lucil. sat.* XVII 4 *Dous. Gerl.* XVII *ex* XIIII *corr. L* paenelopam *R* penelopam *D* conuersus ait *DG*

Nupturum te nupta negas, quod vivere Vlixen
Speras.

in hoc quoque subaudiendum est 'esse', id est 'nupturum esse' pro 'nuptum ire', γαμηθήσεσθαι. Sulla in vicesimo primo rerum suarum: ad summam perniciem rempublicam perventurum esse, pro 'perventum ire', ἐλεύσεσθαι.

DE PRAETERITO PERFECTO SECVNDAE CONIVGATIONIS.

VIII 40 Secunda coniugatio in 'eo' desinit. et ea terminatio propria est secundae coniugationis, exceptis paucis primae coniugationis: 'meo meas', 'beo beas', 'laqueo laqueas', 'nauseo nauseas', 'enucleo enucleas', 'creo creas', 'screo screas', 'calceo calceas', quod alii 'calcio calcias', et quartae duobus: 'eo is', 'queo quis' et quae ex eis componuntur, ut 'adeo, redeo, pereo, veneo, nequeo'. in 'eo' i antece||dente unum invenitur, 'cieo'. unde Virgilius in I:

Bella cient primaque vetant consistere terra.

idem in VI:

Aere ciere viros Martemque accendere cantu.

invenitur tamen hoc idem etiam in 'io' | desinens quartae coniugationis. unde Statius in IIII Thebaidos:

suus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus.

Lucanus in II:

Nunc urbes excite feras, date gentibus arma.

Lucretius:

1 nupturam *Gerlachius!* te nuptam *RBGK* ulixen* *H* 4 ΓΑΜΗΘΗϹΕΤΑΙ *RD* ΓΑΜΗΘΗϹΕΘΑΙ *r* ΓΑΜΝΕΝϹΕΘΑΙ *GL* ΓΑΜΗΘΗϹΕΟΑΙ *H* ΓΑΜΝΕΝϹΕΘΑΙϹ | ylla Sylla *K* sylla *DHLrb* silla *G* syllaba *RB* *L. Cornelii Sullae rerum suarum lib.* XXI *fr. p.* 291 *Kr. fr.* 18 *p.* 338 *Rth.* uigesimo primo *D* uicensimo primo *L* 5 rēppublica *Rr* rempuplicam *GK* 6 perventum] *ex* peruenturum *corr. ni f. H* peruenturum *K* peruenturum *B* ire ut ΕΥϹΕϹΕΑΙ *in litura H* ἐλεύσεσθαι] *r om. K* ΕΛΕΥϹΕϹΤΑΙ *R* ΕΛΕΙϹΕϹΘΑΙ *D* 7 De preterito perfecto secunde coniugationis *1* de pterito secundae coniugationis. *D et in lacuna ab L relicta l* DE SECVNDA CONIVGATIONE. *RK* SPECIES PRAETERITI PERFECTI SECVNDAE CONIVGATIONIS. *B* Incipit de secunda ɔiugatī *G inscr. om. H* 8 proprie (a) *D* 9 pacis (u) *B* 10 enucleo *ex* enucleas *corr. H* ******* enucleo enucleas (enucleo) *L* creo creas *om. DHG add. d, in mg. post* screas *add. K* 12 duabus (o) *Rr* ex his *BDHGLK* 13 ueneo (hoc est uenum eo) *Rr* ueneo uenum eo *BHGLK* cieo id est uoco *HGLKb* cieo *** uoco *B* 14 *Verg. Aen.* I 541 16 *Verg. Aen.* VI 165 17 uiros *in mg. K* accedere *Rr* accidere *K* cantum (n) *K* 18 in*io(h) *D* 19 Statius] *bh et in litura d* terentius *RBH* terrentius *GLK* *Stat. Theb.* IIII 146 in IIII Thebaidos *om. G* IIII] *1* III. *RBDHL* .U. *K* tebaidos (h) *LK* 21 tyrrinta *Rr* tyrinta *DHGLK* tyrintha *B* 22 *Luc. Phars.* II 47 *sq.* date gentibus iras | Nunc urbes excite feras, coniuret in arma (armis *pars codd.*) | (Mundus *etc.*) II. lib̄. *K* 23 dat *GL et in litura K* gentilibus *B* 24 *Lucr.* V 211 Terraique solum subigentes cimus ad ortus. *idem versus extat ibidem* I 212, *sed Priscianum ad lib.* V *spectasse docet* aurarum; *ita enim ibi pergit Lucretius:* Sponte sua nequeant liquidas existere in auras. *aliter Lachmannus ad Lucr.*

aurarum cimus ad ortus.

Livius in CXVIII: adversus interfectores Gai Caesaris ultoribus manum conparans concibat. praeteritum eius tam in 'vi' quam in 'ii' desinit, 'civi' vel 'cii'. Lucanus in VII:

quantas in proelia numquam
Concivere manus.

Virgilius in V:

Famaque finitimos et clari nomen Acestae
Excierat.

Observandum autem in omnibus est verbis, quod, si minuat praesentis syllabas praeteritum, necessario paenultimam producit, sive producta sive correpta sit in praesenti, nisi syncopam patiatur, ut 'cieo cīvi' et per syncopam 'cĭi', 'rideo rīsi', 'faveo fāvi', 'augeo auxi', 'moveo mōvi', 'sedeo sēdi', 'facio fēci', 'fugio fūgi', 'fodio fōdi', 'venio vēni'. ergo 'liqueo licŭi' et 'langueo langŭi' pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti, idque usus comprobat. Ovidius in VI metamorphoseon: 41

Inposito fratri moribunda relangŭit ore.

idem in IIII:

nectare corpus
Delicŭit.

idem in VII:

Delicŭit stagnumque suo de nomine fecit.

V loco consonantis ante 'eo' habentia 'eo' in i conversa faciunt praeteritum et producunt paenultimam necessario secundum praemonstratam

V 211: '*Priscianus p.* 865 Lucretius aurarum cimus ad ortus. *sic ille librarii errore deceptus.* aurarum, *cum is grammaticus quem exscribit dedisset* Lucretius de natura rerum'. terrai *pro* aurarum *scribi iusserat G. I. Vossius de arte gramm.* V 35 *p.* 870 *bis ed. Eckstein.* . 1 ad ortus] *r* adhortus *RB* 2 Libius *K* Lucanus in VXVIIo *Lips.* 1 *Krehlii* *Liv. ab u. c. lib.* CXVIII *fr. t.* XIIII *p.* 795 *sq. Drkb. ed Stuttg. p.* XIII *fr.* 49 *Wssb.* CXIIX *Vossius de arte gramm. l. l. et in ed. a.* 1635 *tom.* III *p.* 124 *et in opp. t.* II (*Amstelod.* 1695 *fol.*) *p.* 318. XCVIII *cod. Prisc.* (?) *a C. Barthio ad Stat. Theb.* IIII 146 *l.* XVIII *rell. codd. omnes cum 'vetustissimo' Barthii et ms. Vossii.* CXVII *Barthius et sic Vossii ed. Ecksteiniana* ğ. *DHGL* .g. *K* ultores manuum c̄perans c̄cibat *alter cod. Barthianus* (?) 3 comparans *RDGLK* 4 civi] uel ciui *BDH* ut ciui *GLKrb* *Lucan. Phars.* VII 361 *sq.* VI. *RH* VIII. *r* 5 praelia *G* 6 exciuere *codd. Lucani et sic duo 'eximia' mss. Prisciani a Cortio inspecta* 7 *Verg. Aen.* V 106 *sq.* 8 aceste *R* a*ceste (c) *G* aceste *D* accestae *L* achestae *K* acaestae *Med.* 9 excierat] *sic etiam Pal. ex corr.* exierat *Pal. m. pr. Rom.* 11 producit peneultimam *G* 12 sit] fit *K* praesenti nisi] *b* praesenti ** nisi *B* *post* syncopam: patiatur — syncopam *om. R add. r* paciatur *D* 14 fodio foui *Bb* (fodi. foueo) fodi *spscr. r* 15 li*cui *B* langeo *GLK* 16 Coripiunt *R* *Ovid. metam.* VI 291 18 Inposito *ex* Inposita *corr. B* Imposito *RHGL* moribundo *GLK* relangit *L* 19 idem *om. GL* *Ovid. metam.* IIII 252 *sq. cf.* § 55 .UII. *K* 20 nectare *om. H add. h* 21 Delicuit] *h Lips.* 1 *Erl.* 2 *Krehlii et sic R* § 55; deliguit *H* dilicuit *cett.* 22 *Ovid. metam.* VII 381 23 Delicuit] *H* dilicuit *cett.* delituit *v. l. ap. Ovidium* 24 ante e habentia *GLK* conuertentia *HGLK*

regulam, ut 'moveo mōvi', 'foveo fōvi', 'faveo fāvi'. inveniuntur autem auctores, qui, quomodo in praeterito primae coniugationis in 'vi' syllabam terminante faciunt in secunda tam singulari quam plurali et in tertia plurali in 'unt' desinente persona paenultimae syncopam syllabae, sic etiam in secunda coniugatione, quando praeteritum in 'vi' desinit, ut Virgilius in IIII:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

pro 'admoverunt'. Horatius in sermonum I:

Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni
Summosses omnes. ||

42 'coniveo', quod etiam 'conivo' secundum tertiam protulerunt veteres, praeteritum tam in 'vi' quam 'xi' habuit. Ninnius Crassus in XXIIII Iliados:

nam non conivi oculos ego deinde sopore.

Turpilius vero in paraterusa:

Dum ego conixi somno, hic sibi prospexit vigilans virginem.

'ferveo' quoque etiam 'fervo' invenitur, ab utroque tamen praeteritum 'fervi' di|citur. Terentius in adelphis:

1 foueo foui *om. L* faueo faui *add. r* 2 "coniugationis "primae *K* 4 inrunt *b* penultimae *r* penultimam *R* 5 praeteritum] *r* praeteritur *R* *Verg. Aen.* IIII 367 . 7 hyrcaneaeque *B* hyrcaneq. *GL* hircaneque *K* ammorunt *GL* ad*morunt *K* ubera *ex corr.* (*ex* libera?) *B* tygres *R* tigris *BDHGLK* 8 ammouerunt *GLK* oratius *GLK* *Hor. serm.* I 9, 47 *sq.* in sermonum I *om. G* 9 homin(e)um *Rr* si uelles *v. l. ap. Hor.* 10 summosses (pro summouisses) *Ll* summoses summos omnes *K* submosses omnis *libri Horat.* 11 Coniuueo *Rr* coniuo ** (·F. m?) *B* conibo *K* 12 quam in xi *BDGrh* ninius *H* nimius *K* Ninnius Crassus in XXIIII Iliados] *v. Non. p.* 475, 14 *coll. Sciоppio suspect. lect.* V 1, *Vossio de arte gramm.* V 24 *p.* 830 *Eckst., Huschkio de C. Annio Cimbro p.* 9 *sq., Bernhardio in hist. lit. Rom. p.* 406 *ed. alt.* Cneius Mattius *Ios. Scaliger coniect. ad. Varr. de l. L.* VII § 95 *t.* II *p.* 236 *ed. Bipont., Gisb. Cuperus observ.* III 6 *cf. etiam lib.* X § 10 crasus *GLK* XXIIII] *Scaliger l. l. coll. Hom. Il.* XXIIII 637 οὐ γάϱ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάϱοισιν ἐμοῖσιν. XXIII *libri* 13 Iliados] *r* aliados *R* yliados *GLK* *Matii Iliadis fragmentis, quamvis dubitans* (*v. p.* 569) *h. l. inseruit Wernsdorfius poet. Lat. min.* IIII 572 *fr.* 10 14 egeo *Rr* 15 Turpi*lius(l) *B* Turpullius *GLK* *Turpilii paraterusae fr.* 6 *p.* 89 *Both.* VI *p.* 36 *Grautoff.* V *p.* 91 *Ribb.* paraterusa] *r* paraturusa *R* paterusa *G* 16 sompno *K* somno hic sibi somno hic sibi *Rr* sibi *om. G* 18 ferveo — ferbesco *p.* 479, 22] *eo ordine, quem secutus sum quique a Prisciani more haud abhorret, totum hunc locum exhibent libri, nisi quod post versum Calvinum in HGK, post Terentianum in D, post Persianum in L inseritur sententia:* quaeritur — dominatio (*v. ann. ad p.* 480, 17), *nota scil. marginalis, quae ubique nexum sententiarum intercidit. uncis, in mg. addens:* aspice librum istum quando de figuris partici narrat, *haec inclusit g, nota* XP *ad initium et ad finem appicta d, quae praeterea, sicuti bhk aliis signis appictis ordinem quendam sententiarum constituere conata est, quo exempla ad vocc.* coniueo *et* ferueo *pertinentia inter se coniungerentur, sequentibus edd. inde ab α: ita scilicet, ut post versum Turpilianum singulae sententiae sese exciperent hoc modo:* Caluus — largior, ferueo — adulescentiam, a ferueo — ferbesco, nec solum — olis, a strideo *etc.* (nec solum — fulgis, a strideo — fluctus, denseo — olis, a denso *etc. b*) etiam] et *b* fervo] *d* ferueo *D* utro(q.) *Hh* tamen] *b* tam *B* 19 *Ter. adelph.* I 2, 72 in adelphis *om. G*

Sperabam iam defervisse adulescentiam.

nec solum ea diversarum coniugationum inveniuntur verba, sed multa praeterea, ut 'strideo strides' et 'strido stridis', 'fulgeo fulges' et 'fulgo fulgis', 'denseo denses' et 'denso densas', 'oleo oles' et 'olo olis'. Calvus 'conivere' infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit: 43

Cum gravis ingenti conivĕre pupula somno.

Persius vero secundae protulit:

Vae, nisi conives! oleum artocreasque popello
Largior.

a 'ferveo' Virgilius in I:

Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella.

idem in VIII a 'fervo':

Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

Lucilius:

fervit nunc, fervet ad annum.

Terentius in adelphis:

†Cum maxime fervit, tam placidum quasi ovem reddo.

unde 'fervesco'. dicitur tamen etiam per b 'ferbeo', ex quo 'ferbui'. Horatius in I sermonum:

Velatumque stola, mea cum conferbuit ira.

unde et 'ferbesco'. a 'strideo' Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra,

a 'strido' Virgilius in VIII:

striduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

1 iam *del. RK* adolescentiam *R* aduliscentiam *DHGL* adoliscentiam *K* 2 coniugatione *D* 3 fugo *Hh* 4 *C. Licinii Calvi fr.* 11 *ap. Lachmannum Catull. p.* 82, *fr.* XIII *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 144 5 prenultima *B* 7 ingenti] *om. L* urgenti *Nic. Heinsius* popula *GLK* sompno *K* 8 *Pers. sat.* 6, 50 *sq.* vero] *om. L* uero et *G* 9 Ve *D* uenisi *R* uaenisi uenisse *GLK* conlues *Montepess. pr. Vat. Pers.* olenm] oleuo *GLK* artocreas quae *H* arto creasque *L* orto creasque *K* 10 largiar *Montepess. pr. Vat.* 11 *Verg. Aen.* I 436 *cf. lib.* VIII § 95 12 thymmo *D* thimo *BLK* tymo *r* fraglantia *R* flagrantia *DHGLK* 13 *Verg. Aen.* VIII 677 a fervo] *om. K* a feruo feruere. feruere *b* 14 leocaten *GLK* efulgere *K* fluctis *R* 15 *Lucil. sat. lib.* VIIII *fr.* 14 *Dous.* 10 *Gerl., libro nono assignatum a Nonio p.* 502 *extr., plenius:* Feruit aqua et feruet: feruit nunc, feruet ad annum *laudatum a Quintil. inst. or.* I 6, 8 *cf. Struvium lat. Decl. u. Conj. p.* 189 *sq. Lachmannum ad Lucr.* II 44 16 fervit] *r* feruet *RHGLK* feruet *G* feruit *r* . ad *add. r* 17 *Ter. adelph.* IIII 1, 18 Cum feruit maxume (*Bemb.* feruet maxime *Bas.*) tam placidum quam ouem reddo *libri Terent., unde vel* c. f. m., tam placidum, quam ouis est, reddo *vel* quasi *ex Prisciano accepto* c. f. m., tum placidum quasi ouem reddo *scribendum visum est Bentleio* feruit] *r cum Ter. Bemb. et Donato* feruet *R rell.* iouem *G* 19 oratius *K Hor. serm.* I 2, 71 20 in I sermonum *om. G* 21 mea c̄ ferbuit *G cum libris nonnullis Hor.* ira *add. r* 22 et ferbesco] *d* exferbesco *RDGL* A*strideo *B Lucan. Phars.* VI 623 III. *H* 23 ferali *K* . 24 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 25 striduntque] *d* stridentque *D* 26 structurae *h* uel structurae *b* chalibum *BDHL* calibum *RG* calybum *K*

a 'fulgeo' Virgilius in V:

Ductores auro effulgent,

a 'fulgo' idem in VIII:

auroque effulgere fluctus.

a 'denso' Ennius in VIII annalium:

Densantur campis horrentia tela virorum,

a 'denseo' Virgilius in X:

Extremi addensent acies.

ab 'oleo' Terentius in adelphis:

olet unguenta de meo,

ab 'olo' Plautus infiniti verbi secundam syllabam corripuit in mustellaria:

Non omnes possunt olĕre unguenta exotica.

44 Supinum a praeterito fit mutata 'vi' in 'tum', ut 'civi citum', 'movi motum', 'fovi fotum'. nec solum in secundae coniugationis verbis in 'vi' praeteritum facientibus, sed etiam in aliis est || observandum, ut 'amavi| amatum', 'accusavi accusatum', 'adiuvi adiutum', 'cupivi cupitum', 'accersivi accersitum', 'arcessivi arcessitum'. excipiuntur 'lavi lautum', 'cavi cautum', 'favi fautum', quae differentiae causa pro a longa 'au' diphthongum habuerunt, propter 'latum, catum, fatum', quae alias habent significationes. et sciendum, quod in omnibus huiuscemodi supinis paenultima producitur, exceptis 'sătum' a 'sero sevi' - quod etiam 'serui' habuit in usu antiquitas, unde

1 *Verg. Aen.* V 132 *sq.* auro | Ductores longe effulgent 2 Ductores] *r* doctores *RK* efulgent *L* ef fulgent *K* 3 *Verg. Aen.* VIII 677 5 *Enn. ann.* VIII 47 N *E. S. fr. inc.* 5 *Hug. fr.* XIII *p.* 43. LXIII *Vahl.* VII. *G* 6 denssatur *Rr* horrentia] *r* horentia *RL* 7 denseo *ex* denso *corr. H* *Verg. Aen.* X 432 *cf. lib.* VIII § 95 9 *Ter. adelph.* I 2, 37 *cf. lib.* VIII § 95 in adelphis *om. G* 10 olet *H* olent *BDL* ungenta *G* meo] *b* me* *B* 11 *Plaut. mostell.* I 1, 41 (*v.* 42) 13 omnis *D* unguenta *Bb* ungenta *GLK* exeotica *B* exetica *D* 14 De supinis secundae coniugationis. *inscr. l* Supino *Rr* 16 amaui* *K* 17 *post* adiutum *in B*, *paulo post post* arcessitum *in R interposita*, *a k ad mg. iterum adiecta sunt ea verba, quae variis* § 42 *locis, ut ad p.* 478, 18 *dictum est, inseruerunt DHGLK:* quaeritur, cur cum 'spiro spiras' et 'halo halas' 'spiravi' et 'halavi' faciant, rerum vocabula i habeant, 'spiritus' et 'halitus'? quae puto esse anteriora verbis ideoque non sequi derivativorum regulam. quomodo 'iudicatus', id est 'iudicatio', et 'dominatus', id est 'dominatio'. (cur cum] *d* circum *D* cum *R* cur *G* et *om. G* halo] *r* abalo *R* faciunt *K et k* habent *DGK et k* . spiratus *K* alitus *R* anteriora esse *HLK et k* uerbi *B* regulam diriuatiuorum *K et k* id est *utrubique add. r* iud*catio (a) *L*). *totam hanc sententiam una cum vocc. sqq.* cupiui cupitum accersiui accersitum *delendam indicavit b* accersivi accersitum] *r om. GLK* arcessiui arcersitum *R* 18 arcessivi arcessitum] *d* arcersiui arcersitum *D* arcessitum. Quaeritur *etc. R v. ann. ad lin.* 17 19 differuntur *D* 20 lautum *RrH* catum latum *K* casum *D* cautum *H* "fatum 'catum *G* fatum *om. D* 21 producitur penultima* (m) *B* 22 satum a* sero (s) *K* antiquitus *Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 299

'sertum' - et a 'sino sivi' 'sĭtum', et a 'pono posui', vel 'posivi' secundum antiquos, 'posĭtum'. 'lĭtum' quoque et 'ĭtum' notanda sunt. Virgilius georgicon IIII:

et paribus lita corpora guttis.

In 'deo' exeuntia, longa vocali naturaliter antecedente vel 'ar' syllaba, 'deo' in 'si' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut 'suādeo suasi', 'rīdeo risi', 'ardeo arsi', e vero vel i brevibus ante d positis, producunt easdem vocales et 'eo' in i mutata faciunt praeteritum: 'sĕdeo sēdi' et ex eo composita, 'insĭdeo insēdi', 'subsĭdeo subsēdi', 'resĭdeo resēdi'; 'vĭdeo vīdi', 'invĭdeo invīdi', 'provĭdeo provīdi'. et notandum, quod a 'sedeo' composita, quamvis in praesenti e in i convertant, in praeterito tamen eandem e productam servant, ut 'possideo possēdi'. 'strideo' quoque 'stridi' | facit, quod etiam 'strido stridis' tertiae coniugationis invenitur, i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet. Virgilius in VIII: 45

strīduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strīdeat umbra.

Statius in IIII:

Huius inaspectae luco strīdere sagittae.

Accius in Alcestide:

Cum strīderat retracta rursus inferis.

sin autem prima syllaba in 'deo' terminatorum post mutam aliquam vel m semivocalem e vel o correptas habuerit in aliquam liquidam de||sinentes, duplicatur, sic tamen, ut priori geminatarum extrema consonans subtrahatur, et sic 'eo' in i conversis fit praeteritum perfectum, ut 'pĕndeo pependi', 'tŏndeo totondi', 'mŏrdeo momordi', 'spŏndeo spopondi', a quo etiam s in secunda demitur syllaba euphoniae causa. in compositione VIIII 46

1 sertus *RBDHK* possui (i) uel posui *Rr* 2 et quitum *post* itum *add. d*¹ *Verg. georg.* IIII 99 3 in georgicon IIII. *B* 4 par*ibus (t) *D* lita] illa *Fr.* ilta (t) *Fr. m. alt.* gutis (d) *D* 5 In deo *in litura K* In eo *Rr* Inde .o. *H* In deo quoque *G* antecede | uel *G* 6 de‿o *K* suasi] sasi *G* 8 sedeo (ut) *D* 9 *post* composita: insideo — composita *om. D add. d* subsedeo *B* 10 praeuideo praeuidi *DK* 11 conuertunt *K* 13 strido stridis *om. K* 14 quam in praeterito *om. L* *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 16 que *om. L* cauernistricturae *D* cauernistricturae (s) *Hh* 17 chalibum *BD* calybum *RK* calibum *G* chaliphum *L* ignis *ex* ignibus *corr. K* 18 *Luc. Phars.* VI 623 in VI *om. G* 19 ferali *K* 20 *Stat. Theb.* IIII 428 in IIII. *om. G* 21 Cuius *Stat. Cass.* loco *RrK* saguittae *K* 22 *Att. Alcest. p.* 164 *Both. p.* 120 *Ribb.* in Alcestide *om. G* 23 striderat] *lib.* X § 29 strideret *h. l. libri* petracta (r) *D* rursum *G* 24 Sint *Rr* 26 extraema *H* 28 totundi (o) *Dd* "mordeo momordi 'tondeo totondi *Gg* spondeo spo*pondi . etiam (s) (a quo) *K* 29 saecunda *D* euphomiae *D* eophoniae *G*

tamen haec eadem non geminant supra dictam syllabam, ut 'respondeo respondi', 'dependeo dependi', 'demordeo demordi', 'praemordeo praemordi', 'detondeo detondi'. vetustissimi tamen etiam 'detotondi' protulerunt. Ennius in annalibus:

Et detondit agros laetos atque oppida cepit.

at Varro in magno talento:

Detotonderat forcipibus vitiarium feris.

'au' ante 'deo' habentia per participium in praeterito declinantur nunc:
47 'audeo ausus sum', 'gaudeo gavisus sum'; vetustissimi tamen et 'ausi' pro 'ausus sum' et 'gavisi' pro 'gavisus sum' protulerunt. Cato Censorius in oratione pro Lucio Autronio: beneficii postridie iussisti adesse. in diem ex die non ausi recusare. Livius in Odissia:

Quoniam audivi, paucis gavisi.

L. Cassius Emina in II annalium: idque admiratum esse gavisi. in hoc verbo etiam illud animadvertendum, quod 'ausim ausis ausit' pro subiunctivo 'audeam | audeas audeat' invenimus. Virgilius in II georgicon:

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Ovidius in VI metamorphoseon:

Et nihil est, quod non inopino captus amore
Ausit, nec capiunt inclusas pectora flammas.

1 tamen *add. g* 3 detondeo detondi] *d* detundeo detundi *D* detotundi (o) *Dd* 4 *Enn. ann.* III 13 *E. S. fr. inc.* XXXVII *p.* 72 *cf. p.* L *sq.* LXV *Vahl.* 5 detondit] *b Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 309 *sq., olim propositum sed alteri coni.* deque totondit agros, *a Merula quoque prolatae, posthabitum a G. I. Vossio de anal.* III 19 *p.* 810 *Eckst.; sed huic adversatur particula adversativa* at, *qua Varronianum exemplum Enniano opponitur.* detotondit *RBGLKd et ex* detotondii *ni f. mut. h* detotundit *D* coepit *BDr* 6 *Varron. magn. talent.: sat. Menipp.* LI 1 *p.* 149 *Oehl.* tallento *K* 7 detotunderat (o) *Dd* forcibus *B* vitiarium feris] *M. Hauptius* uitariferis *RDb* uitarifer** *B* uita****eris *H* uitam feris *h* ui tarpitris *L* ui tarpistris *K* ui. tarpiferis *G* uiticarpiferis *x* uiticapiferis *Ausonius Popma* 8 de_o *Kk* per *add. b* declinatur (n) *Gg* 9 ut audeo *BDGr* tamen *om. L* auxi (s) *Dd* 10 gauissi *D* gauissus (us) *D* gauis *G* *Caton. or. pro L. Autronio: v. Meyerum orr. R. fragm. p.* 139 *sq., qui distinguendi notam post* in diem *posuit cum Nic. Heinsio ad Tac. ann.* VI 20; *libri h. l. omnino non distinguunt* 11 in oratione *om. G* Lucio] *r* lutio *R* post tridie *HG* *ost tridie(p) *D* 12 ausi] *r* casi *R* ausi sunt *B* recurare (s) *Rr* lyuius *G* libius *L* *Liv. Odiss. lib.* XVI *cf. Hom. Od.* XVI 92, *Hermannum elem. doctr. metr. p.* 626 13 odysia *GL* odyssia *RDH* 14 audiuit *B* 15 lucius *B* casius *G et ex* cusius *corr. H* hemina *GL* hemina *D* *L. Cassii Heminae ann. lib.* II *p.* 160 *Kr. fr.* 19 *p.* 291 *Rth.* ammiratum *HL* 16 illud] *r* aliud *R* ainmaduertendum *K* animaduertendum est *G* 17 audeas] *h* audea* *H* *Verg. georg.* II 289 18 secundo *1* III. *RBDHGL* IIII. *K* 19 comittere *D* solco (v) *Rr* 20 *Ovid. metamorph.* VI 465 *sq.* 21 non *om. K* inopino] inophino *L* in ophino *K* hiophino *G* effreno *libri Ovidiani, nisi quod* inopino *pro v. l. cod. Vrb., addita scilicet ex Prisciano. indeque certe hauserunt Pers. et Iuv. schol. Oxon. ab Heinsio ad h. Ovid. l. l.* 22 nec] uel *G* inclausas *BGLKr*

Omnia autem supra dicta verba 'deo' in 'sum' convertentia faciunt supina: 'rideo risum', 'ardeo arsum', 'video visum', mordeo morsum', 'pendeo pensum', 'tondeo tonsum', 'respondeo responsum', 'audeo ausum': 'gaudeo' vero etiam i post u assumpsit euphoniae causa 'gavisum'. a 'sedeo' praeterea geminat s 'sessum', et fortasse differentiae causa, ne, si 'sesum' diceretur, duae partes esse putarentur. alia vero omnia in 'deo' 48
desinentia per 'ui' divisas proferunt praeteritum, ut 'candeo candui', 'studeo studui', 'frondeo frondui', 'splendeo splendui', quorum supina mutatione 'eo' in i et assumptione 'tum' debent fieri, ut 'canditum, studitum, fron||ditum, splenditum'. rarissime tamen ab omnibus neutris secundae coniugationis, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum, invenio vel huiuscemodi supinum vel participium futuri, ut 'caleo calui', 'tepeo tepui', 'horreo horrui', 'langueo langui', 'flacceo flaccui', 'rubeo rubui', 'palleo pallui'; si qua tamen inveniantur, i brevem ante 'tum' habent. unde Iuvenalis a 'careo carui' in II:

tollere dulcem
Cogitat heredem carĭturus turture magno,

et Cicero 'valĭturus' a 'valeo'. excipitur 'prandeo prandi'. Plautus in Menaechmis:

Prandi et potavi, scortum accubui.

id tamen quoque in 'sum' facit supinum, quomodo superiora, ut 'pransum', quod tamen, quamvis neutrum sit, habet participium praeteriti 'pransus', ut 'caeno caenatus', 'iuro iuratus', 'careo cassus', 'pateo passus', 'titubo titubatus'. et multa praeterea a vetustissimis similiter sunt | pro- 49
lata participia praeteriti a neutralibus verbis, ut a 'seneo senectus', ὁ γηράσας; 'discedo discessus', ὁ ἀναχωρήσας; 'intereo interitus', ὁ ἀναιρεθείς;

1 de‿o *Kk* 2 redeo *Rr* mor^i^desum *H* 3 tandeo tansum *D* tendeo tensum *R* 4 etiam *om. L* adsumpsit *B* 5 geminauit *BDH* geminant *GLK* sessum] *bh* sensum *B (H?)* diffirentiae *G* si *sup. lin. add. G* 6 se*sum(n) *H* se sum *L* in.o (.de) *Rr* 7 deuisas *L* studeo] *b* st*deo *B* 8 splendeo spleudeo (ui) *Dd* "eo in i "motatione *K* 9 adsumptione *B* 10 spenditum (l) *K* 11 deuisas *L* 12 calui. terreo. terrui. tepeo *B* horeo horui (r r) *Hh* 13 langeo *K* lango *G* rubeo flaccui *K* 14 inueniatur *B* inueniuntur *D* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* 15 a cerui carui (a) *H* caleo (r) *Rr* 16 dulce *B* 17 turturae *RrH* 18 Cicero] *veluti in or. de imp. Cn. Pompei* 16, 46 *in epp. ad fam.* XIII 16, 3 Excipiuntur *D* *Plaut. Menaechm.* III 2, 11 (*v.* 476) 19 in Menaechmis *om. G* menechmis *RBDHK* mechenis *L* 20 et *om. libri Plautini* pataui *K* 22 quamuis *ex* quoduis *corr. D* 23 *post* pransus: ut — passus *om. D add. d* ceno cenatus *DGLK* cenatus *B* ca(s)sus *Rr* pasus *GLK* 24 a *om. G* uetustissimis tamen *Rr* similiter *h. l. add., infra non del. g* prolata similiter participia *G* 25 senectus *add. r* ΟΓΕΡΑCΑC *G* ΟΙΓΡΑCCΑC (ΓΙΡ) *Rr* ΟΤΗΡΑCΑC *H* 26 discesus *L* ὁ] ω (ο) *Rr* ΟΑΧѠΡΗCΑC *K* intereo — ἀναιρεθείς *post* κοθείς *collocat K* ΟΝΑΙΡΗΘΕΙC *G* ΟΑΝΑΡΕΘΕΙC *D*

p. 869 P. p. 464 K.

'obeo obitus', ὁ τεθνεώς; 'occido occasus', ὁ δύνας; 'potus, ὁ πεπωκώς' καὶ 'ὁ ποθείς', ut 'iuratus ὁ ὀμόσας' καὶ 'ὁ ὀμοθείς'. Catullus:

Sed haec . . fuere; nunc recondita
Senet quiete;

'senesco' enim inchoativum est. Sallustius in IIII historiarum: omnes quibus senecto corpore animus militaris erat. Caelius in IIII: custodibus discessis multi interficiuntur. Claudius: pugna acriter commissa multis utrimque interitis. Laevius in Protesilao:

Cupidius miserulo obito.

Lucilius in II:

quae horis sublata duabus
Omnia sunt sole occaso ductoque.

a 'decresco' quoque 'decretum' Laevius protulit in III erotopaegnion:

nocte dieque
Decretum et auctum.

Terentius in hecyra:

Quid ais? cum virgine una adulescens cubuerit
Plus potus.

hoc tamen idem Iuvenalis passive protulit in IIII:

epotaque flumina Medo
Prandente,

1 ωποθνεωc (TEΘ suprascr.) *Rr* οτεθνειωc *B* οτεθνηοc *G* οΓεθηωc *D* ΔΙΝΑC *L* potus] ροτοc *B* οπεποκωc καιοπθειc (ωπωθειc suprascr.) *Rr* πεπωκώς] *l* πεπω+ωc *L* 2 καὶ ὁ ποθείς] κωπωθειc *B* ποπειc *D* ωομωcac *R* οολλοcac *H* cολλοcac *L* cομοcac *l* ιολλοcac *G* ιολλοcac *K* οομωcac κοοομωθειc *B* ὁ] *om. G* ω *R* ομοrθειc *D* ομοθειc *H* ομοcιc *K* Catullus] *r* catulus *R rell.* *Catull. carm.* 4, 25 *sq.* 3 haec feruere *GL* haec prius fuere *Catullus* 4 quiete] *h* quite *RH* qui te *LK* 5 senesco] *d* Senesquo *D* inqnoatiuum (c suprascr.) *Dd* *Sall. hist.* IIII 64 *p.* 354 *Kr.* in IIII. historiarum *om. G* 6 Coelius *B* *L. Caelii Antipatri ann. l.* IIII *fr. p.* 192 *Kr. fr.* 39 *p.* 318 *Rth. cf. Nautam de L. Coelio Antip. disp. fr.* 21 *p.* 36 *sq.* 7 in IIII. *om. G* *Q. Claudii Quadrigarii ann. lib. inc. fr. p.* 263 *Kr. fr.* 80 *p.* 351 *Rth.* 8 iacriter (i suprascr.) commisa *K* utrĩque *ex* utrũque *corr. D* utrumque *Bb* utrunque *G* 9 leuius *BGLK* liuius *Rd* Laevius in Protesilao] *Laevii fr.* XI *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 78, *qui de inscr. carm. cf. p.* 81 in pro in protesilao *Rr* prothesilao *G* processiloa *K* 10 cupidus *L* misserulo *G* 11 Lucilius] *r* Lucius *GLK et, ni f., R* *Lucil. sat.* II 3 *Dous. Gerl.* in II *om. G* 12 q̄ ab horis *G* oris *R* 13 sunt *om. L* occasum (o suprascr.) *Rr* occusso (a suprascr.) *K* occaso obductoque tenebris *Fr. Dousa* 14 Leuius (i suprascr.) *GLK* Leuius *H* Liuius *RBD* *Laevii erotopaegn. lib.* III *v. Weichertum l. l. p.* 44 *fr.* II in III erotopaegnion] ñ *G* eroto prẽgnion *H* herotopaegnion (r, o suprascr.) *R* Erotepegnion *D* erotopregninon *L* erato pregni ñ *K* 18 *Ter. hecyr.* I 2, 63 *sq.* in hecyra *om. G* haecyra *RH* haecira *D* echira *LK* hechira *B* 19 agis *RBD* adulescens] *d* adolescens *RH* aduliscens *DGLK* cubuerit *om. R* 20 potus sese *etc. Terentius* potisse *etc. Bas.* 21 *Iuv. sat.* IIII 10, 177 *sq.* VII. *GL* 22 Epotataque *k*

sicut et 'iuratus' tam active quam passive profertur. Cicero in II Verrinarum: malo ei iurato suam quam iniurato aliorum tabellas committere. Lucanus in VIII:

mihi per Latium iurata tonantem.

a.'titubo' quoque 'titubatus'. Virgilius in V:

vestigia presso
Haud tenuit titubata solo.

idem in II:

nunc cassum || lumine lugent,

quamvis a 'careo' futuri participium non 'cassurus', sed 'cariturus' faciat, ut supra ostendimus Iuvenalem in II protulisse. a 'pateo' quoque 'passus' nascitur teste Virgilio, qui ponit in III Aeneidos:

Et pater Anchises passis de litore palmis.

idem in II:

passis Priameia virgo
Crinibus. |

In 'geo' desinentia, l vel r antecedentibus, 'geo' in 'si' conversa 50
faciunt praeteritum perfectum, ut 'indulgeo indulsi', 'fulgeo fulsi', 'algeo alsi', 'urgeo ursi', 'turgeo tursi', 'tergeo tersi', quod Probus et Charisius et Celsus et Diomedes comprobant et ipse omnibus validior usus. Iuvenalis in I:

sed mox et pocula torques
Saucius et rubra deterges vulnera mappa.

idem in V:

vasa aspera tergeat alter.

Horatius in II sermonum:

1 actiuae *H* passiuae *H* *Cic. in Verr. act.* I 10, 32 in II Verrinarum *om. G* 2 malim et iurato *libri Ciceron.* malo enim iurato *schol. Cic. in lemmate* 3 *Luc. Phars.* VIII 219 in VIII: mihi *om. G* 4 Prisca manent mihi *rd* per — tonantem *al. m. in ras. in Voss. B* lacium (t *superscr.*) *D* tonentē *R* 5 *Verg. Aen.* V 331 *sq.* in V. *add. r* 6 praesso *H* presto (s *superscr.*) *Pal.* 7 haut *LK* 8 *Verg. Aen.* II 85 9 casum *K* legent (v *superscr.*) *H* 10 participium] *r* participiunt *R* 11 Iuuenalis(.) (em *superscr.*) *Rr* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq. v.* § 48 12 pasus *GLK* *post* in III: Aeneidos — Idem in III. (*sic pro* II) *in mg. add. r, primis vocc. usque ad* Anchises *nunc in fol. extr. abscissis* *Verg. Aen.* III 263 *cf. lib.* X § 27 qui hoc ponit *B* 13 Et] *om. G* at *g* ut *K* pasis (i *superscr.*) *GLK* littore *D* palmas *H* 14 *Verg. Aen.* II 403 *sq.* III. *GLKr* 15 pasis *GLK* Priameia] *r* priameta *R* priamea *G* 17 l] n *L* 19 tergeo] tergeo uel tergo *Bk* et tergeo uel tergo *RDHGL* quod et probus *BDHGLK* *v. Probum iuniorem p.* 1480 *sq. P.* 136 *L.* charisius *ex* cariseus *corr. G* carissius *Rr* *Charis. p.* 217 *P.* 145 *L.* 20 cellsus *K* diomides *G* *Diom. p.* 363 *P.* 21 *Iuv. sat.* I 5, 26 *sq.* in I *om. D* prima (o *superscr.*) *Rr* 22 et] ut *H* procula *Rr* 23 sacius *L* deterges] *r* detergas *R* detergis *Iuv. schol. et cod. Norimb.* 3 24 *Iuv. sat.* V 14, 62 25 uassa *Rr* uassa (e *superscr.*) *K* uasta *G* tergat *Rr* 26 oratius *L* *Horat. serm.* II 2, 23 *sq.* in II sermonum *om. G*

posito pavone velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum.

Terentius in eunucho:

Egone? imperatoris virtutem noveram et vim militum,
Sine sanguine hoc non posse fieri: qui abstergērem vulnera?

est enim quaternarius iambus, qui stare non potest, nisi paenultima 'abstergērem' producatur. 'mulgeo' quoque 'mulsi' facit, quamvis differentiae causa quidam 'mulxi' protulerunt, quia 'mulceo' quoque 'mulsi' facit. sed Virgilius in III georgicon:

Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt.

Ennius in VII annalium:

Mulserat huc navem conpulsam fluctibus pontus.

idem in VIIII:

Ciclopis venter velut olim turserat alte
Carnibus humanis distentus.

Lucilius in XX:

Purpureo tersit tunc latas gausape mensas.

idem in IIII:

Obtursi ebrius.

syllaba vero naturaliter longa ante 'geo' posita, mutant 'geo' in 'xi' et faciunt praeteritum perfectum, ut 'lūgeo luxi', 'augeo auxi', 'frīgeo frixi'.

51 Alia vero omnia in 'geo' desinentia 'eo' in 'ui' divisas mutant in praeterito, ut 'egeo egui', 'indigeo indigui', 'rigeo rigui', | 'vigeo vigui'. quaedam supina in 'si' praeteritum terminantia i in 'um' convertentia faciunt, sive secundae seu tertiae sint coniugationis - nam quartae in 'tum'

1 pauore *K* uellis *GL* 2 potius hoc *H* putius *G* turgere *codd. nonnulli Hor. dett.* 3 *Ter. eunuch.* IIII 7, 8 *sq.* in eunucho *om. G* 5 posse fieri non *Bemb.* quī *H* quin *Bemb.* 7 penultima *b* penultimā *B* peneultimam *G* peniultimam *L* 8 mulgeo] *r* mulceo *R* Mulceo (uel g) *G* mulgeo quoque mulsi *in litura K* 9 mulxi quidam *G* produxerunt *L* mulgeo (uel c) *G* mulceo quoque mulsi *in litura K* 10 *Verg. georg.* III 400 *sq.* IIII. *LK* 11 orisq. *R* horisquae *D* 12 primunt (e) *Dd* 13 Ennius in VII annalium] *v.* 54 *E. S. fr. inc.* 5 *Hug.* xi *p.* 39. LIX *Vahl.* in VII annalium *om. G* annali *H* 14 nauim *GLK* compulsam *DG* conpulsa *H* 15 *Enn. ann.* VII 75 *sq.* *E. S.* VIIII 4 *Hug.* xvi *p.* 49. XLVII *sq. Vahl.* 16 cyclopis *RBHGLK* uenter *ex* uento *corr. K* uelim (ut) *Rr* turserat] *d* terserat *D* turserat (uel e) *G* alte *I. Dousa apud Merulam Enn. p.* 10 alti *libri* 17 humanis *ex* humanibus *ut vid. corr. K* 18 *Lucil. sat.* XX 9 *Dous. Gerl.* in XX *om. G* 19 Porpureo *LK et, in mg. add., G* trsit *K* tuncclatas *B* tun*atas (cl) *L* mes*as *K* 20 *Lucil. sat.* IIII 26 *Dous.* 21 *Gerl.* in IIII *om. G* VIII. *LK* 21 ebreus *GLK* 22 "ante geo' longa *G* *post* in xi: et faciunt — frixi *om. R add. r* 23 ut *om. G* 24 ui diui | mutant *R* 25 uigui *** supina *D* quaedam *in* quidem *corr. supscr. d* 26 quaedam] Quidem *GL* Sopina quae-dam *K* 27 seu] siue *D* sint] *r om. H* sunt *RD*

faciunt supinum –, ut 'indulsi indulsum' vel 'indultum', unde Marcellinus rerum gestarum XIIII: tamquam licentia crudelitati indulta, 'fulsi fulsum', 'alsi alsum', 'tersi tersum', 'arsi arsum', 'laesi laesum', 'lusi lusum', 'mulsi || mulsum' et 'mulctum'. Sallustius in IIII historiarum: dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt. (unde Cicero in contionem Metelli: permulsa atque recreata est. Varro in satura: capite permulso.) 'torsi' quoque et 'tortum' et 'torsum' facit, itaque 'tortores' et 'torsores' dicuntur. Cato in IIII originum: Marsus hostem occidit prius quam Paelignus, propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen. Terentius in Phormione:

†Bonorum contortor, legum distortor.

Cicero in IIII Verrinarum: quod fanum denique, quod non aversum atque extersum reliqueris? a 'tergeo tersi' 'tersum' dixit secundum supra dictam proportionem. excipitur 'ussi' 'ustum' faciens supinum.

In 'xi' vero proferentia praeteritum, cuiuscumque sint coniugationis, X 52
'xi' in 'ctum' vertentia faciunt supinum, ut 'luxi luctum', 'auxi auctum', 'frixi frictum', 'aspexi aspectum', 'illexi illectum', 'duxi ductum', 'dixi dictum', 'neglexi neglectum', 'traxi tractum', 'struxi structum'. 'finxi fic-

1 *post* indultum: mulsum et multum torsum et tor et tortum *add. Rr* mulsum et (*l* mul*um* *L*) mulctum torsum et tortum (tortum *H*) *BHGLK* mulsi mulsum et multum (c *supra*) torsi torsum et tortum *D om. edd.* *Ammianus Marcellinus rer. gest.* XIIII 1, 4 2 re* gestarũs (x) (rũ *supra*) *D* in XIIII. *Rr* ligentia *D* liquentia *LK* linqñtia* *G* diligentia *RB* crudelitate *RLK* cridelitate *G* credulitate *DH* crudulitate *d* inulta (d *supra*) *Rr* 3 falsi falsum (v *supra*) *K* fulsi — lusum *ante* Marcellinus — indulta *collocat D* fultum *G* 4 mulsi mulsum et mulctum *om. D* *Sall. hist.* III 95 *p.* 299 *Kritz.* IIII *libri et sic post alios Cortius in ed. Sall. p.* 980 *Debrossius Sall. fr.* IIII 20; III (*vel* tertio *vel* 3) *edd.* in — ira *om. G* 5 postera *LK* 6 unde — permulso *post* torsi — facit *collocant BDHL et ordine dein notis appictis instaurato G* Cicero in contionem Metelli] *fr.* 2 *p.* 450 *Or.* contra contionem Metelli *lib.* XIIII § 5 *Quint.* VIIII 3, 50 *Augustin. rhet. p.* 327 *Capp.* contra Metellum *lib.* X § 18 contra contionem Q. Metelli *Gell.* XVIII 7, 7 *Iul. Victor* VI 3 *p.* 220 *Or.* concionem *GL* contione *RB* concione *D* 7 *Varron. sat. Menipp. fr. inc.* 1 *p.* 238 *Oehl.* in satura *om. G* satyra *r* satira *b* 8 et torsum et tortum *DHGK* et torsum *om. L* itaque — dicuntur *post locum Catonianum exhibet D* 9 *Caton. origg. lib.* II *fr. p.* 106 *Kr. fr.* 66 *p.* 278 *Roth. et, optimorum librorum testimoniis spretis, fr.* LVI *p.* 42 *Wr.* in IIII originum *om. G* IIII] secundo *D* 10 pelignus *RBDGLK* propterea Marrucini uocantur *om. G* marucini *R* masucini *L* marsucini *K* 11 De *R* *Ter. Phorm.* II 3, 27 Bonórum extortor, légum contortór. - Geta. in Phormione *om. G* formione *DHK* 12 et legum *r* 13 *Cic. in Verr. or.* II II 21, 52 in — auersum *om. G* non extet euersum reliqueris *Cic. Lag.* 42 *m. pr.* euersum *libri Ciceron.* 14 extorsum *B* tergo *D* 15 Excipi**tur ussi ustum (gessi gestum *supra*) *Dd* Excipiuntur ussi ustum gessi gestum facientia *h* ursi urtum *GLK* facit *L* 18 in uctum *K* conuertentia *GLK* sopinum *B* 19 minxi mictum (minctum *G*) *post* frictum *add. RBDGL* ninxi ninctum *add. K* 20 stuxi stuctum (r *supra*) *L* fictum] *in ras. b* (finctum *B*?) finctum *RDr*

tum' et 'pinxi pictum' et 'strinxi strictum' et 'minxi mictum' euphoniae causa n in supino abiciunt, quamvis 'iunxi iunctum' et 'tinxi tinctum' et 'vinxi vinctum' et 'cinxi cinctum' | et 'punxi punctum' et 'sanxi sanctum' servent in supino quoque n. excipiuntur 'flexi, fluxi', quae in supinis quoque servaverunt x: 'flexum, fluxum', quamvis vetustissimi et 'fluctus' pro 'fluxus' et 'flucturus' pro 'fluxurus' soliti sunt dicere, unde et 'fluctus' ipse motus aquarum. in 'gui' vero facientia praeteritum, quia neutralia sunt, non habent in usu supina, debent autem secundum analogiam in 'itum' ea facere, sicut supra dictum est.

In 'queo' desinens unum invenitur secundae coniugationis in 'si' terminans praeteritum, 'torqueo torsi', et ex eo composita 'distorqueo distorsi', 'contorqueo contorsi', 'extorqueo extorsi'. supina secundum paulo ante expositam regulam in 'sum' proferunt: 'torsum, distorsum, contorsum, extorsum'; inveniuntur tamen etiam in 'tum', et frequentius.

53 In 'leo' desinentia, si ante l aliam consonantem habuerint coniunctam ei in ea||dem syllaba, et ab 'oleo' vel 'leo' composita per 'ui' syllabam faciunt praeteritum perfectum, ut 'impleo implevi', 'compleo complevi', 'suppleo supplevi', cuius simplex verbum non legi, 'fleo flevi', 'defleo deflevi', 'cleo clevi', 'oleo olevi', 'aboleo abolevi', 'adoleo adolevi', 'exoleo exolevi', 'deleo delevi', 'releo relevi', quamvis 'oleo' et 'olui' et 'olevi' faciat, et similiter 'redoleo' et 'redolui' et 'redolevi', quia non mutavit significationem. Horatius in I epistularum:

Vina fere dulces oluerunt mane Camenae.

Lucilius vero in XXX:

Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis,

pro 'perolevisse'. Virgilius in XII:

1 strixi[n] *Dd* strictum <u>finxi fictum</u> *K* mincxi *D* euphoniae] *d* . Euphoniae *DHG* 2 uinxi uinctum *GLK* inunxi iu[n]nctum *Dd* tincxi *H* tincxi tin[c]tum *Dd* 3 et uinxi uinctum *h. l. om. GLK* ui[n]ctum *H* uin[t]xum *Rr* et punxi] *L* et pupugi et punxi *DGK* et pupugi et pupunxi et punxi *RB* et pupugi ********** et punxi (et pupunxi?) *H* et punctum *B* 4 scanctū *R* seruet *K* et fluxi *BDGr* 5 quoque *add. d* seruarunt *D* x] *r* ex *ni f. in litura R* fluxum flexum *R* 6 flo[v]ctus *Rr* fle[v]xurus *K* sint *B* 7 vero] quoque *G* 9 in .i. tum *RBH* dictum est] diximus *B* 11 distoqueo *R* 12 et extorqueo *GL* exto[r]queo exto[r]si *Rr* Sopina (*sic*) *spscr. in K* 13 profere[unt] *Rr* 15 In leo [ut impleo] *Hh* 16 ei] *om. R* et *GLK* per *add. r* 17 praeteritum *om. L* perfectum *om. G* ut *om. H* 19 cleo cleui *verbum ceterum ignotum dittographia ex* oleo oleui *ortum videtur Struvio lat. Decl. u. Conj. p.* 222 aboleo [ab]oleui *Rr* adoleui obsoleo obsoleui exoleo *B* 20 exoleo exoleui deleo deleui *om. D* peroleo peroleui exoleo exoleui deleo deleui *in mg. add. d* oleui et olui *BDGK* oleui et ol*ui(e) *H* oleui faciat et olui. *L* 21 Et similiter *Rr* redoleo redoleui quia *B* et] *d om. DHGL* et *del. d* 22 mutavit] motauit *K* mutant *DGL*, *unde* mutat *coniecerat Struvius l. l. p.* 269 Oratius *GLK* *Hor. epp.* I 19, 5 in I epistularum *om. G* aepistolarum *K* 23 ferae *b* fera *B* ferre *GL* 24 Lucilius] *d* Lucius *D* licilius *B* *Lucil. sat.* XXX 87 *Dous.* 85 *Gerl.* in *om. H* 25 bissulcis *K* 26 pro perolevisse] *h* propero leuisse *H* *Verg. Aen.* XII 438

mox cum matura adoleverit aetas.

Varro tamen etiam 'adolui' protulit in | libro III rhetoricorum: postquam adoluerunt haec iuventus. Cassius ad Tiberium II: at contra Aegyptiis sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt. passivi quoque participium 'adultus' pro 'adolitus' prolatum est. Antias in LXXIIII: eo omnes hostiae, vituli viginti et septem coniecti, et ita omnia adulta sunt. 'obsoleo' quoque 54
'obsolevi' facit. non est enim a 'soleo', quod 'solitus sum' vel 'solui' secundum Sallustium facit perfectum, qui in II historiarum ponit: neque subsidiis, uti soluerat, compositis, sed ab 'obs' et 'oleo', sicut 'obscenus' ab 'obs' et 'canendo' vel 'caeno' vel ἀπὸ τοῦ 'κοινοῦ', unde et 'inquino'. Cicero de imperio Gn. Pompei: obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. idem in I rhetoricon: hoc vero a plerisque eorum desertum obsolevisse. idem pro Caelio: chartae quoque, quae illam pristinam severitatem obtinebant, obsoleverunt. 'exoleo' quoque 'exolevi', unde 'exoletus exoleta exoletum'. Plautus in medico:

1 tum *Verg. Med.* adoleuerat (i) *Med.* adleuerit (o) *Pal.* aestas *Rom.* 2 Varro in III rhetoricorum] *sic etiam recte hoc fr. inscripsit Riccobonus de historia p.* 277 *ed.* 1579 *v. Ritschelium mus. phil.* VI 534 *sq.*; *antiquitatum rer. hum. libro* III *perperam inseruerunt Aus. Popma Varr. opp. p.* 174 *ed.* 1601 *et Bipontini p.* 205 rhetoricorum] *r* rethoricorum *DHGK* rephoricorum *R* retoricorum *BH* 3 adoluerunt] *r* adoluerint *R* adoluerit *h* Cassius] *r* Casius *RGLK* Cassius ad Tiberium II] sed et in sacrificio actius (accius *Par. AB*) cassius ad Tiberium secundo adoleuit (adolebit *Par. A*) dicit. sic est contra aegyptiis (aegyptus *Mon.* aegyptius *corr. in* aegyptios *Par. B*) maximum sacrificium uiui (uuu. *Mon. l.* ubi) integrum anserem adoleuerunt (adoluerunt *Mon.*) *codd. Diom. p.* 370 *P., ubi* Titus Cassius *coni. Kordesius in ann. tt ad Eberhardtii libellum über den Zustand der schönen Wissenschaften bei den Römern* § 34 *p.* 214, Seuerus Cassius *Weichertus de Vario et Cassio Parm. p.* 205. *at is certe intellegendus, quem Cassii nomine laudatum vidimus lib.* VII § 55 *et quem pleno nomine* Cassius (causius *Mon.*) Seuerus *brevi ante* (*p.* 368 *P.*) *appellaverat Diomedes, apud quem h. l. pro* actius (accius) *l.* actiue ad Tiberium II *om. G* tyberium (t) *R* 4 ad *Rr* Aegyptiis] *Weichertus l. l. ex Diomede* aegyptios *BDK* egyptios *RGL* aegyptos *H* sacrificium ubi integrum *om. G* adoleuerunt *ex Diomede Struvius lat. Decl. und Conj. p.* 270 *et Weichertus l. l.* adoluerunt *codd. Prisc.* 5 adultus (combustus) *Hh* adholitus *Rr* 6 *Valerius Antias ann. lib.* LXXIIII *fr. p.* 274 *Kr. fr.* 60 *p.* 362 *Rth.* in — coniecti et *om. G* LXX(IIII) *Rr* LXX IIII *D* LXXUII. *LK* viginti et septem] *R* uiginti septem *Br* XXVII *rell.* 7 adulta (combusta) *Hh* obseleo *R* 8 solitus *ex* solutus *corr. K* 9 *Sall. hist.* II 64 *p.* 180 *Kr.* fecit *B* 10 opbs *Rr* 11 vel] uult *R* ceno *DHGLK* ΑΠΟ ΤΟΥ *in litura r* ΤΟΙ (Υ) *Gg* ΚΟΝΟΥ (Ι) *B* ΚΟΥΝΟΥ *DHGK* ΚΟΝΟΥ (Υ) *L* 12 inquino (uel c) *G* *Cic. de imp. Cn. Pompei or.* 17, 52 de imperio Gn. Pompei *om. G* .g.n. *R* gnei *B* pompe‿ii *Hh* pōpeii *D* obsolevit] *r* **soluit *R* 13 oratio, re] *Cicero* ora*** (tio?) *B* oratione *b rell.* ratio re (on) *Cic. cod. Fuld.* *Cic. de invent.* I 3, 4 14 rhetoricon] *om. G* rethoricam *Rr* rethoricon *DL* retioricon *H* rhetoricorum *K*(?) disertum *GL* 15 *Cic. pro M. Caelio or.* 17, 40 coelio *B* celio *GLK* 16 seueritatem obtinebant *om. G* obtinebant *in* optinebant *corr. B* obtinebat (n) *Dd* continebant *Cicero* obsoleverunt] *d* obsoluerunt *RBDH* absoluerunt *Cic. Erf. m. rec. corr.* 17 Plautus in medico] *i. e.*

Domi reliqui †. exoletam virginem,

id est grandem, quae exoleverat. 'aboleo' vero, velut 'redoleo', et 'abolui' et 'abolevi' facit praeteritum, unde et 'aboletum' et 'abolitum' et 'abolitio' dicitur. Livius in VIII: etsi omnis divini humanique moris memoria aboleverit. Persius:

Hoc iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Cicero in Verrem de praetura urbana: vereor, ne haec cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur. a 'deleo', cuius simplex [id est 'leo'] in usu non est, 'deletum', a 'delino deli|tum' nascitur, || quod Probus et Caper comprobant, usu quoque adiuvante. Virgilius in IIII georgicon:

et paribus lita corpora guttis.

Cicero epistularum ad Calvum primo: tuli moleste, quod literae delitae mihi a te redditae sunt. idem in IIII Verrinarum: tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant. Accius in Atreo:

Epularum fictor, scelerum fratris delitor.

55 supina secundum iam praedictam regulam in 'vi' syllabam praeteritum terminantium faciunt, ut 'completum', 'defletum', 'obsoletum', 'abolevi aboletum', 'abolui abolitum', 'deletum' a 'deleo'. unde et 'letum' ipsa res, quae delet, quasi a 'leo' simplici, quod in usu non est, profertur.

Alia vero omnia verba in 'leo' desinentia 'eo' in 'ui' divisas trans-

in parasito medico *v. Ritschelium parerg.* I 132; *medici fr.* 3 *p.* 439 *Both.* in medico: Domi *om. G* 1 *f.* ego exoletam 2 grandem] *dh* grad.ē *D* gradem *H* velut] *r* uelud *RBD* 3 et unde et *K* 4 abolicio *D* abolito *GK* *Liv. ab u. c. lib.* VIII 11, 1 in VIII *om. G* UUIII. *D* omnis] *d* oms *RDG* omnes *BHK* 5 moris *addidi ex Livio* absoluit *Liv. Medic.* aboleuit *Paris. rell.* *Pers. sat.* 1, 112 psius *ni f. in litura R* Ipsius *r* 6 hic] hoc *B* faxit *H* 7 *Cic. in Verr.* II I 21, 56 in — antiqua *om. G* uersor *Rr* ne (c) *B* haec] *sic etiam Cic. Guelf.* 1 haec forte *rell. Cic.* cuipiam haec *H* 8 antiquā *B* et iam] *om. L* etiam *RDHGK* obsoleta] *d* absoleta *DLKr* obsoluta *R* 9 quod et probus et *B* Probus] *Berytius ni f. cf. ann. ad lib.* V § 45 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 comprobant] *r* comproban *R* comprobat *BG* couprobat *H* 10 *Verg. georg.* IIII 99 12 *Cicero epp. ad C. Licinium Calvum* I *fr.* 1 *p.* 467 *Or.* aepistolarum *K* in epľarū *D* epistularum — tuli *om. G* primo tuli *om. LK* quod uim lyterae *G* 13 redite *Rr* *Cic. in Verr. or.* II II 42, 104 in IIII Verrinarum *om. G* UII. *L* 14 coruptas *B* corruptasque atque *D* 15 Attius *G* accitius *H* *Att. Atrei fr.* 1 *p.* 184 *Both.* XI *p.* 138 *Ribb.* fictor scelerum fratris deditor delitor *thes. Lat. ap. Maium auct. class.* VIII 178 fictor scelerum, fratris perlitor *ibid.* 301 in Atreo: Epularum *om. G* (*non R*) atreo epistolarum. Fictor *B* 16 epillarum *Rr* .Fictor *H* 17 Sopina *et sic saepius B* iam *om. G* 18 absoletum *R* absoletum *Dd* obsoletum absoletum *BH* aboletum aboleui *L* aboletum aboleui *GgD* aboletum ab aboleui *K* 19 abolui] *r om. G* aboleui *R* abolitum abolui *L* abolitum ab abolui *DK* loetum *RDH* 20 resque debet *RrKk* delet uitam quasi *GL* quasi oleo *Rr* a leor *BDHGLK* 21 deuisas *L*

ferentia faciunt praeteritum, ut 'doleo dolui', 'calleo callui', 'palleo pallui', 'excelleo excellui', quod et 'excello' invenitur.

Alia quoque omnia secundae coniugationis verba, quacumque consonante ante 'eo' posita, 'eo' in 'ui' divisas convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'habeo habui', 'rubeo rubui', 'doceo docui', 'arceo arcui', 'timeo timui', 'iaceo iacui', 'teneo tenui', 'caneo canui', 'candeo candui', 'stupeo stupui', 'tepeo tepui', 'pareo parui', 'careo carui', 'horreo horrui', 'floreo florui', 'censeo censui', 'pateo patui', 'liqueo licui', ex quo 'liquesco' inchoativum. Ovidius in IIII metamorphoseon:

Protinus inbutum caelesti nectare corpus
Delicuit terramque suo madefecit odore.

a 'liceo' quoque 'licui' facit. excipiuntur haec: 'iubeo | iussi', 'sorbeo' 56
vel etiam 'sorbo', ut Probo placet, 'sorpsi' vel 'sorbui' - Lucanus in IIII:

Absorpsit penitus rupes et tecta ferarum.

Cicero in II Philippicarum: sanguinem civilem exhausit vel potius exsorbuit. idem pro Murena: difficultatem exsorbuit -, 'mulceo mulsi', 'maneo mansi', 'neo nevi', 'haereo haesi', 'luceo || luxi', 'polluceo polluxi'. Plautus in Sticho:

Vt decimam partem †. Herculi polluceam.

Naevius in Colace:

1 caleo calui *GLK* ^{l}calui *Rr* 2 quod et excello] *r om. GLK* quod et collo *R* 3 quoque] uero *G* 4 ante *om. R* 5 ^{h}abeo *Rr* 7 stipui *D* tepeo] *b* *epeo *B* 8 orreo orrui *B* 9 inchotiuum *G* *Ovid. metamorph.* IIII 252 *sq.* in IIII metamorphoseon *om. G* 11 Protinus] protulit *G* imbutum *LK* imbustum *G* 12 dilicuit *BDHGLK* terram | quae *B* made $^{e\ it}$fac *Rr* malefecit *GLK* 13 A liceo quoque licui $^{quod\ non\ est\ in\ usu}$ *Hh* liaceo *Rr* iusi *K* 14 sorbo *ex* sorbeo *corr. K* *Probus inst. gramm.* II 3, 8 *p.* 1485 *P.* 140 *Lind.*: bo terminata, primae si sint, baui facient specie perfecta.. tertiae uero correptae, psi, ut nubo ... aut bui, ut sorbo sorbis sorbui - *sic enim legendum pro* sorbeo sorbes sorbui sorbsi *D* so^{r}bui *Rr* *Lucan. Phars.* IIII 100 15 in IIII *om. G* III* (I) *Rr* 16 obsorbsit *K* rupes ac tecta *pars libr. Luc. cum Voss. B* 17 *Cic. or. Philipp.* II 29, 71 gustaras ciuilem sanguinem uel potius exsorbueras in II — uel *om. G* philipicarum *K* phylippicarum *D* philipphicarum *B* ** sanguinem *H* In sanguinem *rell. f.* Is sanguinem ex^{h}ausit *H* exausit *DLK* u^{l}e *Rr* 18 exsorbuit *G* exorbuit *B* *post* exsorbuit: idem — exsorbuit *om. R*; *uidetur addidisse r in mg. inf., quo abscisso in mg. sup. add. al. m.* *Cic. p. Mur. or.* 9, 19 exsorbuit] *r* exorbuit *RB* exsorbuit *G* 19 mulceo mulsi ^{excipitur} *Hh* luxi. ΔΗΜΟCICΥω. polluceo *B* 20 *Plaut. Stich.* I 3, 80 (*v.* 233); *sic etiam libri Plautini, nisi quod* decumam in Sticho: Vt *om. G* 21 Vti *Camerarius* decumam *α* partem si Herculi *Ritschelius* partem hinc Herculi *v. d. in Gersdorfii Repert.* 1851 IV 187 herchuli *D* 22 Neuius *libri* *Noviamis fragmentis Colacem praeeunte Bentleio ad Ter. eun. prol. v.* 25 *perperam addiderunt Bothius l. l. fr.* 4 *p.* 43 *et Munkius l. l. p.* 167 *cf. God. Hermannum opusc.* II 277 *sqq. Ritschelium parerg.* I 99. *Naev. Colac. fr.* 1 *p.* 141 *Klussm. p.* 9 *Ribb.* in — partes *om. G* collate *K*

Quid decimas partes? quantum mi alieni fuit,
Polluxi tibi iam publicando epulo Herculis
Decimas.

Supino in 'ui' quidem divisas facientia praeteritum neutra deficiunt, sicut supra diximus, ut 'canui', 'stupui', 'tepui', 'horrui', 'parui', 'egui'; deficit etiam 'metui', 'timui'; nam a 'carui' vel 'caritum' vel 'cassum' videtur posse dici, quia futuri participium 'cariturus', praeteriti 'cassus' invenitur. Iuvenalis in II, quomodo ante relatum est:

tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.

57 activa vero plerumque 'ui' vocales in i correptam convertentia assumunt 'tum', ut 'habeo habui habitum', 'inhibeo inhibui inhibitum', 'praebeo praebui praebitum', 'moneo monui monitum'. pauca autem 'ui' in 'tum' vertunt, nisi consonantium natura prohibeat, ut 'tenuo tenui tentum', 'doceo docui doctum', 'censui' vero 'censum', quia in simplici dictione n antecedente s et t sine r sequi non possunt. 'iussi' vero et 'mulsi' et 'mansi' et 'haesi' secundum praenuntiatam regulam in 'si' proferentium praeteritum i in 'um' convertentia faciunt supinum: 'iussi iussum', 'mulsi mulsum', 'mansi mansum', 'haesi haesum'. a 'sorbui sorbitum', a | 'sorpsi' vero 'sorptum' debet fieri supinum, ut ab 'habeo habitum' et 'praebeo praebitum' et a 'scripsi scriptum' et 'nupsi nuptum', quorum neutrum adhuc in usu inveni (id est nec 'sorbitum' nec 'sorptum'). a 'luxi' quoque 'luctum' et a 'polluxi' 'polluctum' exigit ratio in 'xi' terminantis praeteriti, sed auctoritas deficit. 'nevi' vero in 'vi' terminantium servat regulam, in supino convertens 'vi' in 'tum', ut 'nevi netum'. | ||

1 Quid *Barberin. teste Ribbeckio Lips.* 2 *Krehlii G. Hermannus l. l. p.* 280 Qui *rell.* decumas *α* decumas partis *Hermannus* partes *add. r* mi *add. Hermannus* alienum *D* 2 Polluxi] *Hermannus* polluxit *RBDHLK* poluxit *G* iam *Hermannus* a *libri* epulo Herculis decimas *om. G* herchulis *Dd* herculi *B* 3 decumas *α* 4 Supina *D* Sopina *GLK* praeteritum *om. G* 5 stipui[v] *Rr* orrui *B* 6 uel a caritum *D* casum[s] *D* 7 carituris[v] *Rr* praeteri[ti] *Bb* casus[s] *Rr* 8 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq. v.* § 48 quomodo *in litura r* ante relatum *scripsi* ante latum *libri* 11 *Verg. Aen.* II 85 12 Dimisere *K* Demissere *L* neci *ex* nec *corr. K* nec *L* casum[s] *D* 13 ui] *R* ui[IN] *r*, *sed* IN *postea eraso* adsumunt *B* 14 habeo *om. G* inhibeo *om. G.* 16 conuertunt *B* docaeo *K* 17 censui uero censui censum *G* n antecedente *etc.*] ut est monstrum *ad mg. K* 19 praenunciatam *R* praetiatam[nun] *Kk* proferentiam[v] *Rr* 22 sorbsi *H* sorspi *L* sorbtum *H* ut habeo habitum praebeo *K* 23 et a scripsi] *in lit. B* et scripsi *H* 24 in usu *om. L* non inueni *BDHGLK et m. quaedam al. in R* so*tum[rp] *Rr* sorbtum *H* 25 et appolluxi appolluctum *K* 26 autoritas *D* 27 regulam seruat *K* supino] *r* supin* *R* netū *b* ne** *B* netum facit sopinum. *GLK*

ARTIS PRISANI VIRI ELOQVENTISSIMI CRAMATICI CAESAR DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTĀTPOLLITANAE LIBER. VIIII. EXPLICITVS. | INCIP̄ LIBER X. *DE P̄T PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS *R* EXPLICIT (EXPLI *B*) ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI. GRĀMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANE. LIBER. (LIBRI *B*) VIIII. INCIPIT LIB̄. X. DE PRAETERITO (PRAETERI *H*) PERFECTO TERTIAE CONIVGAT; *BH* Artis p̄sciani uiri eloquentissimi grāmatici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitanae lib̄. VIIII. explic̄.. *GL*. INCIP̄. lib̄. X. mus. de p̄terito perfecto. *add. G* Incip̄ VIIII de uerbo III et IIII coniugationis. *L* liber. VIIII. expli̅. incipit liber. X. mus de p̄tito perfecto *K* .I. .III. coniugationis *add. k* EXPLICIT LIBER NONVS PRISCIANI DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS ET QVARTAE. INCIPIT IDEM SECVNDVS. DE VERBO DECIMVS. SED PRIMVM DE AIO. *D*

LIBER DECIMVS.

DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS.

I 1 In 'io' a antecedente unum invenitur 'aio', quod in prima quidem persona i loco consonantis habet duplicis, quae et geminabatur a vetustissimis 'aiio', in secunda vero et tertia transit in vocalem necessario, quia consonans sequitur, 'ais ait'. itaque pares habet in tribus personis syllabas, cum omnia in 'io' desinentia tertiae vel quartae coniugationis una syllaba minores habent prima persona secundam et tertiam, ut 'facio facis facit', 'audio audis audit'. sed in hoc primae personae paenultima positione producitur, secundae vero et tertiae corripitur [sicut quibusdam videtur, tertiae est coniugationis] nec per totam in usu invenitur declinationem. cuius praeteritum, cum 'ait' in tertia inveniatur persona, debuit 'ai' primam facere, quae in usu non est; potest tamen 'ait' quoque praesens intellegi pro praeterito. sed cum imperativus in i terminans reperiatur, quartae | magis ostenditur esse coniugationis. Naevius:

An nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega.

E quoque antecedente in 'io' unum invenio 'meio' tertiae, in quo similiter i loco consonantis est. Iuvenalis eius infinitum profert in I:

1 a *post* io *sup. lin. add. H* 2 ^a uetustissimi^s *Rr* uetustussimis *H* 6 ^de-sinentia ^in io *H* quartae] quatę *r* quate *R* 9 secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis|– et tertiae corripitur. *Rr* Secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae coniugationis ^et et tertiae corripitur *B* secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. ^et tertiae corripitur *Dd* secundae uero et tertiae corripitur. sicut in quibusdam uidetur tertiae est coniugationis *G* secundae uero ******** ^sed quibusdam uidetur tertiae esse coniugationis ************************ et tertiae corripitur (sicut quibusdam uidetur) *Hh* secundae uero et tertiae corripitur et sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. *LK* 10 totam *ex* totum *corr. B* inuen^a itur *B* 11 inter|ta inueniatur *Rr* persona inueniatur *LK* persona *om. G* 12 quoque *om. L* quoque etiam intellegi praesens *K* praesens] *r* prae *R* 13 repperiatur *Dd* repperiatur *BHL* 14 Naevius] *sic etiam bis* § 52, *ubi altero loco codd. plerique* Ennius; Naeuius (neuius *Mon. Paris. B* neuimus *Paris. A*) 'alicubi' *Diomedes p.* 370 *sq. P. Naev. fr. com. inc.* 25 *p.* 198 *Klussm.* XIX *p.* 125 *Ribb. Novii virgini praegnanti ascribunt Bothius* (*fr.* 3 *p.* 55) *et Munkius l. l. p.* 181, *quos refutat Klussmannus l. l. p.* 180 *sq.* Neuius *DGLK* 15 ^ann amata *DdKk* an est nata *Diomedes*, *unde est delendum videtur Osanno ad Cic. de rep. p.* 450 est sponsa est *K* praegnas] *BH* § 52 *l. priore* praegnaus *RDH* pregnans *B* prignans *GLK* 16 tertio *L* 17 *Iuv. sat.* I 1, 131 I. libro *h*

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Persius:

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra
Meite.

quidam tamen etiam 'meio meias' dici putaverunt. sed 'mingo' quoque dicitur, ex quo praeteritum in usu est 'minxi', unde Horatius:

Hunc perminxerunt calones,

ex quo secundum regulam in 'ctum' nascitur supinum 'mictum'. Horatius in I || sermonum:

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniant mictum atque cacatum.

unde etiam meditativum 'micturio', ut 'lectum lecturio', 'partum parturio', 'esum esurio'; a supinis enim meditativa solent fieri.

In 'io' quoque u antecedente unum invenio 'inquio', quod plerique 2
artium scriptores putant in usu non esse. Sed Cicero ponit hoc in secundo de oratore: adtendere et aucupari verba oportebit, inquio, ut ea quae sunt frigidiora vitemus. in eodem: tu vero, inquisti, molestus non eris. idem in Verrem de signis: qui me ubi viderunt, ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi? idem in IIII ad Herennium: quid enim tibi vis? aliquis inquiat. ex quo apparet, secundum analogiam 'inquiam' quoque debere dici. idem ad eundem in V: at non Africani nepotes, inquit, istiusmodi fue-

1 tm̄ (a tū) *Ll* meire (e) *K* meire *RG* 2 *Pers. sat.* 1, 113 *sq.* 3 pingue *RLK* pueri] *r* pueris *RGLK* 4 meite] *h* meiite *GL et ex* meiete *corr. K* meiere *H cf. lib.* XIIII § 35 5 di: putauerunt: ci *H* 6 oratius* *H* horatius in *R* horatius. In *B* oratius in *DGLK* Horatius in I. sermonum *Heidelb.* *Horat. serm.* I 2, 44 7 hinc (v) *Rr* permiserunt (nx) *Dd* perminxerunt *semierasum in* perminxeri *mut. in B* 8 Oratius *GLK* *Horat. serm.* I 8, 37 *sq.* 9 in — coruorum *om. G* 10 at] et *B* capud (t) *Rr* inquirer *K* aluis (b) *D* aluis *BLK* 11 atque] *h* et *BDHGLK* veniant] *sic etiam aliquot codd. Hor.* ueniat *cum optimis libris Hor. duo Prisc. mss. a Bentleio ad h. Hor. l. l., Heidelb. Darmstad.* ueniet (ab) *liber quidam Prisc. ms. apud Bentleium* adque (t) *D* cacatum ΟΥΡΟΝ. ΚΟΠΡΟΝ. Vnde *B* 12 micturio] *d* iniecturio *D* ut *add. b* 13 essum essurio *GLK* ęsum ęsurio *D* enim *in litura h* meditatiuo inchoatiua (*ex* inchoatiuo *corr.*) solent *B* 14 antecente (de) *Rr* inquio *add. r* 15 *Cic. de or.* II 63, 256 16 oratione *BHGLK* attendere *GLK* acupari *B* occupari *G* 17 inquio] in quo *aut* in quibus *libri Cic.* inquo (i) *Kk* sunt] *r cum Cic. Lagom.* 2. 36 *aliis* sint *RDHGK* *Cic. de or.* II 64, 259 18 *Cic. in Verr. act.* II IIII 14, 32 in — signis *om. G* 19 me ubi] simul ut me *Cic. dett.* palphile *H* sciphi *BDHGL* sophi *K* *rhet. ad Herennium* IIII 3, 5 20 UII. *G* inquiat] *sic aliquot libri rhet. opt.* inquid *Virceb.* inquit *vel* inquiet *rell.* 21 inquiam] inquam *r* *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 *cf. lib.* III § 19. V *h. l. scribendum esse docet Kayserus l. l. eumque numerum praebent libri mei omnes* 22 at] *in litura r* aut *B* (*R?*) affricani *HK* apricam *L* nepoti *BLK* inquit] *rD ex corr.* inquid *RBD pr.* inquieti *codd. rhet. opt.* inquiat *vel* inquiet *rell.* istimodi *R* et istiusmodi *r*

runt. in eodem: videte nunc, inquis, iudices, quemadmodum me Plagioxippus iste tractarit. Persius:

Hoc | iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Terentius quoque imperativum eius 'inque' in Phormione posuit:

Tum autem Antiphonem video ab sese amittère
Invitum eam, inque.

ergo secundum analogiam tertiae coniugationis invenitur eius tota fere declinatio verbi; supinum vero ab eo non inveni nec quae solent ab eo nasci.

3 In 'cio' a antecedente mutant eam in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'facio fēcī', 'iacio iēcī'. ex his composita cum praepositione quamvis in praesenti mutent a in i, tamen praeteriti regulam servant, quae est in simplicibus, ut 'efficio effeci', 'proficio profeci'. ideo autem dixi, 'cum praepositione || composita' mutare a in i, quia, si cum alia parte componantur, servant a, ut 'calefacio calefeci', 'tepefacio tepefeci', 'tremefacio tremefeci', 'stupefacio stupefeci'. 'abicio' quoque 'abieci' facit, 'conicio conieci', 'inicio inieci', 'proicio proieci'; invenitur tamen etiam simplex, 'icio icis'. unde Virgilius in XII:

ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges.

Alia vero i ante 'cio' habentia eandem i in e convertunt et 'cio' in 'xi', ut 'aspicio aspexi', 'conspicio conspexi', 'illicio illexi', 'pellicio pellexi'; excipitur 'elicio elicui' - Livius ab urbe condita libro V: ad colloquium vatem elicuit -, et puto ideo, ne, si 'elexi' diceremus, necessario participium 'electus' fieret et esset dubitatio significationis. 'pellicui' quoque pro 'pellexi' veteres protulerunt. Laevius in Laudamia:

1 *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 eadem *L* inquiet *vel* inquit *libri rhet.* inquiat *Orellius* quemadmodum] *r* quemammodum *RBL* 2 me *add. d* me Plagioxippus *om. G* Plagioxippus *vel* Plagioxyppus *codd. rhet. fere omnes* plagiuxippus *r* plagiuxiphus *R* plagiosipphus *B* plagiaxiphus *DLK* plagi°xiphus *Hh* Plagioxypus *Klotzius* tractari *BLK* retractari *G* tractauit *v. l. codd. rhet.* *Pers. sat.* 1, 112 4 *Ter. Phorm.* V 8, 25 *sq.* formione *RG* 6 eum *GLK* 7 eius *om. D* 8 nec quae] nec quoq. *G* nęcq. *D* neq; *B* 10 a *add. r* antecedendente *G* e] eọ *Dd* producta i *GL* produč i *K* 11 "perfectum "praeteritum *K* 12 mutent] *r* mutant *R* *post* a in i *sqq. usque ad alterum* a in i *om. D add. d* 14 perficio perfeci *HG* 15 quia si] quasi *H* si *om. G* 16 tepefacio tepefeci *add. r* tremefacio — stupefeci *om. G* 17 *ad* abicio *et sqq.* secundum supradictam regulam *sup. lin. adnotat K* 18 *Verg. Aen.* XII 314 *sq.* 20 ictu *B* sictum *Rom.* fedus *K* 21 cpositae *D* compositae *RGLK* composite *B* 22 eundem *L* 23 ut *om. GL* 24 Excipiuntur *Rr* eliceo *B* *Liv. ab u. c. lib.* V 15, 6 ab — V *om. G* condata *H* II *r* 25 ne si] *d* nexi *D* 26 necessariū *B* electus] *r* elatus *R* 27 pro] *om. GL* .i. pro *g* Lęuius *D* leuius *GLK et ni f. H* Liuius *RB et in litura h* Laevius in Laudamia] *fr. Laev.* X *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 76 *sqq. Livii Andron. Laodamiae fr.* 1 *p.* 12 *Both. at cf. Klussmannum Liv. Andron. dram. rell. p.* 23 in — affluens *om. G*

†Aut nunc quaepiam alia te illo
Asiatico ornatu affluens,
Aut Sardiano ac Lydio
Fulgens decore et gratia
Pellicuit.

sed Terentius in Phormione:

is senem per epistolas
Pellexit, modo non montes auri pollicens.

invenitur etiam 'allicuit' et 'pellicuit'. Piso historiarum I: cuius unius praemio multorum allicuit animos. P. | Varro belli Sequanici libro II:

Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.

Supina ex illis quidem, quae a habent ante 'cio', fiunt a praesenti 4
'io' conversa in 'tum', ut 'facio factum', 'iacio iactum'. in omni enim verbo, sive paenultima sive antepaenultima sit, a servatur etiam in supino, quamvis mutetur in praeterito perfecto, ut 'facio feci factum', 'iacio ieci iactum', 'capio cepi captum', 'ago egi actum', 'frango fregi fractum', 'cado cecidi casum'. ex his composita, quae in praesenti mutant a in i, ut 'facio inficio', 'capio incipio', et in supino a in e convertunt, ut 'factum infectum', 'captum inceptum'; illa vero, quae componuntur a verbis in 'go' desinentibus, quamvis mutent a in i, tamen in supino immutabilem servant eam, ut 'ago exigo exactum', 'frango infringo infractum', 'tango contingo contactum', 'pango impingo impactum'; quae vero in 'xi' terminant praeteritum secundum praemonstratam regulam, 'xi' in 'ctum' convertentia faciunt supinum, 'aspexi || aspectum', 'illexi illectum'; 'elicui' vero 'elicitum' facit, unde Lucanus in VIIII:

1 aliã *B* illa[o] *D* Aut nunc alia te quaepiam | Asiatico *Ios. Scaliger coniect. ad Varr. de l. L.* VI § 94 *t.* II *p.* 157 *ed. Bipont.* aut | Nunc quaepiam alia te Ilio, | Asiatico *G. I. Vossius castigg. p.* 9 2 ornata[v] *Dd* affluens] *r* afluens[l] *RK* 3 sardanio *G* aclydio *H* aclidio *DG* aclidia *L* lydeo[i] *Rr* 4 fugens *Hh* decoro[e] *Dd* gratia *Hauptius ex lex. Vat. ap. Maium auct. class.* VIII 417 gloria *libri* 6 *Ter. Phorm.* I 2, 17 *sq.* 7 epistolas] *b cum Bemb.* epistulas *Bas.* aepistolas *K* epistolam *B et libri lib.* XVIII § 242 *cum aliquot codd. Ter.* 9 allicui *B* et plicuit[el] *D* et prolicuit *BGLK* et pollicuit *k* *L. Calpurnii Pisonis histor. lib.* I *fr. p.* 147 *Kr. fr.* 23 *p.* 299 *Roth.* piro *GLK* 10 proemio *B* animus *B* P. *om. DGLK* Publius *d* *P. Varronis belli Sequan. lib.* II *fr. v. ap. Wüllnerum de P. Terentii Varronis Atacini vita et scriptis p.* 11 *sq.* bellis equani *L* 12 ubi] libi *GLK* pellicuit] *d* pollicuit *BDHk* prolicuit *GLK* soporis[a] *D* 15 uerbo *add. r* siuę *D* sive] *h. l. etiam D* siue antepenultima *in mg. add. h* etiam *om. G* 17 coepi *B* 18 cassum *Rr* 19 et] *om. GL* etiam et *Hh* conuertunt[e] *L* uertunt *BDHGK* factum] feci[tum] *Rr* 21 mutent] *r* motent *K* mutant *D* mutant *RGL* tamen supino inmutabilem[uel seruant] *B* 22 habent *G* 23 inpingo *B* 26 elicitum *ex* elicatum *corr. K* facit] fecit *DHGLKrb* *Luc. Phars.* VIIII 932 in VIIII *om. G*

Virus et elicitum iussumque exire repugnat,

et Statius in IIII Thebaidos:

Tam penitus durae quam mortis limite Manes
Elicitos.

In 'dio' desinens unum invenio, 'fodio fōdi' et ex eo composita, 'perfodio perfōdi', 'effodio effōdi', quod paenultimam praeteriti produxit necessario secundum praedictam regulam, qua ostendimus, quod, si minuantur praesentis syllabae, in praeterito producitur paenultima, nisi per syncopam vel apocopam proferatur. supinum in 'sum' facit geminata s, ut 'fodi fossum'. omnia enim verba, quae in 'di' finiunt praeteritum perfectum, in 'sum' faciunt supina, ut 'prandi pransum', 'momordi morsum', 'tetendi tensum', 'pandi pansum', 'defendi defensum', 'ascendi ascensum', 'sedi sessum', excepto 'dedi', quia pri|mae est coniugationis, quae numquam in 'sum' facit supinum, et ex eo compositis, quae in tertiam transeunt coniugationem et a paenultimam simplicis supini in i convertunt, ut 'do dedi datum', 'reddo reddidi redditum', 'perdo perdidi perditum', 'vendo vendidi venditum', 'credo credidi creditum', 'condo condidi conditum'. in 'dior' quoque deponentia in 'sum' faciunt supinum: 'ordior orsum', 'ingredior ingressum'.

In 'gio' similiter producta antepaenultima et ablata o extrema faciunt praeteritum perfectum, ut 'fugio fūgi', 'confugio confūgi', 'perfugio perfūgi', 'refugio refūgi'. supinum o in 'tum' convertit: 'fugio fugitum', 'confugio confugitum', 'perfugio perfugitum', 'refugio refugitum'.

II 6 In 'pio' 'ca' antecedente mutant a in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'capio cēpī'. ab eo composita in praesenti quidem mutant a correptam simplicis in i brevem, praeteritum vero integrum manet, ut 'incĭpio incēpi', 'recĭpio recēpi', 'suscĭpio suscēpi'. supinum tam eius quam omnium in 'pi' vel 'psi' vel 'mi' terminantium praeteritum per 'ptum' profertur, ut 'cepi || captum', 'incepi in-

1 elicit dum *G* elicita *K* illicitum *nonnulli codd. Luc.* iussum q̃ *GL* iusum q̃ *K* repugnant *Dd* 2 *Stat. Theb.* IIII 413 *sq.* in — penitus *om. G* 3 Tam penitus *om. BDHLK add. d* penitos *Rr* dure *LK* manens *R* 4 elicatos *K* 5 et *om. K* 6 effodi] effodo *B* quod] q̃ *K* 7 praedictam] *b* praed*ctam *B* quam ostendimus *RBD* 9 proferetur *H* geminata s facit *K* ut fodio *Rr* 11 faciunt supinum *D* prandi] *r* prando *R* momorsum *Hh* 13 sesum *L* nū(quam) *Rr* 14 conpo(si)tis *Hh* 15 coniugationem *ex* coniugationes *corr. B* conuertitur *G* 18 quoque *om. G* ut ordior *B* 19 ingresum *L* 20 prodocta *H* 22 ut fugio *D* 23 perfugio perfugitum *om. H* 24 a] a correptam *ex libris nonnullis Krehlius, quibus tamen nec H adnumerare debebat nec, si Lindemanni silentio fides, Heidelb.* 25 coepi *B* *abeo(h) *D* 27 incoepi *B* recipio recepi*(o) *B* suspi(ci)cio *Rr* suspicio *D* 28 uel in psi uel in mi *G* psi] spi *L* si* *D* 29 praeteritum perfectum per *B* praeteritum perfectum profertur in ptum ((p)tum *K*) ut *GLK* ptum] *r* *tum *R* profertur *add. r* cepi] coepi *D*

ceptum', 'coepi coeptum', 'rupi ruptum', 'scalpsi scalptum', 'compsi comptum', 'prompsi promptum', 'dempsi demptum', 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum', 'emi emptum', 'ademi ademptum'. 'rapui' quoque 'raptum' facit; similiter ex eo composita, 'corripui correptum', 'arripui arreptum'.

'Cu' vero ante 'pio' habentia o in 'vi' convertunt et producunt paenultimam in praeterito, ut 'cupio cupīvi' vel 'cupii' et ex eo composita, 'concupio concupīvi' vel 'concupii'. vetustissimi | autem etiam secundum quartam coniugatiohem solent proferre hoc verbum. Lucretius:

effringere ut arta
Naturae primus terrarum claustra cupiret.

in 'ui' divisas faciens praeteritum unum invenio supra dictae terminationis, 7
'rapio rapui' et ex hoc composita, 'eripio eripui', surripio surrípui'; nam 'surpui' per syncopam protulerunt quidam poetarum, ut Horatius in IIII carminum:

Quae me surpuerat mihi,
Felix post Cinaram.

'sapio' tam 'sapui' vel 'sapii' quam 'sapivi' protulisse auctores inveniuntur; Probo tamen 'sapui' placet dici, Charisio 'sapui' vel 'sapivi', Aspro 'sapivi' et 'sapii' secundum Varronem, quod Diomedes etiam approbat. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui'. Novius virgine praegnante:

1 coepi coeptum] coepi ceptum *BH* concepi conceptum *h* scalsi *L* com[p]si *K* 2 prompsi promptum] *d* prumpsi prumptum *D* 4 ex] et ex *BDHr* 5 vi] i *G* 6 praeteritum *B* ut concupio *G* 7 concupi[ui]* uel concupii (i *ni f.*) *Hh* autem] tamen *B* etiam *sup. lin. add. h* 8 solent] *R* solebant *rell.* Lucretius *D* *Lucret.* I 70 *sq.* 9 effri[n]gere *D* confringere *libri Lucr.* frangere *corr. oblongi* perfringere (perfringe) *Non.* 506, 33 10 portarum *Lucretius* cupiret] *sic etiam Nonius et add.* at. uideret (*h. e.* ualeret, *v. Maehly annal. philol.* LXXI 204) *corr. oblongi Lucr.* cuperet *quadr. et obl. pr. m.* 11 supradictae *d* supradicta *D* 12 hoc] eo *Gr* eripio] eripuo *B* surripio surripui *add. r* 13 per sinagopam surpui *K* quidam protulerunt *G* Horatius] *db* oratius *BDGLK* *Hor. carm.* IIII 13, 20 *sq.* in IIII carminum] *om. G* in IIII in carminum *Rr* 16 post Cinaram] uel post amaram *h* cy[uel]naram *R* 17 sapui quam sapii quam sapiui *Kk* sapiui uel sapii quam sapui *B* sapui uel sapii quam sapui *H* quam sapiui *om. R* inueniuntur] *r* inueniantur *R* 18 *apud Probum p.* 1483 *P.* rapio rapui uel ii, *quod ex* sapio sapui uel sapii *ortum esse conicit Struvius üb. d. lat. Decl. u. Conjug. p.* 295, *ipse dubitans, quod Prisc.* sapui *tantum apud Probum legerit: at illud* uel ii *ad sequens exemplum* cupio *pertinere, docuit Lindemannus p.* 138 *ed. suae. equidem h. etiam l. intellegendum arbitror Probum Berytium, cuius notitiam Priscianus Capro debuerit, cf. O. Iahnium ad Pers. prol. p.* cxxxix *et ann. ad lib.* V § 45 Charisio] *r* carisio *LK* cariseo *G* Charisius *R* *Charis. p.* 218 *P.* 147 *L.* vel sapivi] *r* uel sapii *R* Aspero *k* 19 et sapii] uel sapii *r* uel sapui *d* assapui *D* *Varr. fragm. p.* 340 *ed. Bip.* diomides *GLK* *apud Diomedem p.* 366 *P. extr.* sapio sapui *libri*, sapio sapiui et sapui *edd.* sapio sapiui et sapii *ex hoc Prisciani l. Struvius l. l.; corruptis contra Diomedis exemplaribus, cui quidem* sapiui *et ipse restituit, Priscianum usum esse censet H. Keilius* adprobat *B* 20 Nouius *G* *Non. Marcell. cap.* X *p.* 508, 20 mu[ta]tis *Rr* 21 pro sapui *add. r* Neuius *Dr* Nocuius *B* *Nov. virg. praegn. fr.* 1 *p.* 54 *Both. p.* 181 *Munk. p.* 227 *Ribb.* prignante *GLK*

quando ego
Plus sapivi, qui fullonem conpressi quinquatribus.

Terentius similiter:

cum intellego
Resipisse,

pro 'resipivisse'. Caper utrumque in usu esse contendit. Afranius in Brundisinis:

Equidem nunc resipivi, postquam pectus est laetitia onustum.

Plautus in rudente:

Pol magis sapisset, si dormivisset domi.

'coepio', quod in usu non est, 'coepi' facit praeteritum. Terentius tamen in adelphis praeteritum imperfectum subiunctivi eius verbi, quod nascitur ex praesente, profert:

sinerem [ego] illum? ac non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet?

supinum a 'cupivi' et 'sapivi' secundum supra dictam analogiam mutata 'vi' in 'tum' profertur, 'cupitum' et 'sapitum'.

8 In 'rio' unum inveni, 'pario peperi'. ve||tustissimi tamen et secundum quartam coniugationem hoc protulisse inveniuntur. Ennius:

Ova parire solet genus pinnis con|decoratum.

sed Terentius in Phormione:

Neque parere iam diu haec per aetatem potest.

1 quanto *Mercerus* ego] ergo *D* uero *G* 2 quin *libri Non.* fol[v]lonem *R* fulonem *L* compresi *RLK* cōpressi *G* quinquatrubus *libri Non.* quinquatrbus *R* 3 *Ter. heautontim.* IIII 8, 2 *sq.* 4 te gnate cum intellego *Bemb.* gnate cum te intelligo *Bas.* intellege *LK* intellige *G* 6 pro resipivisse] *r* pro resipuisse *R* Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 contendit] ostendit *BDHKr* affranius *K* *Afran. Brund. fr.* 3 *p.* 162 *Bth.* IV *p.* 182 *Nk.* II *p.* 143 *Ribb.* in Brundisinis *om. G* 7 Brundisinis] *bd* brundesinis *D* brundissimis *K* brundi*inis *B* brundi[s]ni[n]sis *Rr* Brundusinae *vel* Brundisii *nomen fabulae apud alios tribuitur v. fragm. edd.* 8 resip*ui (i) *R* resipui *BDHGK* laetitiae honustum *Rr* le[t]ticia honustum *D* 9 honustum *B* 10 *Plaut. rud.* IIII 1, 8 (*v.* 899) in rudente *om. G* 11 sapuisset *L* sapiuisset *BG* sapiisset *K* sapissed *Palat. uterque* dormisset *B* domina *GL* 12 usu [non] est *K* *Ter. adelph.* III 3, 42 *sq.* 13 aldelphis *G* preteritum pteritum *Rr* subiunc**tiui (ta) *D* 14 praesenti *BL* presenti *r* p[i]sente *D* 15 sinerem illum *lib.* XVIII § 252 *cum Terentio* sinere[m] illum *Bemb.* ergo *G* ac] at *GLK* aut *libri Ter. cf. lib.* XVIII § *l.* 16 olefecissem *L et in* olfecissem *corr. K* coeperit *lib.* XVIII *l. l. cum Bemb. Bas.* 17 secundum] *b* secund*m (a) *B* pdictam 'regulam (*in mg.* 'uel analō) *G* 18 ut cupitum *B* 20 *Enn. ann. fr. v. lib.* VIII § 33 21 pennis *HGLKr* p[e]innis *D* 22 Terentius in Phormione] *immo in adelph.* V 8, 8: Scio. - Parere iam diu haec per annos non potest. formione *G* 23 pare[re] *Rr* pareret *G* iādiu *k* iandiu *GK*

p. 880 P. p. 478 K.

idem in Andria:

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

supinum 'partum' debet esse, unde et 'partus' et 'parturio' meditativum. plerumque enim regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa, exceptis quibusdam, de quibus in significatione verbi diximus, ut 'lectum lecturio' et 'lectito', 'mictum micturio' et 'mictito', 'dictum dicturio' et 'dictito'. sic ergo 'partum parturio' et 'partito'. Statius tamen in XII Thebaidos participio futuri addidit i:

Misceat atque hosti veniat paritura marito.

Deponentia in 'rior' desinentia, 'orior' et 'morior', tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores, 'orior oreris' et 'oriris', 'morior moreris' et 'moriris'. Lucanus in IIII:

Non gratis moritur, iugulo qui provocat hostem.

Ennius in XIIII annalium:

Nunc est ille dies, cum gloria maxima sese
Nóbis ostendat, si vivimus sive morimur.

Terentius in eunucho:

Risu †emoriri omnes denique.

Virgilius in II Aeneidos:

telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes.

Lucilius in III:

Conturbare animam potis est, quicumque adoritur.

eorum supina 'ortum' et 'moritum', quamvis 'oriturus', non 'orturus' in- 9
veniatur participium futuri, sed praeteriti 'ortus', non 'oritus' dicitur. Horatius epistularum libro II:

1 *Ter. Andr.* III 1, 14 andrea *K* 2 simul[ant] *Hh* pare[re] *Rr* 4 regulam *add. h* secuntur *RB* sequntur *GK* 5 in *sup. lin. add. G* 7 sic] Si *R* ergo est *k* paturio *GL* *Stat. Theb.* XII 539 8 tebaidos *K* participio] *r* participium *R* i *om. R* 9 Misceat] *R om. rell.* Ad[t]que *D* 10 orior et morior tam *add. d* 12 or*eris et oriris (i) *H* *Lucan. Phars.* IIII 275 in IIII *om. G* 13 Non gratis moritur] Vincitur haut (*sic Voss. uterque*) gratis *Lucanus;* Moritur haud gratis, *ex Prisc., ut videtur, interpolatus Luc. Cassell. m. alt.* iu[gu]lo *Rr* 14 *Ennius annal.* XI 18 *sq. E. S.* XIV vi *p.* 58. LXXIII *Vahl.* in — sese *om. G* XI *Merula referens haec ad verba ex or. Catonis apud Livium* XXXIIII 13, 5 *servata, at v. Vahlenium p.* LXXIII 15 maxima gloria *Heidelb.* 16 ostendit *Lr* ostentat *Zwicc.* 2 *Krehlii* si] si[eu] *Hh* siue *B* 17 *Terent. eunuch.* III 1, 42 Risu omnes, qui aderant, emoriri; denique *et sic add. initio v. sq.* metuebant *Heidelb.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 18 Risu] iusu *K* 19 *Verg. Aen.* II 410 *sq.* in *om. G* 20 T[e]alis *D* 21 Nostrorum *om. L* oriturquę *B* 22 *Lucil. sat.* III 27 *Dous. Gerl.* 20 *ap. Vargesium Luc. sat. ex lib.* III *q. s. p.* 7 in III *om. G* III. *ex* IIII. *corr. H* tertio *L* VII. *r* 23 animam] animum *coni. Vargesius l. l. p.* 19 ado[i]ratur *Rr* 24 ortum *ex* oritum *corr. B* et mort[i]um *H* 25 non oritus *add. r* 26 oratius *GLK* *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* XI § 18 aepistolarum *K* epistularum libro II *om. G*

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

a 'morior' quoque notandum, quod, cum 'moriturus' secundum analogiam faciat participium futuri, 'mortuus' fecit praeteritum geminata u, quod in nullo alio participio invenies, pro 'mortus' vel 'moritus', quod proportio magis exigebat.

In 'tio' desinens per 'si' facit praeteritum geminata s: 'quatio quassi', quod teste Charisio in usu non est, 'percutio | percussi', 'incutio incussi'. supinum secundum regulam in 'si' terminantium perfectum in 'sum' exit, 'quassum', unde frequentativum 'quasso quassas'; similiter 'percussum', 'incussum'. nam 'ussi || ustum' et 'torsi tortum' vel 'torsum' excipiuntur et quae quartae coniugationis in 'si' terminant praeteritum perfectum: 'farcio farsi fartum', 'sarcio sarsi sartum', 'fulcio fulsi fultum', 'haurio hausi haustum'. p vero ante 'si' posita, sicut supra dictum est, per 'ptum' faciunt supinum: 'demo dempsi demptum', 'promo prompsi promptum', 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum'.

In 'tior' deponens tam tertiae quam quartae coniugationis unum invenitur, 'potior'. Virgilius in III Aeneidos:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro
Vi potĭtur.

i secundum tertiam coniugationem corripuit paenultimam. Lucilius vero in V:

Deficit alma Ceres nec plebes pane potītur

secundum quartam coniugationem producta paenultima protulit. similiter Ninnius in Iliadis secundo:

1 Nil] *h* Nihil *Hr* nihil *RDLK* tale] *r* telo *R* 2 moritus (iu *superscr.*) *Hh* 3 fecit] facit *Dr* 4 nulo (l *superscr.*) *Rr* mortus *in litura h* 5 exigebant *Dd* 6 per si (s *superscr.*) *Kk* quattio *B* 7 carisio *R* *cf. Charis. p.* 218 *P.* 146 *L., cuius quidem et Fabriciana et Putschiana h. l. inter exempla formae tertii ordinis quintae*, qua perfectum in si literas cadit, *ponunt:* quatio tis si, in usu non est, sed concutio et percutio tis si; *at cod. teste Keilio* co********** (ncutio tis *recte restituit ed. pr.*) concussi, *ut illae edd. ex Prisciano suppletae sint* est, sed percutio *coni. Osannus Beiträge etc.* II 338

10 ussu (i *superscr.*) *Rr* ussi *K* usi *G* et gessi gestum *post* ustum *add. d* torsum uel tortum *R. num* tortum [uel torsum], *ut locus ex lib.* VIIII § 51 *interpolatus sit?* 12 sartio (c *superscr.*) *Rr* fultio (c *superscr.*) *Rr* 14 ptum] praeteritum *GL* supino (v *superscr.*) *Rr* promsi *RDH* promptum *om. G* promtum *L* 15 nubsi *K* scripsi] scribi *R* 16 quam *add. rd* inuenitur unum *G* 17 *Verg. Aen.* III 55 *sq.* 18 abrumpit] *rd om. D* abrupit *cum nonnullis libris Verg. R* polidorum *RDL* .truncat (.ob *superscr.*) *Rr* 20 *post* coniugationem *sqq. usque ad* coniugationem *om. D add. d* Lucius *K* *Lucil. sat.* V 17 *Dous.* 18 *Gerl.* uero in V *om. G* 21 ·II· *H* ·I· *LK* 22 defecit *K* plebis *RLK* pane] *om. G* panis *LK* 23 . Similiter *D* similiter (. *om.*) *rell.* 24 Ninnius, *ut perhibetur, Scriverius ad Baudii amores p.* 416, *Bernhardius Grundriss d. röm. Lit. ann.* 360 *p.* 406 *ed. alt. cf. lib.* VIIII § 42 neuius *RBDHLK* neuuus *G* Neuius *π* Laevius *G. I. Vossius de art. gramm.* V 35 *p.* 872 *Eckst. G. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 333; *refertur scilicet hic versus ad Laevii, quae perhibetur, Cypriam Iliadem, in Charisii* (*p.* 118 *P. p.* 84 *L.*) *codice sub Naevii nomine et ipsam laudatam et ad Naevium relatam a Wernsdorfio poet. Lat. min.* IIII 573 *cf. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 86 *sq.* iliados *L* secundo] *sic π cum RBDH*

penetrat penitus thalamoque potītur.

infinitum tamen secundum quartam semper invenitur. Cicero in II invectivarum: rerum potiri volunt. supinum in 'itum' desinit paenultima producta, 'potītum'.

In 'uo' divisas quacumque antecedente consonante desinentia mutant o in i, ut 'acuo acui', 'imbuo imbui', 'induo indui', 'diluo dilui', 'annuo annui', 'spuo spui', 'suo sui', 'metuo metui', 'arguo argui'. Virgilius in VIIII:

Nisus ad haec: me nulla dies [umquam] tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda.

idem in XI:

Verba redarguerit.

excipiuntur 'struo struxi', 'fluo fluxi', 'pluo pluvi'. Livius in I ab urbe 11
condita et in XXI et in XXII: lapidibus pluvisse et in XXIIII: sanguine pluvit. nam 'unguo' Nisus quidem et Papirianus et Probus tam | 'ungui' quam 'unxi' dicunt facere praeteritum, Charisius

om. GLK Faecundo *Darmst.*[b] II. Foecundo *Darmst.*[a] *et sic* secundo (*vel* II *vel* 2; fecundo *μ*). Foecundo *edd. tantum non omnes. an* III? *cf. Hom. Il.* III 447 1 penitrat *GL* 2 *Cic. in Catil. or.* II 9, 19 in II. inuectiuarum *om. G* II invectivarum] *lib.* XVIII § 163. 189. 251 terti* uectiuarum *H* tertio inuectiuarum *h* IIII inue[c]tiuarum *Rr* III inuectiuarum *rell.* 6 inbuo inbui *B* 7 suo [sui] meto [.v] *Rr* me[t]uo *Dd* *Verg. Aen.* VIIII 281 *sq.* Euryalus: me nulla *etc.; versus initium* Nisus ad haec *ex v.* 207 *sumptum est* 9 Nisus [Eurialus] *Rr* umquam] *om. DH* unquam *GLK hoc voc. ex eiusdem Aen. libri* VIIII *v.* 447 *hic intrusum est:* nulla dies umquam memori uos eximat aeuo 10 ausis *add. r* 11 dissimilem] *r* dissimile *R* disimilem *GL* auguerit *Rom.* fortuna secunda] fortunas *BD* furtunas *GLK* fortuna se[quatur] *Hh* fortuna sequatur *d* 12 *Verg. Aen.* XI 688 13 ueba *R* redarguerit] *BDHGLKr cum Pal.* redargueret *R Darmst.*[a] *cum Med. Rom.* 14 strui [x] *H* plui [v] *Rr* *Liv. ab u. c.* I 31, 1 in I ab urbe condita *om. G* I *Drakenborchius ad Liv. l. l.* II *libri* 15 condita [b] et in XXI et in XXII. La[a]pidibus *Hh* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 62, 5; XXII 36, 7 et in XXI et in XXII] et in XX[I] *Rr* et in XXI [et in XXII] *D* pluisse *libri Liv.* I 31, 1 *et aliquot ex dett. libris ll. lib.* XXI *et* XXII *ll.* *Liv. ab u. c.* XXIIII 10, 7 sanguine pluvisse XXIIII *Drakenborchius ad Liv. l. l.* XXIII *libri* 16 sanguinē *cum aliquot Liv. codd. dett. D* pluvit] *rh* pl[v]uit *D* pluit *RHGL* ung[v]o *D* ungo *BL* Nisus] *cf. L. Carrionem antiq. lect.* II 11 *Graefenhanium hist. philol.* IIII *p.* 83 *sq.* pa[p]ririanus *G* *at Papirianus de orthographia secundum epitom. Cassiod. p.* 2295 *P.* 'ungo uero non ungui, sed unxi facit'. *apud Probum iun. p.* 1484 *P.* 139 *L.* 'G. huius literae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni. sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, ut arguo, arguis, argui et unguo, unguis, unxi' *pro* 'unguis' 'ungui et', *etiamsi ipse dubitans, Priscianum legisse censet Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 313 (*cf. Osannum Beitr.* II 210 *sq.*). *at mihi haec quoque ad Berytium videntur esse referenda, cf. not. lib.* V § 45 17 un[gui] *Rr* ungi *H* dicu[n]t *Dd* Carisius *RDHGK* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.*

vero 'unxi' tantum. 'coquo' vel, ut alii, 'coco coxi', 'linquo liqui', 'tinguo' vel 'tingo tinxi'. haec tamen non videntur in 'uo' divisas terminare, in quibus u vim literae amittit, unde in 'guo' quidem syllabam terminantia huiuscemodi servant regulam in 'go' terminatorum, sicut et quae in 'quo' finiuntur, rationem sequuntur in 'co' desinentium: dicimus igitur 'unguo unxi' et 'linguo linxi', ut 'pingo pinxi', et || 'linquo liqui', ut 'vinco vici', 'ninguo' quoque 'ninxi', unde et 'nix', sicut a 'duxi' 'dux', a 'rexi' 'rex'. Virgilius in III georgicon:

Interea toto non setius aequore ninguit.

Accius in Andromeda:

Cum ninxerint caelestium molem mihi.

'extinguo' etiam 'extinxi', cuius simplex 'stinguo' in raro est usu. Virgilius in IIII:

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem

pro 'extinxissem' protulit. Cicero tamen in Arato 'stinguens' participio usus est, quod a verbo 'stinguo' nascitur:

Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
Interimet stinguens praeclara insignia caeli.

idem passivum eius verbi in prognosticis protulit:

Vt cum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii caeca caligine tecti.

12 illud quoque sciendum, quod in 'ui' divisas terminantia praeteritum perfectum cum soleant corripere paenultimam, tamen vetustissimi inveniuntur etiam produxisse eandem paenultimam, in his maxime, quae a praesenti in 'uo' desinente divisas proficiscuntur, ut 'eruo erūi', 'arguo argūi', 'annuo annūi'. Ennius in II:

Adnūit sese mecum decernere ferro.

Supina eorum i praeteriti in 'tum' convertunt et producunt u paenultimam: 'acui acūtum', 'imbui imbūtum', 'indui indūtum', 'annui annūtum',

1 quoquo *D* quoco uelut alii quoco quoxi *B* lyqui *R* *post* liqui: uinco uici *add. G* tingo uel tinguo *r* 2 terminari *d* 3 amittat *BGL* ammittat (i) *D* Vnde *ex corr. r* in guo *ex* unguo *corr. B* 4 go] *b* guo *B* 5 secuntur *RBH* sequntur *GK* inguo (v) *Dd* ungo *L* 6 unxi *in mg. add. L* ping*o (u) *L* pinguo *K* ** (ut) *L* liqui] lici *G* ** (ut) (et) *L* 7 ningo (v) *Dd* ningoo (v) *H* 8 *Verg. georg.* III 367 IIII. *K* 9 sẹtius *B* aequore *cum Prisciano Verg. cod. Arundel.* aere *Vergilius* 10 actius *R* *Att. Andromed. fr.* 5 *p.* 171 *Both. fr.* II *p.* 125 *Ribb.* in Andromeda *om. G* 11 ninxerit *D* 12 Extingo *G* stingo *BG* *Verg. Aen.* IIII 606 14 generem *B* ipsā *B* 15 *Cicer. Arat. fr.* II *opp.* IIII 2, 519 *Or.* stingeus *GLK* 16 stingo *B* 17 Quem] *sic in mg. etiam K* Quod *K* Quae *r* tempestas] uetustas *G* 18 stingens *L* 19 *Cic. prognostic. fr.* 1 *l. l. p.* 555 *Or.* prognosticis] *d* pronosticis *DHLK* ponosticis *R* pognosticis *r* 20 lana (v) *H* hiperionis *GLK* orbis *GLK* 21 stinguntur *RBDGLK* 22 quoque sciendum] etiam notandum, *in mg.* uel quoque *G* 23 "etiam produxisse "inueniuntur *L* 25 adnuo adnui *B* 26 *Enn. ann.* II 18 *E. Ṣ.* II xi *p.* 22. XXXIX *sq.* LXXVIII *Vahl.* 27 annuit *RGLK* sese *om. GLK*, *m. rec. add. in G* 29 ut acui *G* inbui inbutum *B* adnui adnutum hinnui hinnutum *B*

'innui innūtum', 'argui argūtum', unde et participium 'argutus' | - id est 'convictus'. Plautus in Pseudulo:

argutus malorum facinorum -

et futurum 'arguturus' et derivativum ex hoc verbum 'argutor argutaris'. invenitur tamen in usu etiam 'arguiturus' pro 'arguturus'. Sallustius in II historiarum: quod adversum multi ex Bithynia volentes adcurrere, falsum filium arguituri. [Plautus iterum in Pseudulo de sycophanta:

Ecquid argutus †es?

pro 'convictus'.] excipitur 'rŭtum' vel 'ruitum', quod u corripuit vel quod i servavit; nam secundum futuri participium, id est 'ruiturus', debet 'ruitum' esse - Lucanus in IIII:

ruituraque semper
Stat mirum moles -,

secundum praeteritum vero debet 'rŭtum' dici paenultima correpta. Virgilius in XI:

Nec mihi cum Teucris ullum post erŭta bellum
Pergama.

et videtur hoc per syncopam i vocalis in prae||terito prolatum, 'erutus' pro 'eruitus', ideoque tempus perfecti simplex, quod habuit u ante i, servasse. a 'spuo' et 'metuo' et 'pluo' secundum analogiam 'sputum' et 'metutum' vel 'metuitum' et 'plutum' a 'pluvi', velut 'adiutum' ab 'adiuvi', debent facere, sed in usu ea non inveni. alia vero supra dictae terminationis verba 13
extremam syllabam praeteriti in 'ctum' convertunt, ut 'struxi structum', 'unxi unctum', 'liqui lictum'; excipitur 'fluxum', ut iam supra dictum est.

Deponentia in 'quor' mutant eam in 'cu' et assumentia 'tum' faciunt

2 *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) Ecquid argutust (argutus est *libri*)? - Malorum facinorum saepissume in Pseudulo *om. G* seudulo *H* psedulo *L* 4 diriuatiuum *k* diriuatum (v) *LK*. 5 pro arguturus *add. d* argaturus *Rr* *Sall. hist.* II 57 *p.* 175 *Kr.* 6 in II historiarum *om. G* quos *BDHGLK* (ex) et *Hh* bithinia *BDL* bethinia *K* bethania *G* 7 ad(c)curre(re) *Rr* accurrere *HLK* accurre *G* occurrere *BD* arguturi *K* *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) *i. e. loco cum maxime citato. vel aliunde igitur vel ex Plauto neglegenter inspecto hoc scilicet alterum participii* argutus *exemplum ad marg. additum et postea hic non suo loco adglutinatum est. a Prisciano ipso non esse profectum satis indicat iteratum illud* 'pro conuictus'. *haec non posse non turbata esse pronuntiavit Ritschelius ad Plauti l. l.* in Pseudulo de sycophanta *om. G* 8 (p)seudulo *RrD* psedolo *L* pseudolo *K* sicophanta *RH* sycopantha *LK* syncophanta *B* 9 (ec)**quid *Rr* et quid *BDHGLK* arguturus *L* argutus es] *v. supra* 10 conuictus *ex* coniunctus *corr. K* 12 *Lucan. Phars.* IIII 455 *sq.* 15 uero *om. G* correpta penultima *K* correpta peneultima *G* correpta peniultima *L* *Verg. Aen.* XI 279 *sq.* 17 cum *add. h* teocris *L* 20 tempus praeteriti perfecti *L* simplex (uel cis) *L* simplicis *G* seuasse *L* seruasse. spuo *K* 21 metutum] *r et ex* metuitum *corr. B* mututum *R* 22 plautum *Rr* pluitum *Dd* uelud *B* 23 non inueni *post* adiutum *posuit R, del. et post* usu ea *add. r*

24 praeteriti *om. G* (s)truxi *Dd* stuxi *H* 25 uncxi *R* unctum *ex* unxtum *corr. L* iam] etiam *GL* 26 quor] *d* cor *D* cu*(m) *B* adsumentia *B*

supinum: 'loquor locutum', 'sequor secutum'; 'fruor' vero 'fructum' facit, sicut 'struo structum'. Cicero in Hortensio: et amoenitate summa perfructus est. Vlpianus tamen ad Sabinum futurum fruiturum dixit, non 'fructurum', quomodo 'ortum oriturum', 'erutum eruiturum', 'mortuum moriturum', quae cum in praeterito non habeant i, in futuro habent.

In 'vo', u loco consonantis posita, in l | quidem desinente paenultima, o extremam in i convertunt et faciunt praeteritum, ut 'solvo solvi', 'volvo volvi', 'calvo calvi', unde Sallustius in III historiarum infinitum passivi protulit: contra ille calvi ratus, 'calvi' pro 'decipi'. vocali vero natura longa antecedente 'vo' in 'xi' convertitur in praeterito, 'vīvo vixi'. supinum i in 'tum' convertentia faciunt, v necessario in vocalem redeunte, 'solvi solutum', 'volvi volutum'. sic debet etiam 'calvi calutum' facere, quod tamen in usu non inveni, et puto calumnias ex hoc esse derivatum. 'vixi' autem in 'xi' terminantium regulam in supino servat 'victum'.

III 14 In 'bo' desinentia verba vocali longa antecedente 'b' in 'ps' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'scrībo scripsi', 'nūbo nupsi': numquam enim b ante s in principio syllabae potest inveniri, ut 'Pseudulus', 'ipse'. alia vero o in i mutant in praeterito, ut 'bĭbo bibi'. Cicero in Verrinarum II: an iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset? Ovidius in VI metamorphoseon: ||

Vberaque ebiberant avidi lactantia nati.

'lambo' quoque 'lambi'. Lucilius in XXIII:

Iucundasque puer qui lamberat ore placentas.

30 In 'do' unum anomalum invenitur, 'edo es est'. vetustissimi tamen etiam 'ĕdo ĕdis ĕdit' dicebant correpta prima syllaba. Naevius in carbonaria:

Tibi servi multi apud mensam adstant, ille ipse adstat, quando ĕdit.

non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit scazon. Plautus in lipargo:

Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui perĕdit cibum,

corripitur enim paenultima. Lucilius in IIII:

† qui ĕdit se, hic comĕdit me.

supinum eius tam 'esum', ut supra dictum est, quam 'estum' usus exigit ut possit dici. Virgilius in VIIII:

et postibus haesit adesis.

idem in II:

Ambesas subigat malis consumere mensas.

Cicero pro Cluentio: abditum aliqua in parte panis, quam si totum conliquefactum in potione esset, celerius potius co-

2 cessa *G* 3 *Stat. Theb.* II 36 *cf.* § 23 in II Thebaidos *om. G* 5 debuit enim *BDHGLKr* 6 utimur in praeterito *B* 8 anomalum inuenitur *in lit. b* 9 etiam *om. K* Neuius *libri* *Naevii carbonariae fr. p.* 12 *Both.* 140 *Klussm.* 8 *Ribb.; trochaicum esse versum* Tibi serui multi ápud mensam astant, ille ipse astat quándo edit *vidit Ritschelius parerg.* I 98, *de ipsa carbonaria Naeviana dubitationem movens, cf. tamen ibid. p.* 106 in carbonaria *om. G* 11 astant *G* (s superscr.) astant *RLK* asstat *r* astat *G* astat *LK* (s superscr.) 13 hoc penul˜ iambo syllaba *K* 14 scaton *GLK* Plautus in lipargo] *lipargum alterum nomen parasiti pigri esse censuit Scaliger ad Varr. de l. L.* VII 62 *t.* II *p.* 213 *ed. Bip., quem secuti sunt fragmentorum Plautinorum editores (parasiti pigri s. lipargi fr.* 4 *p.* 440 *Both.), at v. Ritschelium parerg.* I 156 *sq.* liphargo *B; 'codd. Erl.* 1 *Lips.* 1 Ligurgo, *vel* Lycurgo' *Krehlius* sitellitergo *W. Freundius v. Ritschelium mus. phil.* X 445 *sqq.* 15 Nil *Scaliger* Nihil *libri* facum (v superscr.) *Rr* fructum *in* futum *mut. K* alveo] *Ritschelius l. l. p* 446 albo (u superscr., li subscr.) *G* albo *B* aluo *rell.* apidbus *K* peredit] *dk* perdit *D* per**dit *K* 17 lucius *D* Lucius *H* *Luc. sat.* IIII 25 *Dous.* 20 *Gerl.* VII. *BD* 18 edit sese *coni. Fleckeisenus* se edit *Gerlachius* hic *spscr. b* 19 esum] *k* essum *K* esus *RBDH* essus *GL* ut praedictum *D* estum] *K* esitus *B* estus (*ex* esitus *corr. in H*) *ceteri* 20 *Verg. Aen.* VIIII 537 *cf.* § 28 VIII. *GLK* 21 adessis *GK* adhęsis *D* adessit *L* 22 *Verg. Aen.* III 257 23 ambessas *GL* consumere *Verg. Hamburg. alter m. alt., ex Prisciano scil. interpolatus* absumere *Vergilius* 24 *Cic. pro Cluent. or.* 62, 173 *cf.* § 28 25 colliquefactum *RH* potitione *D* cęlerius *D* clerius *K*

mestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanaret?

In 'go' r antecedente, si non sint a 'regen||do' composita, 'go' in 'si' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'mergo mersi', 'spargo sparsi', 'tergo tersi'. dicitur tamen et 'tergeo'. alia vero in 'xi' convertunt 'go' praesentis et faciunt supra dictum tempus, ut 'rego rexi', 'cingo cinxi', 'ango anxi', 'tingo tinxi', 'pingo pinxi'. a 'regendo' composita, quamvis in praesenti syncopam e paenultimae patiantur, tamen in praeterito perfecto eam euphoniae causa servant, ut 'porgo porrexi', 'pergo perrexi', 'surgo surrexi'. nam 'porrigo' et 'corrigo' et 'arrigo' e in i convertentia aptissime servant secundum proportionem simplicis declinationem. excipiuntur 'frango fregi', 'ago egi', 'lego legi', quorum composita sequuntur simplicium declinationem: 'confringo confregi', 'perfringo perfregi', 'exigo exegi', 'subigo subegi', 'cogo coegi', 'perlego perlegi', 'relego relegi'. excipiuntur ex hoc composita: 'neglego neglexi' et 'intellego', quod antiqui 'interlego' proferebant, 'intellexi' et 'diligo dilexi'. 'pango' quoque 'pegi' et ex eo 'impingo' 'impegi' facit. Pacuvius in Medo: 31

32

tonsillam pegi laevo in litore.

Lucanus in V:

Sufficit ad fatum belli favor iste laborque
Fortunae, quod te nostris inpegit arenis.

simplex tamen 'pango' etiam 'pepigi' facit secundum Charisium et 'panxi'. sed antiqui 'pago' quoque dicebant pro 'paciscor'. Cicero in II ad Herennium: pacta sunt, quae legibus observanda sunt,

1 in venas] euenias *GL* inuenas *h* tuuenas *H* inuen*as (i) *K* partes *add. h* 2 permaneret *GLK* permanat *B* permanare *H* permanere (a) *Rr* 4 faciant (v) *Rr* 6 praesentis *om. K* 7 ago (n) *Dd* 8 penultimae e *G* patiuntur *RH* ta (m̄) *H* 9 porgo] *libri* π *Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 291 porrigo *edd. meae praeter* π *omnes* 10 Nam et porrigo et *r* 11 aptissimae *H* propor*tionem *H* 12 fregi (non frexi) *Hh* 13 secuntur *RB* sequntur *K* sequunt *L* 14 perligo (e) *Gg* perligo *K* 15 perleg*i *L* religo *L* negligo *GLd* neglo *B* 16 intelligo *DGL* intellego intellexi quod *B* intelligo intellexi quod *K* "interlego 'antiqui *G* interlego (i) *Dd* diligo] *g* deligo *GK* 17 delexi *K* impinguo *K* inpingo inpegi *B* Pacubius *LK* *Pacuv. Medi fr.* 17 *p.* 132 *Both.* I *p.* 86 *Ribb. cf. Fest. p.* 356ᵃ, 31: Pacuuius in Medio: Acces | ... eam (Accessi ad eam *Vrsinus* Accessi ad terram *Bothius* Accessi Aeam *Bergkius mus. Rhen.* III 1835 *p.* 78 Accessi Aean *Müllerus ad Fest. p.* 413) et tosillam pegi laeto in litore 18 im medio *G* in medio *L* in medio *K* medoton sylla *B* 19 tonsilla *DHGLK* paegi *K* leuo *RBDHGK* lecto *Bergkius l. l.* littore *RDHG* 20 *Lucan. Phars.* V 696 *sq.* in V *om. G* 21 fatum] factum *BDHGLr* summam *Voss. uterque cum aliis codd. Luc. et sic cod. quidam Prisc. a Cortio ad Luc. l.* favor] *dh* fabor *BDGL* fa*** *H* fobor *K* labor iste fauorque *Voss. A cum parte codd. Luc.* 22 furtunae *G* quod] quae *Voss. A et schol. Voss. B al.* quo *et* qui *vv. ll. aliorum librorum Luc.* impegit *RGLK* harenis *BDHLK cum Voss. B* habere *G* 23 pepegi *G* carisium *DK* *Charis. p.* 220 *P.* 147 *Lind.* 'pango pangis pepigi et pansi et panxi' *cf. Lind. p.* 146 *ann.* 20 24 sed — in II *in mg. add. K* *rhet. ad Herenn.* II 13, 20 in II ad Herennium *om. G* 25 legalibus (i) *Rr* sunt *om. L*

hoc mo|do: rem ubi pagunt orato, ni pagunt. 'tango' praeterea 'tetigi' facit et 'pungo' 'pupugi' vel 'punxi'. Varro in I humanarum: ut habent Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenis cum arbitrantur subpositum esse in stirpe aliquem, ei admovent, ut pungat, colubram: cum pupugerit, si de genere sit, vivere, si non sit, mori. in eodem: admota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat, ex Psyllorum esse stirpe. Naevius in glaucoma:

quod de opsonio
Stilo mihi in manum pupugit.

'expungo' vero 'expunxi' dicimus, at 'repungo repupugi' et 'repunxi', ut Capro videtur. cum ei, qui nos pupugit, talionem, id est vicem a nobis redditam ostendimus, 'repupugi' dicimus, quan||do vero de ratione
VI 33 vel calendario loquimur, 'repunxi' dicimus. a 'tango' composita non duplicant primam syllabam: 'contĭngo contĭgi', 'attĭngo attĭgi', in quibus notandum, quod paenultima praeteriti corripitur, praesentis vero producitur. ab 'ago' et 'frango' et 'lego' composita servant simplicium praeteritum, ut 'exigo exegi', 'prodigo prodegi', 'dego degi', 'abigo abegi', 'infringo infregi', 'perfringo perfregi', 'colligo collegi', 'relego relegi', quod differentiae causa non mutavit 'le' in 'li', quamvis etiam 'perago'

1 pagunt orato, ni pagunt] *Bosius, Krehlius* pagunt orationi (*r* orcetioni *R* horatio|ni *B*) pagunt *codd. Prisciani indeque, ut videtur, libri aliquot rhet. ad Herennium, cum vv. ll.* oracioni *vel* oratione *vel* orationem pangunt *etc.* paciscuntur *libri utriusque familiae praestantioris omnes; cf. Dirksenium Uebersicht d. bisher. Versuche zur Krit. u. Herstellung des Textes der Zwölf-Tafel-Fragmente p.* 168 *sqq.* 2 Varra (o) *D* *Varron. antiq. hum. lib.* I *fr. p.* 204 *Varr. ed. Bip.* humanarum (rerum) *Hh* 3 Parii] *μ cf. Strab.* XIII 1, 14 *p.* 588 *Cas. Plin. nat. hist.* VII 2, 13 *Muretum var. lect.* II 2 *Turnebum adversar.* XVI 6 pharii *RB* farii *DHGLK* ὀφιογενεῖς] *om. DK add. d* ΟΦΙΓΕΝΕΙC *r* ΟΦΙΟΤΕΝΕΙC *G* affrica *K* psilli *BGLK* Psyllos *Muretus* 4 quoru *L* ophiogenis cum] *3* (Ὀφιογενεῖς cum *Muretus* ophiogenes cum *Turnebus*) (o)phiogenistum *D* ophyogenistum *R* ophioginistum *G* ophiogenistum *BH* ophioginistum (uel origenistum) *L* aphiaginistum *K* suppositum *BDGLK* esse *om. K* 5 stirpem *B* ei admovent, ut pungat, colubram] *Muretus* si admoueant (amoueant (d) *Rr* ammoueant *DHGL* an moueant *K*) ut pungat (pungat (N) *Rr*) colubra *libri* 6 degenera (c) *Dd* uiuimus *G* *Varron. antiq. hum. lib.* 1 *fr. p.* 204 *Varr. ed. Bip.* 7 ammota *BDHGLK* aspicũ (s) *Hh* psillorum *BLK* 8 styrpe *RD* Neuius *libri* *Naev. glaucom. fr. p.* 15 *Both.* 152 *Kl.* 12 *Ribb., qui creticos cum baccheis compositos effecit:* ......quód de eo opsónio | Stiló mi in manúm pupugit.....; Quód de opsonió mihi stilo in manum pupugit.. *coni. Fleckeisenus* glauconia *GLK* 9 quod de eo *α* opsonio *Ribbeckius* obsonio *RBDH* opsinio *GLK* 10 in marũ *K* 11 expunguo *K* et expunxi *B* repungo] *h* repugno *HG* repunguo *K* repugi *GLK* 12 Capro] *ap. Osannum de Capro p.* 16 13 ostendimus] *g* ostendemus *G* repugi *GLK* 14 kalendario *GL* kallendario *K* tanguo *K* 15 continguo *K* conti*gi (n) *L* atti*gi (n) *K* 18 exigo exigo exegi *K*

a immutabilem servavit et 'dego' syncopam euphoniae causa protulit. excipiuntur mutantia simplicis significationem, quae superius posuimus: 'neglego neglexi', 'diligo dilexi', 'intellego intellexi', quamvis **Aemilius Macer in XVI annalium: omnium nostrum neglegerit auctoritatem**, pro 'neglexerit' ait. supina in 'si' quidem facientia praeteritum per 'sum' proferunt secundum supra dictam regulam, ut 'mergo mersi mersum', 'spargo sparsi sparsum', 'tergo' vel 'tergeo tersi tersum'. alia vero omnia 'go' in 'ctum' convertunt, ut 'rego rectum', 'iungo | iunctum', 'tingo tinctum', 'lego lectum', 'pungo punctum', 'ago actum'. abiciunt tamen n euphoniae causa haec, quae paenultimam a habent vel i, ut 'frango fractum', 'pango pactum', 'tango tactum', 'fingo fictum', 'pingo pictum', 'stringo strictum', 'ringo rictum'. excipitur 'cingo cinctum', 'tingo tinctum' et 'stingo stinctum' et ex eis composita: 'succingo succinctum', 'extingo extinctum'. 'ango' quoque differentiae causa servavit n in supino 'anctum', nam ab 'ago' 'actum' fit. quidam tamen etiam 'anxus' eius participium protulerunt. et omnia in com- 34
positione integras servant simplicis literas, quamvis in aliis modis mutentur, ut 'rego rectum', 'pergo' et 'porgo perrectum' et 'porrectum', 'ago actum', 'cogo coactum', 'abigo abactum', 'tango tactum', 'contingo contactum', 'frango fractum', 'defringo defractum'; 'pango pactum', 'impingo impactum'. et possumus hoc existimare differentiae causa in plerisque fieri, ne, si 'perrictum' et 'abictum' et 'defrictum' et 'impi||ctum' diceremus, alias significationes monstrare putarentur. **Lucanus in V:**

Inpactae cessere fores.

1 inmutabilem *B* seruant *K* dego per *Hd* *post* syncopam: a *add. BDHLKr* pertulit *K* 2 posuimus] docuimus *G* negligo *DGL* 3 deligo delexi *L* intelligo intellexi deligo delexi *K* intelligo *DGL* emilius *DGL* emelius *K* Aemilius Macer in XVI ann.] *ad Aemilium Macrum omisso libri titulo eadem refert Diomedes p.* 366 *P.; at C. Licinium Macrum laudandum fuisse intellexerunt et Weichertus poet. Lat. rell. p.* 92 *et Krausius fragm. hist. R. p.* 239, *qui Licinii nomen ipsis grammaticorum verbis illaturi sunt, cf. Lachmanni ad Lucr.* VI 17 *annot., Rothium l. l. fr.* 23 *p.* 367 4 nostrorum *B* auctoritem [ta] *Hh* autoritatem *D* 5 si] xi *D* fatientia *H* 7 tergo .si .sum uel tergeo .si .sum *G* 8 go] **go(in) *L* 9 tingo *om. G* tingo — rictum *om.' D in mg. add. d* 10 eophoniae [v] *Gg* caussa *Rr* 11 tango tactum pango pactum *G* tactum fri*go (n) frictum fingo fictum *B* "pingo pictum 'fingo fictum *G* 12 Excipiuntur *BDk* 13 cingo cingo cinctum *K* cintum [c] *D* *post* cinctum *sqq.* — succinctum *add. r* tinguo *r* et stingo stinctum *om. GLK* coposita *H* 14 sunccingo succintum *D* sucingo sucinctum *GL* Ago [N] *D* 15 serua*it *k* seruant *ni f. K* 16 omnia [supina] *Hh* 17 alii modis *DH* alii [modis] *K* 18 "porgo 'pergo *G* 'pergo et porgo" *in litura D* et pargo [o] *K* p*rrectum [e] (o) *L* et perrectum [or] *Hh* 19 cogo *om. G* abictum [a] *Dd* 20 inpingo inpactum *B* 21 possimus [v] *Dd* exhistimare *B* implerisque *K* 22 perictum *H* inpictum *B* 23 diceremus] *h* d**eremus *H* di*eremus [c] *L* putentur *K* putentur *GL* *Luc. Phars.* V 209 24 Inpactae] *sic etiam Luc. palimps. Vindob.* (*v. ann. lit. Vind.*

in 'gor' deponentia mutant eam in 'ctum' et faciunt supinum, ut 'fungor functum'.

In 'ho' desinentia mutant 'ho' in 'xi' et faciunt praeteritum, ut 'veho vexi', 'traho traxi', et secundum supra dictam regulam in 'xi' terminantium praeteritum perfectum [per 'ctum'] proferunt supinum, ut 'vectum', 'tractum'.

In 'lo' finientia praesens per 'lui' exeunt in praeterito, ut 'alo alui', 'colo colui', 'molo molui', 'consulo consului', 'occulo occului'. Statius in V Thebaidos:

raptum quae sola parentem
Occului.

excipiuntur duplicantia l, quae si a muta incipiant, geminant principalem syllabam, etsi non servent ubique eandem vocalem, ut 'pello pepuli', 'fallo fefelli', 'tollo tetuli', pro quo nunc in usu frequenti est | 'sustuli'. a 'tulo' quoque, quod veteribus in usu fuit, 'tetuli' dicebatur. in compositione tamen non geminant principalem syllabam, ut 'refello refelli', 'compello compuli'. alia quoque eiusdem terminationis o in i convertunt, ut 'vello velli', sed et 'vulsi' dicitur, 'percello' quoque 'perculi' et 'excello' vel 'excelleo exculi' vel, ut alii, 'excellui', quorum simplex in usu non est. 'psallo' etiam 'psalli' facit praeteritum. Cicero de suppliciis: revellistis atque in profundum abiecistis. Virgilius in bucolico:

Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit.

Lucanus in IIII:

Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.

idem in VI:

percussaque viscera nimbis
Vulsit.

Anz. Bl. XXVI 24) impactae *RL cum Voss. A* inpulsae *spscr. schol. in Voss. B et sic vel* impulsae *al. codd. Luc.* impertae *G* cęssere *D*. 1 mutant eam [gor] *Hh*. fuuegor *B* 3 "motant "disinentia *K* 4 traxi. secundum *GLK* praedictam *G* 5 per ctum] *rd* per inctum *R om. DGL in mg. add. K* ut *om. D* 7 lo dissinentia *K* praesens tempus per *B* 8 colui] cului *B* ocului [c] *Hh* *Stat. Theb.* V 35 *sq.* 9 thębaidos *D* tebaidos *GLK* 10 rapsum *G* raptum quae] *r* raptumque *RBDH* parente *D* parentum *LK* 11 ocului [c] *D* 12 quae [uerba] *Hh* si *om. G* geminant *Rr* pricipalem [n] *H* 13 servent] *r* seruant *RG* 14 quo *add. rb* usi *R* 15 quoque] uero *G* uerbib. ueteribus *H* 16 ut *om. LK* 18 sed conuulsi *B* percelo [l] *Rr* 20 Cicero de suppliciis] *immo* de signis: *in Verr. act.* II IIII 11, 26 21 suppliciis] *h* simpliciis *H* atque] neque *Cicero Verg. ecl.* 6, 3 *sq.* (*deficit Med.*) 23 reges] siluas *BDHGK* sil+uas (!) *L* praelia *G* Cynthius] *k* cinthius *RBGL* qui inthius *K* 24 et *m. alt. add. Pal.* amonuit *D* ammonuit *HGL* ammouit *K* monuit *Rom.* 25 *Luc. Phars.* IIII 414 in IIII *om. G* 26 cepite [s] *H* 27 *Luc. Phars.* VI 545 *sq.* 28 percusaque *G* nimbis] membris *G cum nonnullis Luc. codd.*

idem in eodem:

Illa genae florem primaevo corpore vulsit.

idem in VIIII:

Avulsitque manu telumque affixit arenae.

Lucretius ab 'excello excellis' infinitum protulit 'excellĕre' paenultima correpta: 36

Omnibus ornatum voluisti excellĕre rebus;

Cicero vero in I epistularum ad filium: quare effice et elabora, ut excelleas, quod est ab 'excelleo excelles', cuius praeteritum debet 'excellui' esse, ut 'calleo callui', secundum proportionem secundae coniugationis. idem tamen Cicero in Verrinis praecellunt protulit secundum tertiam coniugationem et in I pro || Cornelio: qui eloquentia ceteris antecellit. ex quo debet 'exculi' quoque esse praeteritum perfectum, sicuti 'percello perculi'. Virgilius in V:

Perculit et fulva moribundum extendit harena.

Bassus in II lyricorum:

Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Supina in 'tum' quidem exeunt, quae nascuntur ab unam l habentibus, ut 'occulo occultum', 'colo cultum', 'consulo consultum'; quae vero duplicant, per 'sum', ut 'fallo falsum', 'pello pulsum', 'vello vulsum', 'excello excelsum', 'percello perculsum'. a 'psallo' supinum non legi, ab 'alo' vero tam 'altus' quam 'alitus' dicitur. Cicero pro Plancio: ubi altus est. similiter Sallustius in Iugurthino: et | omnem aetatem Arpini altus; in quibusdam autem codicibus etiam 'alitus'

1 idem *om. B* *Luc. Phars.* VI 562 2 e (ex, a) corpore *aliquot codd. Luc. cum Voss. b* 3 *Luc. Phars.* VIIII 765 4 manum *R* telumque] telum quae *B* piloque *Lucanus* teloque *Luc. Zwicc.* affixi(t) *Rr* afixit *K* arenae] *sic etiam Luc. Voss. A al.* harenae *Bd* haraenae *G* haraene *K* harenis (*Voss. B*) *vel* arenis *libri Luc. plerique* 5 *Lucr.* I 27 *cf. lib.* VIII § 96 excellere *in mg. K* 7 uoluistis *Rr* 8 *Cic. epp. ad filium lib.* I *fr. v. lib.* VIII § 96 I *om. R* aepistolarum *K* effice** (re) *D* 9 praeteritum tempus debet *B* 10 esse ΠΑΝΟΥΡΓΟ ut calleo *B* calui *G* 11 praecellunt *in Ciceronis Verrinis non inveni ac quantum equidem scio huius verbi sola forma* praecellens *utitur Cicero* uerrenis *G* procellunt *K* percellunt *ni f. H* percellit *h* 12 *Cic. pro Cornelio or.* I *fr.* 38 *p.* 451 *Or.* cornilio *K* eloquenti* *H* 13 antecellit] *in litura k* antec***** *K* 14 *Verg. Aen.* V 374 II. *r* 15 pertulit *Med.* percutit *Rom.* moribunda *Rr* mori*undũ *L* moribundus *K* arena *D* 16 *Caesius Bassus lyricorum* II *cf. Weichertum de L. Vario etc. p.* 145 *Lerschium philolog.* I 622 *coll. O. Iahnio ad Pers. sat.* 6, 1 *p.* 211 *sqq. prolegg. p.* XXVIII *sq. Bernhardio in hist. lit. Rom. p.* 465 *ed. alt.* U. *G* liricorum *D* 17 caliope *GK* sapienti princeps *GLK* psalleret *G* 18 exeunt quidem *H* una *B* 19 occul*o (t) *K* 20 duplicant l *B* duplicant *HhK* p*lsum (e?) *in* pulsum *corr. B* uolo *Rr* 21 excelo *R* excelsum *Dd* excellsum *RK* 22 non legi *Rr* 22 ab alto *Rr* *Cic. pro Planc. or.* 33, 81 ubi altus aut doctus est *cf. ibi ann. Garatonii* plantio *RHGLK* plangio *B* 23 *Sall. Iug.* 63, 3 iugurtino *H* et per omnem *aliquot libri Sall.* 24 aetatem] pueritiam *libri Sall.* alitus *etiam nonnulli nostrorum codd. Sall.* quodicibus *D*

invenitur. a 'tollo' quoque deficit supinum, sed pro eo utimur 'sublatum'. 'volo' quoque anomalum 'volui' facit praeteritum, ex quo nomen participiale nascitur 'vultus', quomodo ex 'colo cultus' et ex 'occulo occultus'.

VII 37 In 'mo' desinentia, si vocalis longa antecedat, o in 'psi' conversa proferunt praeteritum, ut 'promo prompsi', 'demo dempsi', 'como compsi'. haec autem 'si' in 'tum' convertentia faciunt supina, ut 'sumo sumpsi sumptum', 'promo prompsi promptum', 'demo dempsi demptum', 'como compsi comptum'; alia vero in 'mo' desinentia per 'ui' divisas exeunt in praeterito, ut 'vomo vomui', 'gemo gemui', 'fremo fremui', 'tremo tremui'. excipiuntur 'emo emi' et 'premo pressi'. et in 'ui' quidem terminantium supina fiunt 'ui' in 'itum' conversis correpta paenultima, quomodo in omnibus, quae ex huiusmodi praeteritis nascentia i habent ante 'tum', ut 'vomui vomĭtum', 'gemui gemĭtum', 'fremui fremĭtum', 'tremui tremĭtum'. 'emi' vero 'emptum' facit, quod ideo assumpsit p, quia non potest m ante 'tum' sine p inveniri euphoniae causa, ut 'sumptus', 'promptus', 'comptus'. 'pressi' vero secundum in 'si' terminantium regulam i in 'um' convertens facit supinum, ut 'pressi pressum'.

In 'no' o vel g antecedentibus per 'ui' || divisas faciunt praeteritum, ut 'pono posui' et ab eo composita, 'suppono supposui', 'compono composui'. antiqui tamen et 'posivi' protulisse inveniuntur. Plautus in vidularia:

Nunc apud sequestrum vidulum posivimus.

Apuleius in I Hermagorae: et cibatum, quem iucundum esse
38 nobis animadverterant, eum adposiverunt. 'gigno genui', pro quo 'geno' vetustissimi protulisse inveniuntur - Varro in andabata: sed quod haec loca aliquid genunt -, cuius infinitum passivum Lucretius in III protulit, 'geni':

1 in*****uenitur *H* defecit *GLK* 2 uoloque anomalum *R* uoluit *D* 3 partic[i]pale *Dd* 6 ut sumo sumpsi promo *DH* promsi *RD* prom[p]si *H* 7 in ptum *B* 8 promsi *D* prosi *G* proptum *R* promtum *D* 11 praemo *R* [ui] diuisas quidem *D* 12 supin[a]e faciunt *Rr* in tum *DH* 13 praeterit[i]as *Hh* 14 tum] tu *LK* ut uomo uomui *B* ge[m]nui *G* 15 adsumpsit *B* 17 promptus] *rd* promtus *R* prumptus *D* pre[s]si *Rr* Pressi *B* 18 pressi pressum *B* 20 et habeo *Rr* coupono coposui *H* 21 posivi] *r* potui *R* *Plaut. vidul. fr.* 8 *p.* 442 *Both.* 23 capud *R* ui[t]dulum *D* uitulum *h* pos[i]uimus *RrH* 24 *Apuleius in* I *Hermag.: Apul. fr.* 7 *t.* II *p.* 637 *Hild.* iucundum] *k* iocundum *BGLK* 25 animaduerter[a]ent *G* animaduert[e]u[r]ant *Dd* adposiuere *B* apposiuerunt *rell.* 26 quo *add. r* uetustissim[i]e *Rr* Varro in andabata] *cf. lib.* VI § 17. *Varr. sat.* VII *fr.* 6 *p.* 95 *Oehl. cf. Krahnerum de Varr. ex Marciani satura supplendo p.* 20 28 Luc[retius]anus *Rr* *Lucret.* III 796 *sq.* III *Krehlius* IIII. *libri*

tanto magis infitiandum est,
Totum | posse extra corpus durare genique.

a canendo quoque composita similiter praeteritum in 'ui' divisas finiunt: 'succino succinui', 'occino occinui'. quidam autem et 'occano occanui' protulerunt, ut Sallustius in I historiarum: iussu Metelli cornicines occanuere. sed Probus 'occini' quoque existimat posse dici, cum simplex 'cano cecini' faciat, quomodo a 'cado cecidi: incido incidi' et a 'tango tetigi: contingo contigi'. m antecedente 'no' in 'psi' conversa facit praeteritum perfectum, ut 'temno tempsi'. alia omnia per 'vi' coniunctas proferunt praeteritum: 'sino sivi', 'sterno stravi', 'cerno crevi'. non solum enim τὸ 'κοσκινίζων κρίνω' sic facit praeteritum, sed etiam cum pro 'video' accipitur. Titinius in gemina:

simul ut pueras
Has nocte suspirare crevi,

pro 'vidi'. Plautus in cistellaria:

†Cum ego te amavi, mea Antiphila, et mihi amicam
esse crevi,

similiter pro 'vidi'. 'sperno' quoque 'sprevi' facit et 'lino livi' vel magis differentiae causa ad nomen Livi 'levi', quod a 'leo' quoque simplici nascitur, quod in usu non est, ex quo 'deleo delevi'. unde et 'letum' dicitur, quod delet vitam. Iuvenalis in III:

Nam quis plura linit victuro dolia musto?

Terentius in heautontimorumeno:

Relevi dolia omnia, omnes serias.

vetustissimi tamen etiam 'lini' in praeterito protulisse inveniuntur, ut 39

1 inficiendum (^infitiandum) *R* inficiandum *B* *Lucr. quadratus* V 140 inficiendum *GL et ex* infitiendum *corr. K* .i. corrumpendum *add. k* est *om. libri Lucretiani et h. l. et simili* V 140 3 deuisas *L* 4 finiunt] faciunt *GL* hoccano hoccanui *Rr* 5 *Sall. hist.* I 69 *p.* 99 *Kr.* iusu *LK* iussum *B* 6 *Probus ni f. Berytius. iuniorem intellegit Osannus Beiträge* II *p.* 211 *cf. ann. ad lib.* V § 45 posse existimat *D* 7 facit (a) *H* 8 et attango *K* 9 in (p) si *D* tem*no (p) *R* tempno *BD* Alia uero omnia *H* 10 sino sini *L* 11 cereui *K* TOKOCKINEIZωN EKPINω (p p) *Rr* TOKOCKINEI.ZEN KPINω (*sic*) *add. d* KOCKINEIZON *BHGL* KOCKINEITON *K* KPINO *B* 12 tinnius (ti) *G* *Titinii geminae fr.* 16 *p.* 64 *Both. p.* 116 *Neuk. fr.* X *p.* 121 *Ribb.* 13 simul ut pueras hás ego | Nócte suspiráre crevi *G. Hermannus opusc.* V *p.* 271 Simul ut pueras hásce nocte suspiráre crevi.. '*possis etiam* simul ut pueras Hac nócte s. c.' *Ribbeckius* 14 Has] *sic etiam Barb. m. alt.* hac *Barb. m. pr. et nonnulli codd. Krehliani* nocte has *ad baccheos efficiendos Neukirchius* noctes *B* 15 *Plaut. cistell.* I 1, 1 *sq.* cis*tellaria (a) *L* 16 Cum ego antehac (*ex* antidhac *corr. Vet.*) te amavi et mi (mihi *Vet.*) amicam esse crevi, | Mea Gymnasium *Plautus* amau (i) *K* ant*i*phila (h-p) *R* 20 letum] lętum (v) *D* loetum *H* deletur *in* deletū *corr. B* 21 *Iuv. sat.* III 9, 58 22 uictoro *H* delia (o) *Rr* 23 *Ter. heautontim.* III 1, 51 heatontimorumenon *G* heautentimorumeno (i) *D* heautontimorumenon *H* heatuntimorumenon *L* eatontimor̄ *K* 24 releui *G* omnia dolia *B* omnia *om. H* series (a) *DdH* seras *h* 25 protulise *K*

Varro rerum rusticarum: cum oblinerunt vasa. supina in 'ui' quidem divisas terminantium praeteritum subtracta u et addita 'tum' proferuntur, correpta tamen paenultima, ut 'posui posĭtum', 'genui genĭtum'. a 'cano' tamen composita primitivi || servant in supino terminationem; 'cantum' enim et 'succentum' dicimus, quamvis in ipso verbo a in i convertunt ex eo composita, sed in supino iterum i in e transferunt: 'succino succentum', 'occino occentum'; 'tempsi' vero 'temptum' facit, sicut omnia in 'psi' per praeteritum exeuntia. in 'vi' vero syllabam desinentia mutant eam in 'tum' secundum praedictam regulam, ut 'sivi si|tum', 'stravi stratum', 'crevi cretum', 'sprevi spretum'. ergo 'livi' quoque vel 'lini litum', unde Virgilius in IIII georgicorum:

et parĭbus lita corpora guttis.

Sallustius in Iugurthino: simul gladium sanguine oblitum ostentans. et sciendum, quod tam 'lĭtum' quam 'sĭtum' et 'ĭtum, quĭtum, cĭtum, sătum' corripiunt paenultimas, quod in aliis supinis, quae a praeteritis in 'vi' terminantibus nascuntur, non invenitur, ut 'amavi amātum', 'movi mōtum', 'nevi nētum', 'favi fautum', 'cupivi cupītum', 'munivi munītum'. (Caper: ut 'sino sĭtus', sic 'nequeo nequĭtus' corripit paenultimam, quod usus ubique approbat. Cicero pro Cornelio: coeptum igitur per eos, qui agi volebant, desitum est per hunc, qui decessit. ecce hic manifestissime ostendit orator, a 'desinor' esse 'desitum'; sic ergo et a 'sinor' 'situs'.) quod autem paenultimae supra dictorum supinorum corripiuntur, poetarum exempla docebunt. Virgilius a 'praetereor' in VIII:

O mihi praeterĭtos referat si Iuppiter annos.

idem in X ab 'obeor':

Morte obĭta qualis fama est volitare figuras.

Ovidius in fastis:

1 *in Varr. rer. rust. libris hodie haec non reperiuntur, immo* se obleuerunt uisco *legitur* III 7, 7. *verba hic l. f. ad ephemeridem rusticam s. agrestem pertinent* oblinerint *LK* uassa *K* 3 tamen correpta *R* tamen *add. d* gemui gemitum *G* 4 in sopino seruant *G* terminationem] *l* termin******* *L* 5 sucentum *Rr* succentum *ex* succintum *corr. K* conuertant *DH* 6 sed] *r* sic *R* 7 occinno *K* teptum *D* 8 per *om. BK add. b* uero *om. K* 9 regulam *om. G* 10 spraeui spraetum *BH* 11 *Verg. georg.* IIII 99 georgic̄ *DH* geor̄ *G* 12 guttis] *d* gutis *D* 13 *Sall. Iug.* 101, 6 in Iugurthino] *om. G* iugurtino *Rr* gladium] *r* gaudium *R* sanguine *om. G* 14 ostentans *add. r* ostentas *Dd* ostendere *Sallustius* et sciendum *om.*, Et sciendum tamen *in mg. add. K* 15 satum citum *D* corripiun *Rr* 16 terminantibus] desinentibus *L* disinentibus *GK* 18 Caper] *ap. Osannum l. l. p.* 16 corripuit *R* 19 quod] *r* quem *ni f. R* adprobat *B* *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 35 *p.* 451 *Or. cf.* § 55 cornilio *GK* 20 agi *ex* § 55 *addidi. om. h. l. libri* uolebat *D* 21 manifestissimo *LK* manifestimo *G* orator] *h* arator *H* adhesinor *Rr* 22 penultimae (*sic*) *add. d* 23 supinorum *spscr. l* *Verg. Aen.* VIII 560 24 VIIII. *H* 25 refert *Pal.* iupiter *L* 26 *Verg. Aen.* X 641 *cf. lib.* VIII § 31 27 quales *HLK* uolita[re] *Hh* 28 *Ovid. fast.* IIII 583 *sq.*

Sol adĭtus, quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

Terentius in hecyra:

Nam cum compressa est nata, forma in tenebris nosci non quĭta est;

est enim quaternarius iambicus. Lucanus in VIII:

Hic situs est Magnus. placet hoc, fortuna, sepulchrum.

idem in eodem:

Illita tela dolis nec Martem comminus usquam.

Virgilius in IIII georgicon, ut praedictum est:

et paribus lita corpora guttis.

a 'cio' composita tam corripientia quam producentia paenultimam inveniuntur. 41

In 'po' desinens. m antecedente unum invenio 'rumpo', quod subtracta m et o in i conversa facit praeteritum paenultima || producta tam in simplici quam in compositis ab eo: 'rumpo rūpi', 'abrumpo abrūpi', 'corrumpo corrūpi'. e vero brevem paenultimam habentia mutant o in 'ui' divisas in praeterito, ut 'strĕpo strepui', 'obstrĕpo obstrepui'; r vero vel l vel e pro|ductam ante 'po' habentia o in 'si' convertentia faciunt praeteritum, ut 'scalpo scalpsi', 'sculpo sculpsi', 'carpo carpsi', 'rēpo repsi', 'serpo serpsi', 'sarpo sarpsi'. Lucanus in III:

Sed per iter longum causa repsere latenti.

supina in 'pi' quidem terminatorum fiunt mutata i in 'tum', ut 'rupi rup-

1 aditum *GLK* quā (ē) *Rr* queris *R* 3 *Ter. hecyr.* IIII 1, 57 in hecyra *om. G* haecira *R* haecyra *Dr* echyra *B* (e)chyra *H* echira *LK* 4 cum compressa] c̄ comp̄sa (s) *G* cu. p̄ssa (cō) *Dd* cumpressa (o) *Rr* cum compressa *ex* cum compre*sa(n?) *corr. Bas.* nata nata *K* 6 iambus (icu) *Rr* *Lucan. Phars.* VIII 793 7 sepulchrum] *r et sic Luc. Voss. A* sepulcrum *RGLK cum Voss. B* 9 *Lucan. Phars.* VIII 382 10 Illita *ex* Illata *corr. B* comminus usquam] *sic libri fere omnes* § 56 *et h. l. GLK cum Voss. B et al. codd. Luc.* comminus uni *BDH* comminu|sum *R* comminus unum *r Heidelb.* comminus umquam *d Darmstad.*[b] *et* § 56 *Heidelb.* (comminus unquam *ut vid. alii codd. Krehliani*) *cum parte librorum Luc.* (unquam *Voss. A*); *et sic f. h. l. cod. Theodori* 11 *Verg. georg.* IIII 99 georgicorum (*an* geor̄ *vel* georḡ?) *RK* pracditum (c) *Rr* 12 corpor (a) *Kk* guttus *H* 13 ci*o *H* cieo *Kr* uel a cito *in mg. k* cito *B* tam corripientia *in mg. add. L* 15 unum inuenio m antecedente *K* subtratā *R* 16 penumtima (l) *Rr* ** producta *L* 17 rumpi *G* abrupi *ex* abrumpi *corr. K* aprupi (b) *Dd* 19 l uero uel r *GLK* 20 *si(p) *D* 21 sulpsi *H* carpo carpsi *h. l. om. K* scarpsi *D* sarpo sarpsi serpo serpsi repo repsi *GL* repo repsi serpo serpsi carpo carpsi sarpsi *K* 22 sarpo sarpsi] scarpo scarpsi (eligo) *Rr* scarpo scarpsi *Dd* scarpo scarpsi *H* ΑΜΠΕΛΟΥϹΚΛΑΔΕΥѠ scarpo scarpsi *B* *Lucan. Phars.* III 458 III. *ex* IIII. *corr. H* IIII. *B* 23 Sed (Et) pariter *v. l. aliquot libr. Luc.* seper (d) *Rr* longo (v̄) *Dd* longum causam *in lit. B* causam *RDGL* 24 in ptum *B* ut rupti *D*

tum'; in 'ui' vero separatas subtracta u et addita 'tum': 'strepui strepitum'; in 'psi' autem exeuntia secundum supra dictam regulam mutata 'si' in 'tum', ut 'scalpsi scalptum', 'sculpsi sculptum', 'repsi reptum', 'carpsi carptum'.

In 'ro' finita per 'vi' syllabam terminant praeteritum, ut 'tero trivi', 'quaero quaesivi', 'sero seris sevi', nam 'sero seras', a sera obdita natum,
42 'seravi' facit. a 'sero seris' tamen composita, quando mutant simplicis significationem, per 'ui' separatas proferunt praeteritum o in 'ui' conversa. 'desero' pro 'relinquo' 'deserui', 'insero' pro 'immitto' 'inserui'. si enim de arbore dicam, 'insero insevi' facit et participium 'insitus', non 'insertus'. Virgilius in bucolico:

> Insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites.

idem in II georgicon:

> mutatamque insita mala
> Ferre pirum.

vetustissimi tamen etiam in simplici 'serui' protulisse inveniuntur, pro 'ordinavi' et pro 'sevi'. Ennius in praeceptis:

> Vbi videt avenam lolium crescere inter triticum,
> Selegit, secernit, aufert; sedulo ubi operam addidit,
> †Quam tanto studio seruit.

duo inveniuntur supra dictae terminationis verba, quae duplicant s ante i in praeterito: 'gero gessi' et 'uro ussi'; 'verro' enim secundum Servium 'versi' facit, secundum Charisium autem 'verri', quod et usus comprobat. Licinius Macer pro Tuscis: quis oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt. Publius in Murmidone:

1 uero *om.* *G* separatas *ex* seperatas *corr.* *B* seperatas *G* 3 psi in ptum *B* sculpsi sculptum *add.* *r* 4 carpsi *add.* *r* 5 praeteritum *add.* *k* treui (i *superscr.*) *Dd* 6 quaessiui *G* sęui *B* a sera — sero. is (*sic*) *in mg. add.* *K* abdita (o *superscr.*) *Rr* 7 sero seris seui *BH* simplices (i *superscr.*) *Dd* 9 "deserui 'pro relinquo *G* inmitto *B* 10 non] uñ (*i. e.* unde) *G* 11 *Verg. ecl.* 1, 74 12 moeliboee *H* melyboee *G et*, *ex* melybocae *mut.*, *K* pyros *G* 13 *Verg. georg.* II 33 *sq.* georgicorum *L?* 15 fere *B* 17 et seui *K* sęui *B* Ennius in praeceptis] *Enn. fragm. p.* 191 *sq. Hessel.* *προτρεπτικοῦ sive praeceptorum fr.* II *p.* 165 (*cf. p.* XCI) *Vahl.; alter enim eiusdem libri titulus viris doctis merito videtur* protrepticus *a Charisio p.* 40 *P.* 29 *L. laudatus cf. Lindemannum inedit. Lat. part.* I *p.* 4 *Vahlenium l. l. p.* XCI 18 Is ubi *Th. Hugius ap. Vahlenium* videt] uidelicet *H* 19 Selegit] *D* seligit *D ex corr. rell.* aut fert *R* is operam addit sedulo | Quae tanto cum studio seruit *Hugius et Vahlenius* Vbi — seruit] Vel bis operam addi uelit, quom tanto studio seruerit *Lindemannus l. l.* 20 serüit *H* 21 uerba supradictae terminationis *K* ss *L* i] e *RB* 22 ussi CAPω *B* verro] *r* Varro *R* (*B?*) *Serv. ad Verg. Aen.* I 59 23 versi] uer *R* charissium *RLK* carisium *DH* *Charis. p.* 218 *P.* 147 *Lind.* 24 Licinnius *RBHGLK* Lucinius *D* *C. Licinii Macri pro Tuscis or. fr. v. Meyerum l. l. p.* 387 quis *scripsi* quos *libri* quibus *Meyerus* restituero (e *superscr.*) *Rr* 25 hisque *DL* relliquias *G* puplius *GK* Publius in Murmidone] *P. Publili Lochi Syri Murmurconis fr. p.* 258 *Ribb.* in Murmidone *om.* *G* Murmidone] *scripsi, ut aliquid saltem proferrem, coll. Strattidis* (*et Philemonis*) *Myrmidonibus, quos*

Cellas servorum converri.

'curro etiam repetita | priori syllaba 'cucurri' facit praeteritum, quod in VIII 43
compositione inveni||tur apud quosdam auctorum geminationem primae syllabae servans, apud alios autem minime, ut Virgilius in IIII Aeneidos:

Decurrere iugis, alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos.

Livius in XXII ab urbe condita: qua cuique proximum fuit, decucurrerunt. idem in XXV: et si ferocius procucurrissent. Cato contra G. Pisonem: video hac tempestate concurrisse omnes adversarios. Terentius in hecyra:

Vna illarum interea propere praecucurrit.

Caesar ad Virgilium: excucurristi a Neapoli. Plautus in Sticho:

Praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.

Supina eorum, quae in 'vi' syllabam terminant praeteritum, mutatione 'vi' in 'tum' proferuntur secundum supra dictam regulam: 'trivi tritum', 'quaesivi quaesitum'. 'sevi' vero secundum analogiam 'setum' de-

huc referri posse docent Laberii cacomnemon, colax, ephebus, hetaera, necyomantia, scylax cf. etiam gloss. Vat. VI 534 *class. auct. ed. Mai:* myrmidones dolosi, *quam Ribbeckius in ann. ad h. l. attulit.* murmurithone *R* muromonthones *B* mauromonthones *b* muro. muinthone *D* Muromunthone *H* moro munthone *L Darmst.*[b] muromuntone *K* murmuuthone *Zwicc.* 1 *Krehlii Darmst.*[a] Mimo Mutone *teste Fleckeiseno suo exemplo Putschiano ascripsit Niebuhrius.* Moro mentone, Murrhinone, Μορμομόθωνι *temptavit Ritschelius parerg.* I *p.* 197 *cf. Bothium l. l. p.* 222 *sq.* 275, Murmurcone *coll. thes. nov. Lat. ap. Maium l. l.* VIII 362 (*ubi* Mumurcones *edidit Maius*, murmurones *coni. Hildebrandus gloss. Lat. bibl. Paris. p.* 214) *Ribbeckius, qui olim cogitaverat de* Muto Mutuno *vel* Muro Mutuni *vel* Murco mutone muro: Mutone cellas *α*

2 reppetita *GL* priore *BDHGL* cucu[r]rit *H* 4 servans] *b* seruant *B* *Verg. Aen.* IIII 153 *sq.* 6 Decucurrere *Rr* Decurre *K Ver.* patent[i]es *Dd* patentis *Rom.* (*Ver.?*) 8 leuius *G* *Liv. ab u. c. lib.* XXII 4, 6 in *om. H* in — condita *om. G* ab urbe condita *add. d* qua cuique] quacunque *K* quaque *Put. et Colb. Liv.* 9 decucurr[er]unt *Rr* decurcurrerunt *K* decurrerunt *B* *Liv. ab u. c. lib.* XXV 11, 3, *ad quem locum haec recte rettulit Sigonius in annot. ad Liv. l. l.* XX. *libri* fe[r]ocius *L* ferotius *D* pro[cu]currissent *Rr* [pro]decucurissent *L* 10 *Catonis contra C. Pisonem or. fr.: v. Meyerum l. l. p.* 143 gaium *B* pissonem *LK* "uideo "hac *Ll* ho[a]c *Dd* concurrisse] *d* concucurrisse *DH* 11 *Ter. hecyr.* III 3, 11 in hecyra *om. G* echyra *B* echira *LK* 12 Vna earum '*codex vetus*' *Prisciani teste Bentleio ad Ter. l. l.* illarum forte interea *Bas.* procu[cu]currit *HK* praecurrit *L* cucurrit *B* praecurrit *Bemb.* 13 *Caesaris Aug. ad Vergilium ep. fr.: v. Fabricium Imp. Caes. Aug. p.* 158 *sq. Weichertum Imp. Caes. Aug. scriptor. rell.* I *epp. fr.* 27 *p.* 159 excucuristi *H* anea_poli *K* ad neapolim *B* neap[o]uli *Rr* nep[o]oli *G* *Plaut. Stich.* II 2, 67 (*v.* 395) in Sticho *om. G* 14 sthico *R* stico *D* 15 procucurri *K* nun[t]ciarem *Dd* exoptabilem *etiam Plauti Ambrosianus* exo[p]btabilem *D* exoptabile* (m) *H* obtabilem *vel* optabilem *libri Plautini ceteri* 16 syllaba *R* 18 q̃ssiui q̃ssitum *G* Saeui *BH*

buit facere, sed differentiae causa veteres 'Setum' pro 'Zethum' dicentes hoc 'satum' proferre tradiderunt. et sciendum, quod in nullo alio supino sive participio seu nomine participiali a paenultima corripitur, nisi in supra

44 dicto et aliis tribus, id est 'sătus, rătus, dătus, stătus'. 'reor' quoque 'ratus' facit participium, ut puto differentiae causa, quia 'ritus' aliud significat et 'retus' pro 'retitus' dicebant, quomodo 'saucius' pro 'sauciatus' et 'lassus' pro 'lassatus' et 'lacerus' pro 'laceratus' et 'potus' pro 'potatus'; difficile enim invenis e verbi in a converti per participium sive supinum nisi in supra dictis. in compositione vero a supra dictorum supinorum sive participiorum in i convertitur correptam: 'satus, insĭtus, obsĭtus'. Virgilius in II georgicon:

mutatamque insĭta mala
Ferre pirum.

Cicero in frumentaria: ut cum obsĭtum Leontinum agrum vidis|ses. 'deserui' vero 'desertum' et 'inserui insertum' et 'exerui exertum' faciunt supina; quae vero duplicant s ante i, mutant 'si' in 'tum' in supino: 'gessi gestum', 'ussi ustum'. duplicantia vero r ante o in praesenti 'ro' in 'sum' convertentia faciunt supinum, ut 'curro cursum', 'verro versum'.

45 In 'so' desinentia o in i convertentia assumunt 'vi' et faciunt praeteritum perfectum: 'lacesso lacessivi', 'arcesso arcessivi' - Sallustius in|| I historiarum: Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivit. idem in II historiarum: argentum mutuum arcessivit. Cicero pro Roscio: arcessivit aliquem. quem aut quando? ('lacesso lacessivi': sic Probus, et videtur mihi melius dicere, participium enim passivum

1 differtiae (en) *Ll* ueteres *om. K* Setum pro Zethum] *DHGL*, *et*, setum pro *in mg. add.*, *K* setum pro zetum *RB* 2 alio *infra lin. add. K* 3 sive] *r* se *R* aut *K* 4 status datus *D* status *add. k* quoque *add. k* 5 et puto *k* 6 rectus pro re*titus (c) *H* retitis (v) *Rr* sacuius *L* 7 lasus pro lasatus *GK* lasatus *L* 8 inuenies *K* per *add. d* 9 a *add. r* 11 *Verg. georg.* II 33 *sq.* 14 *Cic. in Verr. act.* II III 18, 47: campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, *etc.* frumentaria ut Cum *L* leuntinum *K* 15 uero *om. G* exerui] *r* exserui *D* exserui *B* exuri *R* 17 duplicantia] . Duplicia *R* 19 uero (r) *Rr* 20 adsumunt *B* 21 arcesso arcessiui *G* arcesso (uel acceerso) arcessiui (uel r) acceerso accersiui *B* *Sall. hist.* I 71 *p.* 99 *Kr.* 22 historiarum] *r* istor** *R* domidum (ti) *Rr* domutium *H* domicinm *GL* domicilium, *in mg.* uel domitium *K* 23 quos *K* arcessiuit (c r) *G* *post* arcessiuit: idem — arcessiuit *om. RG add. r* *Sall. hist.* II 94 *p.* 190 *Kr.* 24 mutum *LK* *Cic. pro Rosc. Amer. or.* 28, 76 25 aliquem aut quando *L Darmst.*[b] *cum Cic. Par.* 1 aliquem at quando *vel* aliquem aliquando (*sic Guelferb.*) *codd. Cic. ut vid. rell. omnes* 26 Probus] *Berytius scil. v. O. Iahnium ad Pers. prolegg. p.* CXXXIX *coll. ann. ad lib.* V § 45. *ad iuniorem Probum h. l. refert Osannus Beitr.* II 211 mihi *om. K*

'lacessitus'; Caper tamen 'lacessi' dicit esse, ut 'facessi', et profert exemplum Lucilii, quo usus est in XIIII:

Num vetus ille Cato †lacessisse appellari quod
Conscius non erat ipse sibi?

sed potest 'lacessisse' per syncopam esse prolatum 'vi' syllabae, ut 'cupisse', 'petisse' dicimus pro 'cupivisse' et 'petivisse'.) Sallustius in III historiarum: diversa, uti solet rebus perditis, capessivit. idem in IIII: igitur legiones pridie in monte positas arcessivit. 'facesso' vero et 'capesso' et 'viso', quae possumus desiderativa di- 46
cere - significat enim 'facesso' 'desidero facere' et 'capesso' 'desidero capere' et 'viso' 'desidero videre'; frequentativa enim esse non possunt, cum primae coniugationis non sunt -, haec eadem secundum Diomeden et Charisium o in i conventen|tia faciunt praeteritum perfectum: 'facesso facessi', 'capesso capessi', 'viso visi'; similiter 'quaeso quaesi'; Probus tamen 'quaesivi' dicit, et melius, quamvis primitivum quoque eius, id est 'quaero', 'quaesivi' facit praeteritum. sed Sallustius in I historiarum: Curionem quaesit, uti adulescentior et a populi suffragiis integer aetati concederet Mamerci. Cicero in divinatione: ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris; invenitur tamen in quibusdam codicibus 'facessieris'. 'pinso pinsui' facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii comprobat:

neque malis molui neque palatis pinsui.

1 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 lacesi[s] *Rr* 2 *Luc. sat.* XIIII 7 *Dous. Gerl.* 3 Nam *G* Num uetus ille Catoni' lacessisse Apulus iram | Consciu' non erat ipse sibi ? *Lachmannus ad Lucret.* III 1034; *rell. coniecturas a vv. dd. hunc ad l. temptatas, Sardos venales, enumerat H. A. Kochius exercit. crit. in priscos poetas Rom. p.* 16 *sq., quem ipsum olim a se excogitata prae Lachmannianis spernere compertum habeo. ego, de certa emendatione desperans, id tantum addo, eam, ut mihi quidem videtur, proficisci debere a Catonis oratione, si se Caelius tribunus plebis appellasset, ut fere miretur Lucilius, Caelium eam ob rem a Catone accusatum fuisse, quod is ipse se accusari ab illo ignoraret* Cato *om. K* lacessisse] *b* lacississe *B* 6 et *om. BG* *Sall. hist.* III 78 *p.* 270 *Kr. cf. Non. p.* 116, 20 in III. historiarum *om. G* 7 ut *b* capessivit] *sic etiam Nonius* lacessiuit *GLK* 8 *Sall. hist.* IIII 43 *p.* 341 *Kr.* accersiuit *B* 9 uero *spscr. K* uisso *G* uis*o (s) *D* 10 facesso desiderio *G* capesso *ex* lacesso *ni f. corr. L* desidero capere et uiso *add. d* 12 diomiden *GL* diomedem *BDH* diomidem *K* *Diomedes p.* 367 *P., ubi tantum* capesso *et* uiso *laudantur, non* facesso 13 charissium *L* chasium *K* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.* conuertenti[a] *Bb* 14 *Prob. inst. gramm. p.* 1487 *P.* 142 *L.; ni hic quoque Berytius intellegendus est* 15 melius sunt quamuis *r* 16 sed *om. D eras. in K* *Sall. hist.* I *fr.* 55 *p.* 86 *Kr.* II. *L* 17 quaesit] *G* quaesiuit *RBHLK* quesiuit *D* aduliscentior *DHGL* adoliscentior *K* 18 inte*ger (r) *H* integer aetati] integritati *GL* intigrati *K* concideret *B* *Cic. in Q. Caecilium divin.* 14, 45 19 ipso *RGLK* *post* facesseris: inuenitur — facessieris *in mg. add. K* 20 Inueni**[i]tur (un) *L* facessieris] *sic ex nostris codd. Cic. Lag.* 29 facesseris. *H* facesseris.[uel s] κρωογπανιcκοc. Pinso *B* pinso *GL* 21 *Probus: cf. p.* 534, 26 pomponei *K* *Pomponii atell. inc.* (pistoris? *Munkius l. l.*) *fr.* 5 *p.* 123 *Both. p.* 161 *Munk. inc.* VI *p.* 214. XIII *Ribb. cf. Diom. p.* 370 *P. thes. nov. Lat. in Maii auct. class.* VIII 416 22 malis] *Ribbeckius* molis *RBDH et ex* moles *corr. K* moles *GL* moilui *K* palatis] palatis *ex* pal** **** *effecit R vel r* pallathis *K* pilis *μ* pilatim

Supina eorum in 'situm' exeunt: 'arcessitum', 'lacessitum', 'capessitum', secundum in 'vi' desinentium regulam, de qua saepe in superioribus diximus. a 'pinso' autem 'pistum' debet esse, unde 'pistor' nomen verbale, ut 'pastum pastor', 'ustum ustor', 'gestum gestor'.

47 In 'to' c antecedente invenio 'pecto', cuius praeteritum plerique 'pexui', Asper tamen 'pectui', Charisius 'pexi' protule||runt. Maecenas in Octaviam: pexisti capillum naturae muneribus gratum. similiter 'necto nexui' et 'nexi'. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Sallustius in historiarum I: nexuit catenae modo. Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

Propertius:

At tibi, qui nostro nexisti retia lecto.

'flecto' vero 'flexi' facit et 'plecto plexi' antique. Laevius in V erotopaegnion:

Te, Andromacha, per | ludum manu
Lascivola ac tenellula,

Bothius pistillis *Munkius* 1 accersitum *B* 2 in iui *LK* in iui terminantium *G* diximus in superioribus *K* 3 diximus *om. L* autem *om. K* 6 pectui] pectii *R* pecui *H* pectiui *h* pexui *Asper teste Prisciano de* XII *vers. Aen.* § 131 *p.* 1254 *P.* 88 *L. cf. Struvium l. l. p.* 275 *sqq.* charius [si] *Hh* carisius *R* *Charis. p.* 218 *P.* 146[b] *L.* pecto pectis pexi *et sic etiam apud Prisc. de* XII *vss. Aen. l. l.; at p.* 217 *P.* 146[a] *L.* pecto tis pexui, *quod insiticium videtur Struvio l. l. p.* 276. uinxi pec.....e..cedo *cod. Char. p.* 233 *P.* 155[a] *L.* Maecenas] *d* Mecenas *RBHGL* macenas *D* m[e]acenas *K* 7 in *supscr. K* octauiã *lineola sup.* a *fere evanida B* octauia *1* Octauia *π*, *Meibomius Maecenas p.* 148, *Bothius fr. tr. p.* 260, *Neukirchius l. l. p.* 90, *Lion Maecenatiana p.* 46 *ed. alt.; praetexta scil. fabula vv. dd. visa est Octavia. at praeter Scriverium et Delrium v. Langium vind. trag. Rom. p.* 11, *cui hoc fragmentum magis galliambos quam tragoediam spirare videtur. et galliambis quidem Maecenatem usum esse testatur Atil. Fortun. p.* 2677 *P.* 319 *sq. Gaisf., ex his vero verbis galliambum efficere equidem nequeo, possis Bacchios cum Neukirchio; at mihi cum God. Hermanno opusc.* V 265 *orationis pedestris esse videntur; inter varias opiniones fluctuatur Frandsenius Maecenus p.* 124 *sq.* 162. Octavio *Falsterus mem. obsc. p.* 84 octavo *Krehlius* II 574 8 *Verg. Aen.* V 425 9 pa[l]smas *D* 10 *Sall. hist.* I *fr.* 23 *p.* 23 *Kr.* in historiarum I *om. G* [h]istoriarum *R* I. *r om. R rell.* cataene *R* cataenę *r* nodo *B* *Lucil. sat.* V *v. lib.* VIIII § 33 13 *post* Et *in mg.* quid *add. K* [d]it *Rr* mi *Dousa* mihi *libri* tunc *G* 14 profertius *GL* *Propert. el.* IIII (III) 8, 37. *Maecenati hunc versum tribuit Diomedes* I *p.* 366 *P. cf. Hertzbergium in ed. Propertii* III 290 *coll.* I 229 15 a[t]d *D* [n]existi *Rr* 16 et iam plecto *K* Leuius *BDGLK* Le[i]uius *Hh* Liuius *R* *Laevii erotopaegn. lib.* V *fr. v. Weichertum poet. Lat. rell. Laev. fr.* IV *p.* 44 *sqq.* VI. *K edd. Weichertus* erotapaegnion *K* erota paegnion *L* eruta paegnion *G* erectopegnion *B* erotopaegnionte andromacha *RH* erotopegnion. de andromacha *D* 18 per ludum] *RB et sic Scaliger lectt. Auson.* II 27 *et v. d. vel Puteanus vel Fruterius a Spengelio Caecil. Stat. p.* 49 *l. ad marg. ed. Stephan.* perdudum *DHGLK* 19 lascivola] *k* la**ciuola *K*

Capiti meo trepidans, libens
Insolito plexi munere.

nunc enim 'plector' et 'amplector' dicimus. sed 'plector' passivum esse Terentius ostendit in Phormione:

Ego plectar pendens.

e brevi antecedente in 'to' desinentia duo inveni: 'pěto petivi' et 'měto messui'. Cato in II originum: in campo Tiburti ubi hordeum demessuit, idem in montibus serit, ubi hordeum idem iterum metit. Cassius Emina in III annalium: in campo Tiburte ubi hordeum demessuerunt. r antecedente similiter duo inveni, 48 'verto verti', 'sterto stertui' - Persius:

Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo -,

geminata vero t ante o unum, 'mitto misi', et in 'sto' unum, 'sisto', cuius praeteritum quando activam habet significationem, tam in simplici quam in composito deficit; quando vero absolutam et similem 'sto' verbo, commune cum eo habet praeteritum, ut 'resisto' vel 'resto restiti', 'consisto' et 'consto constiti', 'persisto' et 'persto perstiti'.

nomina diversa, si ad unum referantur, sine coniunctione oportet ea proferre, nisi si adiectiva geminentur, ut 'pius Aeneas', 'Marcus Tullius Cicero'; si enim dicas 'pius et Aeneas' vel 'Marcus et Tullius et Cicero', quasi de alio et alio dicis. accidentia vero sive adiectiva si geminabuntur, necesse est interponi coniunctionem, ut 'bonus et pius et iustus et fortis Aeneas'. verba quoque et participia si sequantur sese, egent coniunctione, ut 'legit et scribit doctor', 'loquens et currens fecit'. nec mirum, propria, quae insecabilem substantiam demonstrant, ut 'Socrates', 'Scipio', nec non appellativa, quae secabilem [id est] generalem || vel specialem [quae dividi potest] substantiam indicant, ut 'animal', 'corpus', 'homo', 'taurus', 'equus', 'aurum', 'lapis', non egere coniunctione: diversae enim

1 non [pos] sunt *Hh* oliqui [b] *Rr* 2 uerbo [i] *Dd* subit] *r* subiit *R* loquebatur *D* hominis] *r* homines *R* homini *B* 3 loquentis] *h* **quentes *H* bono] *rd* boni *RD* bonono *K* 4 hominem *in litura h* audiui *add. r* homini *R* delectatus] *k* dilectatus *GLK* 5 e*im(n) *H* [in] loco *K* Vocatiuis [v] *Dd* 6 doctus [et] loquens *H* 7 igitur] enim *G* ideo *om. GLK* 9 coniugi [n] *Dd* abque [s] *Rr* casu *add. g* 12 utile est *B* etiam per *ex* etiam pro *corr. D* 13 coniugatione [nc] *Dd* potes] *h et in litura l* potest *RBHGK* 14 *post* discis *sqq. usque ad* discis *add. rd* 15 vel] et *r* Nam [et] proprium hoc est *K* 16 pro aliquo uerbo *del. h* 19 refferantur *L* 20 nisi si] *d* nisi *DH* adiectatiua *G* *verba post* Cicero *sqq.* — Cicero *add. g* 22 geminabuntur] *k* geminabantur *K* 24 egunt [e] *H* 25 curens [r] *Dd* 26 *verba post* insecabilem *sqq.* — secabilem *add. r* socratis *GK* 27 nec non] *r* nec *rell.* apellatiua *D* insecabilem *G* **secabilem(in) *HLK* 29 equus *D* equs *K* aurum *ex iterato* taurus *corr. K*

substantiae in uno coniungi non possunt. itaque cum dicam 'Publius Cornelius Scipio Africanus', non egeo coniunctionibus: unam enim his indico esse omnibus substantiam. similiter 'homo est animal rationale, mortale, disciplinae capax', cum unam substantiam significo quamvis multorum communem, non egeo coniunctionibus, quae diversas solent res coniun-
11 gere; diversae enim substantiae in eodem esse non possunt. accidentia autem, quae substantiae iam ante suppositae accidunt, possunt esse diversa in eadem substan[tia], ut si dicam 'Marcus Tullius Cicero', quia una est substantia, non eget coniunctionibus, sin autem dicam 'sapiens et eloquens et felix Cicero', diversa ostendo accidentia in una substantia, itaque egent coniunctione. illud quoque admonendum, quod, quemadmodum coniungitur adverbium verbo, sic etiam participio. nec mirum, cum pro verbo ponitur, ut 'bene legens delectat' pro 'bene legit et delectat'.

Et quamvis ab indicativis derivantur verbis participia, potestate tamen et vi significationis omnes continent modos hoc pacto: 'exponens doce' pro 'expone et doce', 'utinam exponens docerem' pro 'utinam exponerem et | docerem', 'cum exponens doceam' pro 'cum exponam et doceam', 'exponens docere volo' pro 'exponere et docere volo'. ergo eius obtinet vim modi, cuius verbo coniungitur; et in hoc quoque quantam habeat cum infinito coniunctionem ostenditur. infinita enim similiter cum ab indicativo nascuntur, pro omni accipiuntur modo: dico enim 'scribere me indico' pro 'scribo', 'scribere te impero' pro 'scribe', 'scribere me opto' pro 'utinam scribam', 'scribere volo, tum legere' pro 'cum scribam legere'. nec mirum in his una voce tam diversas inveniri significationes, cum in multis aliis quoque dictionibus hoc invenitur, ut 'circum' nomen et adverbium, 'eo' pronomen et verbum et ad||verbium et coniunctio. similiter in aliis plurimis hoc invenis, sicut supra dictum est.

12 Igitur participium inventum est, ut nominativus quidem sine con-

1 substanciae (t *superscr.*) *Rr* coniugi *D* dicom (a *superscr.*) *Rr* puplius cornilius *GLK* 2 affricanus *K* his énim *D* 3 rationale] ʼ*r* rationabile *RBDHK* 5 res soleut *G* coniungere] *dh* coniugere *D* contigere *H* 6 diuersa (e *superscr.*) *Rr* enim] autem *BDHLK* in eodem — substantiae *post* substantiae *om. G* 7 (sup *superscr.*) positae *Kk* 8 ut] .at *GL* 9 egent *L* ˙ sin] si (d *superscr.*) *L* eloquens] *d* loquens (d *superscr.*) *DGLK* 11 amonendum *Kk* ammonendum *BDL* quemamodum *Kk* quemammodum *BL* coniungitur] adiungimur *G* 12 uerbo sic *ex* uerbū sic *corr. B* ˙ participia *R* pro *add. r* 13 benę *d* dilectat *GLK* dilectat *GLK* 14 uerbis deriuantur *B* potestate*(s ?) *B* 15 uī *B* doceo *B* 16 doceo *B* docerem, utinam *G* 17 doceam, exponens] doceam. cum exponens *G* 18 Eius ergo *DH* obtinet] *rk* optinet *RBHGLK* 19 coniunctionem cum infinito *GLK* 20 ostenditur *post* infinita enim *repetiit D del. d* 21 omnia *B* 22 scribe] scribe** *K* utinam scriberem *GLK* 23 scribere volo] *r* scribere me uolo *R rell.* legere uolo. Nec *K* 24 unam (uoce *superscr.*) tam *Rr* inuenire *GLK* aliis *om. K* 24 et nomen et *K* pronomen] pronom *R* 27 inuenies *B* 28 nominativus] *scripsi* cum (q̇cum *K*) nominatiuo *RBDHGLK* ut cum nominatiuus sit *k* ut in nominatiuo *edd.*

iunctione proferatur cum alio verbo, ut 'legens doceo' pro 'lego et doceo', quae compositio intransitiva est, hoc est ipsam in se manere ostendit personam; obliqui vero casus participiorum ad hoc sunt utiles, quod non solum sine coniunctione proferuntur cum obliquis casibus nominum, sed etiam ad alias transeunt personas, ut 'docentis potior' et 'docenti respondeo' et 'docentem audio' et 'illo docente didici'. ergo nominativus et vocativus intransitivus solet esse, ut 'legens ego homo facio' pro 'lego ego homo et facio', et similiter vocativus: 'o homo bene legens fac', id est 'o homo bene lege et fac'; ceteri vero magis transitivi sunt, ut praedictum est, ut 'bellantis hominis misereor' pro 'bellat homo et eius misereor', 'imperanti homini oboedio' pro 'imperat homo et ei oboedio', 'docentem hominem audio' pro 'docet homo et eum audio', 'lucente sole video' pro 'lucet sol et video'. nisi si ipsa in sese faciat, id est κατὰ ἰδιοπάθειαν proferatur: tunc enim utimur consuetudine transitivorum, | quae ἀλλοπάθειαν significant, ut 'misereor mei legentis', 'praebeo mihi legenti', 'accuso me legentem', 'fruor me legente', et ad eum casum maxime coniunguntur, quem verba desiderant, ut supra dictum est: 'misereor tui', 'miserens tui'; ut 'invideo tibi', 'invidens tibi'; 'accuso te', 'accusans te'; 'dignor te illa re', 'dignans te illa re'.

DE ACCIDENTIBVS PARTICIPIIS SED PRIMVM DE GENERIBVS.

Accidunt autem participio sex: genus, casus, significatio, tempus, III 13 numerus, figura.

Genus masculinum, ut 'amatus', femininum, ut 'amata', neutrum, ut 'amatum', commune trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc amans'; nam commune duum generum et epicoenum in participio inveniri natura ipsa prohibet. cum enim verba, ex quibus nascuntur participia, pariter omnibus adium||guntur generibus: 'legit vir', 'legit mulier', 'legit mancipium', necessario participium, quod ex eo proficiscitur, eisdem generibus associa-

1 proferatur] *r* proferuntur *Rb* profe**ntur *B* 3 sunt *add. d* 4 oblicis (qu) *G* 5 patior (o) *Rr* 6 docente] loquente *G* didici] *k* dedici *K* 7 esse] etiam (esse) *Dd* 8 est homo (o) *Rr* 9 ᐟfac et ᐟlege *Dd* 11 imperanti] *r* imperatiui *R* oboedio] oboedio (uel au) *Gg* obaudio *LK* *post* oboedio: pr* — oboedio *add. r* oboedio] oboedio (uel au) *Gg* obaudio *LK* docentem — eum audio *om. DLK add. d* 12 hominem et audio *Rr* 13 si *om. HGK* est. AN. proferatur (KATA ΙΔΙΟΠΑΘΙ) *Dd* ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *RBH* ΙΑΙΟΠΑΘΙΑΝ *GL* 14 ΑΛΛΟΠΑΠΑΝ (ΤΙ) *Rr* ΑΛΛΟΠΑΘΙΑΜ *B* allopathiã *DGL* allo pathiã *H* allopadiam *K* 15 significat *B* ut *om. G* mei] *r* me *R* lentis (ge) *Hh* 16 causum *Rr* 18 tui *t inuideo *H* tui. Et inuideo *h* acuso *G* donor (ig) *Rr* 19 et dignaps *D* 20 DE ACCIDENTIBVS *inscr. BHGK* 23 femininum amata, neutrum amatum *G* 25 epicenum *GL* epicẽ *K* epykoenũ *B* inuenire *H* 26 proibet *D* 27 iunguntur (ad) *K* ut legit uir *BGd* 28 proficiscitur *ex* proficiscatur *corr. H* adsociatur *B*

tur. et siquidem in 'ns' desinat, quod fit in praesenti tempore, quod est etiam praeteritum imperfectum, sine dubio trium est generum commune ad formam nominum adiectivorum, quae cum in duas desinunt consonantes, trium sunt generum communia. sin vero in 'us' finiantur masculina, pariter ad similitudinem adiectivorum in a finiunt feminina et in 'um' neutra, quod fit in omni praeterito tempore et futuro. nec mirum ad formam adiectivorum haec dirigi, cum paene vim habeant participia quoque nominum adiectivorum; accidentia enim propriis vel appellativis nominibus significant, velut illa, ut 'bonus homo', 'scribens homo', et illud accidit et hoc

14 accidit: 'fortis Scipio', 'legens Scipio'. nec nos moveat, quod sunt quaedam verba, quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, quae videntur exigere, ut participia vel masculina sint solum vel feminina, ut 'futuo, nubo', 'futuens, nubens' - nam illud ad mares, hoc ad feminas pertinet solum -, sed illud attendamus, quod adeo | natura ipsius verbi et participii communis est trium generum, quod sive vituperationis causa sive figurate licet maribus aptum verbum vel participium feminis quoque adiungere et contra facere, utputa 'bona anima futuit illam feminam' pro 'bonae animae vir'. ergo et 'bona anima futuens feminam gignit bonam animam' et 'bonum corpus futuens gignit bonum corpus'. nec vitiosam facio orationem, adiungens et feminino et neutro generi hoc verbum et participium, quod ad mares solos videtur attinere. et contra vituperationis causa possum dicere, ut Iuvenalis in I:

nubit amicus,

et 'nuptus vir', et figurate 'bonus mulieris animus nubit mihi' et 'nuptus est mihi'. ergo sine dubio omne participium vel in duas desinens consonantes trium est generum vel mobile, id est in 'us' masculinum, in 'a' femininum, in 'um' neutrum terminat. ||

1 quod^f^nit *Dd* quod ^est^ etiam *Rr* 2 inperfectum *B* dubio trium *in lit. B* 4 comm^v^onia *Dd* Si*(n) *H* finia^n^tur *H* 5 in] ^in, *in mg.* ^ad, *G* 6 „adiectiuorum „ad formam *Gg* 7 dirigi declinari *Dd* nominum quoque *G* 8 accidentia — homo *add. d* enim ^in^ propriis *Rr* apellatiuis *D* 9 illu^d^t *Dd* occi^a^dit *Dd* 10 occ^a^idit *Dd* 11 natu**raliter *L* 12 ut *add. k* sunt *Rr* femina *RG* 13 futu*o *R* fotuo *GLK* futtuo *B* fotuens *GLK* futtuens *B* 14 adtendamus *B* adeo *in litura k* 15 participiis *Rr* uitupaerationis *H* 16 figuratae] *d* figurae *DGL* liqet *L* femininis *Brgl* adiungire *K* 17 ut pote *L* futu^it^ *Rr* fotuit *GLK* feminam] mulierem *GL* bonae animae] *d* bono animo *D* 18 animae. Vir ergo *H* E^r^go *Dd* fotuens *GLK* 19 futuens *ex* futiens *corr. m. rec. in B* fotuens *GLK* 20 femino *G* gen^i^ere *RrD* 21 solos mares *G* uidetur solos *B* 22 *Iuv. sat.* I 2, 134 24 figuratae *H* 25 in du^s^ardinens consonantes *Rr* 26 est *add. d* mouile *G* in a femininum *add. r* 27 neutrum terminat] *d* terminū ******** *D*

DE TEMPORIBVS.

Tempora coniuncta habent praesentis et praeteriti imperfecti, praeteriti IIII 15
perfecti et plusquamperfecti tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum. nascitur autem participium praesentis et praeteriti imperfecti a prima persona praeteriti imperfecti in omni coniugatione. nec mirum, cum prima persona honestior est ceteris. ipsa enim sine illis esse potest, illae autem sine hac esse non possunt, et ea illas sibi coniungere potest, illae autem minime. 'ego' enim 'et tu et ille facimus' licet dicere, 'tu' autem 'et ego facitis' vel 'ego et ille faciunt' nemo dicit. Virgilius in II Aeneidos:

divellimur inde
Iphitus et Pelias mecum.

Fit autem participium mutatione extremae syllabae supra dicti temporis et personae, id est 'bam' in 'ns'; ut 'amabam amans', 'docebam docens', 'legebam legens', 'faciebam faciens', 'muniebam muniens', exceptis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis verbis, quae contra aliorum regulam i habent ante 'bam' productam - quam tamen antiqui diphthongum scribentes transmutationem vocalium factam ostendebant: 'adeibam, queibam' pro 'adiebam, quiebam' -, quod etiam in aliis verbis saepe solet fieri, ut 'polibam' pro 'poliebam', 'insignibam' pro | 'insigniebam'. nec tamen id prohibuit participia ad perfectorum regulam nasci; dicimus enim 'iens, adiens, quiens, poliens, insigniens'. haec tamen eadem parti- 16
cipia, quae a verbis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis nascuntur, anomale per obliquos casus pro 'ie' 'eu' habuerunt: 'iens euntis', 'quiens queuntis'. futuri vero temporis participia, si sint a verbis activis vel neutris vel deponentibus, fiunt ab extremo supinorum addita 'rus': 'amatu amaturus', 'doctu docturus', 'lectu lecturus', 'auditu auditurus', 'statu staturus', 'locutu locuturus'. a communi quoque verbo, quod in futuro tempore duo habet participia, unum quidem activum in 'rus', alterum vero

1 De natiuitate hoc est de formatione participiorum. *L inscr. om. DHG* 2 inperfecti *B* et praeteriti *D* praeteriti perfecti *add. r* 3 participia] *r* participio *R* particia *H* 5 inperfecti *B* a prima persona praeteriti perfecti *bis scripsit R alterum del. r* inperfecti *B* 7 illas] *l* illa** *L* 8 autem eam minime *D* minimę *B* enim *in litura H* tu ille *G* ill*e(a) *K* liquet *K* 9 ille et ego *H* *Verg. Aen.* II 434 *sq.* 10 III. *GK* tertio *L* 11 Deuellimur *GLK* inde *in litura K* 12 pelleias *Rr* 13 mutationem *R* 17 antiqui (er) diptongum *H* 18 trans (mutationem) *R* transmutatione *LK* transmotatione *G* facta *GLK* adibam quibam *GLK* quaeibam *H* 19 pro adiebam pro quiebam *D* adiebam] *ex corr. h* adeibam *ni f. H* quebam *G* sepe uerbis *G* 20 polibam] polibam(e) *H* poleibam *α* insignibam] insignibam(e) *H* insigneibam *α* 21 it (d) *Rr* 22 pro adiens *K* adiciens (i) *Rr* particia *H* partipia *K* 24 anomala (e) *Rr* anomalae (a) *K* 25 queuntes *H* quieuntis *G* a *add. b* 26 ab *om. GLK* additurus *Rr* 28 loquutu *B* locutu locuturus *om. HGLK add. h* commonio *R* cummoni *r* 29 iu rus actiuum *B*

passivum in 'dus', illud, quod in 'rus' desinit, secundum praedictam fit regulam: 'criminatu criminaturus', 'osculatu osculaturus'. passiva vero eius||dem temporis participia fiunt a genetivo participii praesentis temporis 'tis' finali in 'dus' conversa: 'amans amantis amandus', 'docens docentis docendus', 'legens legentis legendus', 'audiens audientis audiendus', 'praeteriens praetereuntis praetereundus', 'transiens transeuntis transeundus'. praeteriti vero temporis participia, quae in 'tus' vel 'sus' vel 'xus' desinunt, similiter a supino extremo fiunt, addita s et correpta u.

17 nascuntur autem a verbis passivis et communibus et deponentibus et neutropassivis et quibusdam neutris: a passivis, ut 'amatu amatus', 'domitu domitus', 'doctu doctus', 'deletu deletus', 'mersu mersus', 'pexu pexus', 'auditu auditus'; a communibus: 'criminatu criminatus', 'osculatu osculatus'; a deponentibus: 'for fatu fatus', 'reor ratu ratus', 'vereor veritu veritus', 'loquor locutu locutus', 'molior molitu molitus'; a neutropassivis: 'gavisu gavisus', 'factu factus'; a neutris vero paucis praeteritum nascitur: 'caenatu caenatus', 'pransu pransus', 'placitu placitus', 'nuptu nuptus'. excipitur 'mortuus' a 'morior', cuius supinum cum secundum analogiam 'moritu' et hinc 'moriturus' facere futurum debeat et praeteritum 'moritus', 'mortuus', non 'moritus' facit. praeterea dubitatur, utrum 'potatu potaturus' et | 'potatus' secundum analogiam, an 'potu potus poturus' per syncopam melius dicatur, quae in usu non sunt. Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in IIII georgicon:

Quoque modo potis gauderent intiba † fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues,

18 ex quo ostenditur 'potus' quoque participium esse; nec mirum, cum 'lautus' et 'lauturus' pro 'lavatus' et 'lavaturus' in usu est. nam secundum

1 dus] *D* ndus *d* supradictam *K* 2 creminatu creminaturus *GLK* 3 faciunt *Rr* temporis praesentis *HL* 4 finalis *D* ut amans *d* 6 praetereuntis] *h* praetereuntes *ni f. H* 7 "temporis "uero *K* uel in sus *BDGr* uel in xus *BGr* 9 a uerbis *add. h* commonibus *Dd* 10 quidam *Hh* 11 ductu ductus *GLK* 12 commonibus *Dd* ut creminatu creminatus *GLK* osculatu] *d* osculo *D* 14 loqutu *G* loquutu loquutus *D* loquitu loquutus *H* grauisu grauisus *G* 15 caenatu caenatus *Dd* cenatu cenatus *HK* 17 morior *K* 18 hinc] *d* hic *D* 19 non moritu**s (ru) *H* dubitatur] *bk* dubitur *K* dubit*** *B* 21 in usu] *r* lausu *R* non] *om. GL* auctorum *h* *Verg. ecl.* 7, 11 22 ipsi ad potum *DGL* per] prae *D* per petrata *Hh* 23 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* VIIII § 38 24 quomodo *Rr* intiba] *r* intima *RB* 25 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 26 strimona *H* strimo*a (i) *R* strimonia *K* strymonia *B* bruma] *b* br*ma *B* 27 potura*(e) *K* 28 latus *RrH* 29 laturus *H*

Terentium 'lavatus' et 'lavaturus' debet proferri, qui supinum protulit 'lavatum' in eunucho:

Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se,
Abeunt lavatum, perstrepunt.

unde Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

(quaeritur 'ortum ortu', unde 'ortus', an 'oritum oritu', unde 'oriturus' - Horatius in II epistularum:

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes -,

'partum partu', unde || 'partus', an 'paritum paritu', unde 'pariturus', 'erutum erutu', unde 'erutus', an 'eruitum eruitu', unde 'eruiturus' - Lucanus in IIII:

ruituraque semper
Stat, mirum, moles -,

'cassum cassu', unde 'cassus', an 'caritum caritu', unde 'cariturus' - Iuvenalis in II:

tollere dulcem
Cogitat heredem, cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent -?

quibusdam tamen hoc, id est 'cassus', magis nomen esse videtur, ut 'lassus'.) in anomalis quoque supra dictae regulae servantur: 'latu laturus latus', 'ferens ferentis ferendus', 'esu esurus esus', 'edens edendus'.

Et sciendum, quod, si deficiant supina, deficiunt | etiam participia tam 19
futuri temporis in 'rus' desinentia quam praeteriti, quae ex ipsis nascuntur, quod invenis in omnibus meditativis et inchoativis, in quibus deficiunt supina duo extrema, quibus deficientibus supra dictorum quoque temporum deficiunt participia. rarissime inveniuntur supra dicta supina in usu a

1 *Ter. eun.* III 5, 51 *sq.* proferi *R* 2 eunocho *G* 3 eloquuta *D* elocutast *Bemb.* 4 habeunt *D* habeunt *RK* perstrepuuut *G* perstreper[unt] *Dd* 5 *Ovid. fast.* III 11 *sq. v. lib.* VIIII § 38 UI. *K* IIII. *D* 6 Silvia] *d* silua *DGL* ue[t]a *Rr* 7 lauaturus[a] *H* lauaturus *K* 8 unde ortus *om. G* unde ortus an oritum oritu *in mg. add. K* 9 *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* X § 9 10 Ni[hil] *Rr* nihil *B* nihil *RBHK* 11 partus] parturus *L* 12 rutum *G* an *om. H* eruitu *om. GLK* eruitus[ur] *Hh* 13 *Luc. Phars.* IIII 455 *sq.* lacanus. Inruituraq; *B* lucanus irruitaque *GL* lucanus erruitaque *K* in IIII *om. H* IIII] *om. D* III. *r* 16 casum casu *L* casu[s] *RrH* unde *om. G* casus *L* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* 17 U. *K* 20 *Verg. Aen.* II 85 U. *K* 21 Demissere *K* nunc] *d* ñ *D* casum[s] *Rr* casum *LK* lugent* *H* 22 casus *RLK* lassus] *r* lasus *R* 23 lautu lauturus *Rr* 24 essu essurus essus *G* essu essurus essurus essus *K* edens edentis edendus *d* edendus *in litura H* 26 desinentia *add. r* praeteriti] *b* praeterit*(o?) *B* 27 inchoatiuitis *H* 29 rarissime] *d* rarissim[o]* *Rr* rarissimo *BDGLK*

neutris secundae coniugationis vel tertiae in 'uo' desinentibus, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum perfectum, ut 'lecturio', 'parturio', 'esurio', 'horresco', 'calesco', 'fervesco', 'amasco', 'miseresco', 'labasco', 'hisco', 'horreo', 'tepeo', 'egeo', 'caleo', 'ferveo', 'stupeo', 'lateo', 'candeo', 'niteo', 'albeo', 'luo'. rarissime tamen, ut diximus, inveniuntur ex quibusdam huiuscemodi verbis supina vel futuri temporis participia, ut 'doleo doliturus', 'careo cariturus'. et alia tamen multa inveniuntur deficientia in aliis quoque significationibus vel generibus verborum tam supina quam ex eis nascentia, ut 'urgeo', 'spuo', 'metuo', 'timeo', 'medeor', 'disco', 'posco', 'compesco', 'cresco', et quocumque tempore defectiva sint verba, deficiunt etiam participia, ut 'ambigo', 'scando', 'niteo', 'vergo', 'arceo', 'mando mandis', 'strideo', quamvis apud vetustissimos eorum quoque praeterita inveniuntur. 'ferio' quoque et 'vescor' quia praeteritum tempus non habent, deficiunt etiam participiis eiusdem temporis. 'coepi' non habet praesens et futurum nec participium, sed tantummodo 'coeptus'. similiter 'odi', 'novi', 'osus', ex quo 'perosus' et 'exosus', 'notus' - Plautus in Amphitrione: ||

Inimicos semper osa sum optuerier.

et verbale | tamen nomen ex eo protulit idem Plautus in asinaria:

Madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae -,

et 'memini meminens'. Laevius erotopaegnion in IIII:

meminens Varro corde volutat,

quia 'memini' tam praesentis quam praeteriti vim habet, quomodo 'odi'. unde et 'osus' pro praesenti, et 'meminens' pro praeterito licet accipere,
V 20 nam 'novi' praesens 'nosco noscens' facit. similiter impersonalia deficiunt in supinis et participiis, quae ex supinis nascuntur, ut 'piget', 'pudet', quamvis quidam 'puditum' posuerunt, ut Plautus in Bacchidibus:

2 diuisas *om.* *GLK* ″parturio ′lecturio *G* essurio *GL* 3 horresco] *r* horesco *RG* labasco] *h* lauasco *H rell.* 5 albico *r* *ante* luo: stuo *add.* *B* estuo *DGL* aestuo *R* exuo *Hd* (*idem post* luo *add. m. rec. in R*) spuo *r* renuo *h* 6 doleo *om.* *L* 9 ut uergeo *L* spueo *H* 10 cresco. Ex quocumque *G* difectatiua *K* 11 uideo *RDH* 13 ferio] *H* Ferior *rell.* fescor (u *sup.*) *K* non habent tempus *GLK* 14 quoque (etiam *sup.*) *L* 15 sed tantum. sed tantummodo *Rr* praeteriti *ante* coeptus *add.* *BDHGLr et sup. lin.* *K* ceptus (o *sup.*) *H* 16 exosus et noui notus *B* *Plaut. Amphitr.* III 2, 19 (*v.* 900) 18 inimico *D* optuerier] *B cum Vet. Plaut.* obtuerier *rell.* 19 nomen *spscr.* *K* .Idem *B* *Plaut. asin.* V 2, 9 (*v.* 859) assinaria *K* 20 nihili *Plautus* nihil *libri Prisc.* continentem (in *sup.*) *Rr* 22 et memini] *r* Enemini *R* Leuius *BDHGK* Liuius *Rh* *Laevii erotopaegn. lib.* IIII *fr. Laevii* IV *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 44 in IIII] *r* in iui *R* IIII. *DH* UII. *GLK* 24 quam p̄ praesentis tam *K* liqet *L* liquet *K* 25 et memiminens pro *R* liquet *G* 26 noscens] noscis *h* inpersonalia *B* 27 *Plaut. Bacchid.* III 1, 12 (*v.* 379) *cf. lib.* VIII § 62 in Bacchidibus *om.* *G* bachidibus *BDHLK*

Neque mei neque †tui te intus puditum est factis,
quae facis –,

'taedet', 'paenitet', 'liquet', 'licet', 'libet', 'oportet'; sed compositum 'pertaesum' invenitur et 'paenitens', unde 'paenitentia', et 'libens' et 'licens', unde 'licentia', et 'licitus'. Virgilius in VIII:

et licito tandem sermone fruuntur.

Horatius:

licentum satyrorum greges.

sciendum tamen, quod haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: 'pigeo', 'taedeo', 'pudeo', 'paeniteo', 'liqueo', 'liceo', 'libeo', 'oporteo', quomodo 'placeo', 'contingo', 'evenio', 'vaco', 'attineo', 'accido', 'iuvo', 'delecto', quorum tertiae personae impersonalium vice funguntur: 'placet', 'contingit', 'evenit', 'vacat', 'accidit', 'attinet'. non tamen etiam si participia deficiant, deficiunt et verba; illa enim ex eis, non ista ex illis nascuntur. sunt tamen quaedam parti- 21
cipia, quorum quamvis deficiant verba in usu, ratio tamen analogiae quod dici possunt ostendit, ut 'triumphatus', 'erratus', 'regnatus', 'laboratus', 'de|cursus'. Virgilius in VI:

Ille triumphata capitolia ad alta Corintho.

idem in VI:

regnata per arva
Saturno quondam,

et in I:

Arte laboratae vestes.

idem in III:

errata retrorsus
Litora Achaemenides, comes infelicis Vlixi.

Terentius in adelphis:

1 mei] *d* me (mei *supra*) *Hh* me *RBDGLK* est *om. K* 3 licet liquet *G* libet — libens *om. L* pertessum *K* 4 invenitur et] inuenitur ut *GK* licens et libens *D* liquens *K* 5 *Verg. Aen.* VIII 468 6 sermoni *Rom.* 7 *apud Horatium haec non leguntur: num memoriae Prisciani obversabantur* nympharum leues cum satyris chori (*carm.* I 1, 31)? *at potius cum Fleckeiseno post Horatii nomen lacuna statuenda videtur, ut exciderit unus ex iis locis Horatianis, ubi voc.* licentia *invenitur* (*v. indicem vocc. Hor.*), *et eius poetae nomen, a quo haec sive senarii iambici sive septenarii trochaici clausula* licentum satyrorum greges *profecta sit* 8 satirorum *K* 9 omnia *spscr. K* *fectorum *K* profectorum *k* 10 Capro] *ap. Osannum de Capro p.* 16 11 liceo liqueo *H* continguo *GLK* 12 dilecto *GLK* 13 inpersonalium *B* continguit *K* 14 *post* attinet: iuuat delectat *add. h* deficiunt *add. r* 17 utriumphatus (.t *supra*) *Dd* 18 *Verg. Aen.* VI 836 19 Ille] *r, m. alt. add. Rom.* Illa *R* capitolia] *ex* capitalia *corr. B ex* capotolia *H* capitalia (o *supra*) *K* chorinto *D* 20 *Verg. Aen.* VI 794 *sq.* VI *Krehlius* VII. *libri* 21 per annos *Rom.* 23 *Verg. Aen.* I 639 24 ueste (s *supra*) *Dd* 25 *Verg. Aen.* III 690 *sq.* 26 errata et retrorsus *B* 27 littora *H* Achaemenides] *d cum Rom. Ver.* achemenides *RH* (*B*?) *cum Med.* achamenides *D* achimenides *GLK* infelices (i *supra*) *Rr* ulixis *RBD* ulixi (e *supra*) *Pal.* 28 *Terent. adelph.* V 4, 6 *cf. lib.* VIII § 10 aldelphis *G*

decurso iam spatio.

quid enim prohibet verbis quoque eorum uti, nisi auctoritas deficeret? nec mirum hoc fieri in participiis: in nominibus quoque inveniuntur et in verbis quaedam derivativa [vel composita], quorum primitiva [vel simplicia] in usu non sunt, ut dicimus 'puella' diminuti||vum, quod videtur a puera nasci - ut enim 'tener tenera tenella', sic 'puer puera puella' debuit dici -, quo tamen, quia auctores, quorum maxime usus regnavit, non sunt usi, nec nos utimur, licet inveniantur vetustissimi protulisse et 'haec puera' et 'hic' et 'haec puer'; 'ocior' quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Graeco est *ὠκέως*; 'offendo' quasi a verbo 'fendo' componitur, quod non est lectum, sicut 'aspicio', 'inspicio', 'despicio', 'suspicio', 'conspicio' a 'specio' [non est in usu]. similiter hoc idem in plurimis aliis invenies.

22 Sunt quaedam, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur, ut 'galeatus', 'scutatus', 'pilatus', 'tunicatus', 'manuleatus', 'caligatus', 'baccatus', 'paludatus', 'togatus', 'praetextatus', 'trabeatus', 'comatus', 'braccatus', 'paenulatus', 'soleatus', 'cristatus', 'hastatus', 'lunatus', 'stellatus', 'literatus', 'cerritus', 'turritus', 'pellitus', 'cornutus', 'astutus', 'hirsutus'. quaedam enim primae coniugationis participiorum formam | obtinent, id est in 'atus' desinentia, quaedam vero tertiae, id est in 'itus' vel 'utus' terminantia. sunt alia eadem et nomina et participia: 'armatus' '*ὁ ὁπλισθείς*' *καὶ* '*ὁ ὁπλίτης*', 'doctus' '*ὁ παιδευθείς*' *καὶ* '*ὁ εὐπαίδευτος*', 'sanctus' '*ὁ θεσπισθείς*' *καὶ* '*ὁ θεσπέσιος*' *ἤτοι* '*ἅγιος*', 'acutus' '*ὁ ὀξυνθείς*' *καὶ* '*ὁ ὀξύς*', 'sapiens' '*ὁ φρονῶν*'

2 uti nisi *in ras. b* 3 in nominibus] *r* in omnibus *R* cum in nominibus *LKh* in] *add. r om. R* 4 deriuatiua (diriuatiua *r*) uel simplicia quorum primitiua in usu *Br* deriuatiua uel simplicia (composita *suprascr.*) quorum (.Quorum *H*) primitiua in usu *DdHk* diriuatiua uel simplicia in usu *R* 6 tenella *add. K* 8 uetustissime (i *suprascr.*) *Rr* puera et hic] *d* puera hic *DK* 9 puer o ΤΑΚΥΤΕΡΟϹ ΤΟΥΤΑ Ocior *B* occo *D* 10 *ὠκέως*] *om. D* ΟΚΕѠϹ *DGr* ΟΚΟѠϹ *R* ΟΚΕΟϹ *K* ΟΚΕΟϹΧΕѠϹ ΕΛΛΗΗΙΚΟΥ ΟϹΟΕΟϹ *B* 11 deficio (isp *suprascr.*) *Rr* conspicio despicio suspicio *K* 12 a specio] *K om. RBDHG* respicio a uerbo spicio *add. d* a uerbo spicio *Lh* in usu non est *BDHLK* ñ usu ñ est *G* quod in usu non est *dh cf. lib.* IIII § 14 plurimis *in mg. add. K* 14 tempora *B* pilleatus (uel pilatus *suprascr.*) *Dd* 15 tonicatus *K* manuliatus *G* bacchatus *Rr* paludatus] *rd* parudatus *R* plaudatus *D* 16 bracatus *RH* bracc*atus(h) *D* penulatus (t *suprascr.*) *RBDGLK* "cristatus "soleatus *L* 17 cristatus ocreatus hastatus *B* hassatus *H* turritus cerritus *BDHGLK* 18 hastutus *Dr* hastatus *R* 19 optinent *BBHLK* 20 uel in utus *K* disinentia, *in mg.* uel terminantia, *G* 21 *Graeca per totum h. l. om. D* *ὁ om. B* *ὁπλισθείς*] *l* ΟΠΛΙϹΘΕΙϹ *R* ΟΠΛΙϹ*ΕΙϹ *L* ΟΠΛΙϹΕΕΙϹ *K* *ὁ om. B 2* *ὁπλίτης*] *de* XII *vss. Aen.* § 20 *p.* 1222 *P.* 18 *L.* (*ὁπλίτης 2*) ΟΠΛΙΤΙϹ *B* ΟΠΛΙϹΤΗϹ *HGLK* ΟΠΑΙϹΘΕϹ (Π ΛΕϹ *suprascr.*) *R* *ὁπλιστής α* 22 ΠΑΙΔΕΥΘΕΙϹ *Rr* ΠΑΙΔΕΥΘϹΙϹ *H* ΠΑΙΔΕΥΤΕΙϹ (Υ *suprascr.*) *K* *καί*] Κ *B* *εὐπαίδευτος*] *r* ΠΑΥΛΗΥΕѠϹ *R* ΕΙΠΑΙ.ΔΕΥΤΟϹ *G* ΕΥΠΑΦΔΕΥΤΟϹ *B* ΘΗϹΠΙϹΟΕΙϹ *R* *θεσπέσιος*] *r* ΘΕϹΙΤΕϹΙΟϹ *R* ΘΕϹΠΙΟϹ *HGLK* 23 ΗΕΤΟΙ *R* ΗΤΟΥ *B* ΕΤΟΙ *GK* *ὁ add. 2* (*ὁ*), *om. libri* ΟΞΙΝΘΕΙϹ *R* ΟΞΥΝΕΕΙϹ *GLK* *καὶ ὁ ὀξύς*] *μ* (*και ο οξυς*), *om. R* ΚΑΙ ΟΞΙϹ *Kr* ΚΑΙ ΟΞΥϹ *BHGL* ΦΡѠΝΟΝ *R* ΦΡΟΝΟΝ *B* ΦΡΟΝΗѠΝ *H* ΦΡΟΝѠΙ *K*

καὶ 'ὁ φρόνιμος' ἤτοι 'σοφός', 'monitus' 'ὁ ὑπομνησθείς' καὶ 'ἡ ὑπόμνησις', 'iudicatus' 'ὁ κριθείς' καὶ 'ἡ κρίσις', 'armatura' 'ἡ ὁπλίσουσα' καὶ 'ἡ ὅπλισις', 'scriptura' 'ἡ γράψουσα' καὶ 'ἡ γραφή', 'usura' 'ἡ χρησομένη' καὶ 'ὁ τόκος', 'litura' 'ἡ ἀπαλείψουσα' καὶ 'ἡ ἀπαλοιφή', 'factum' 'τὸ γενόμενον' καὶ 'τὸ ἔργον', 'dictum' 'τὸ λεχθέν' καὶ 'ὁ λόγος', 'visum' 'τὸ ὁραθέν' καὶ 'τὸ ὅραμα', 'legendus' 'ὁ ἀναγνωσθησόμενος' καὶ 'ὁ ἀναγνωστέος', 'amandus' 'ὁ φιληθησόμενος' καὶ 'ὁ φιλητέος'; sic et alia plura, quae cum tem- 23
poribus participia sunt, absque his nomina.

Illud quoque attende, quod, cum a nominibus nomina et verba et adverbia et coniunctiones soleant per derivationes vel compositiones proficisci, ut ab Aenea 'Aeneius', a patre 'patrisso', a claro 'clare', a 'qua' et 're' 'quare', et a verbis similiter nomina et verba et participia et adverbia, || ut a 'lego, lector, lecturio' et 'legens', a 'curro, cursim', ab adverbiis nomina et adverbia: 'ultra, ulterior ulterius', a participiis participia non possunt nasci nec verba, sed vel nomina, ut 'indulgens, indulgentia', vel adverbia, 'indulgenter'.

DE CASIBVS PARTICIPIORVM.

Casus quoque participia sex habent, quomodo nomina, nec sunt in VI 24
ipsis deficientia aliquo casu. nec mirum, nam in eo quoque imitantur adiectiva, quae nullo deficiunt casu, sive sint mobilia sive in duas conso-

1 φρονιμωc *R* φρονιωοc *H* ητωι *R* coφροc *G* coφωc *R* munitus *B* υπομηηcθειc *Rr* υπομνεcθειc καηyνοννycεyc *B* ἡ] ν *RHG* ὑπόμνησις] *l* ιπομνηcιc *Lr* υπομνεcιc *K* ιπομνεcιc *G* 2 iudicatus — κρίσις *om. G* κργ *Rr* κριοοειc *K* ἡ] ν *H* armatus *R* οπαιcoyca *H* οπαιcοιca *K* οπαιcοιca *Rr* κa *B* καὶ — γράψουσα] *in mg. add. K* 3 ἡ] ν *H* οπααιcιc *B* παιcεc *G* παιcιc *H* πaycιc *K* πaaιcιc *Rr* γράψουσα] *in litura rl* γραφοφα *GK* τραφ.ογca *H* πραφογca καηγραφy *B* ἡ γραφή] ηγραφε *K* νγιταφη *in litura r* κρηcoμενη *B* χρicoμενη *H* χρicoμηνη *GL* κρicoμηνε *K* 4 και τοχοc *G* ὁ *om. B* τωκοc *R* litora *Rr* ἡ] ν *RB* απααιφογca *B* απααιφογ·cεa *H* *αιταaιφοca *Rr* απααιφοφεa *G* αναaιφοφεa *K* αποaιφογca *in litura l* καηναπααιφι *B* ἡ] ν *RH* ἀπαλοιφή] *de XII vss. Aen.* § 20 *l. l.*, π απαλιφη *RDG* αποαιφη·*H* αποaιφε *K* αποaιφη *in litura* γενωμενον *R* τενομενων *G* ογνομενον *K* 5 τω *R* ο *G* ερτον *G* αεχτεν *R* αεχθεν *H* αεκθεν *GLK* κατοaογοc *B* το *R* aογοc *Rr* οραθην *RGLK* ὅραμα] *r* apama *R* οροma *in litura l* αναγνωcθεcoμενοc *B* αναγνοcθεcoμενοc *RK* αναγνοcθηcoμενοc *GL* αναγ.νοcθεc.oμενοc *H* καὶ] κ *RBH* αναγνοcτεοc *GL* αναγνοτεοc *Rr* αναγνοcθεοc *B* 7 φιαηθηcoμηνοc *G* φιαεθηcoμενοc *H* φιαεθηcoμενοc *L* φιaιθιcoμενοcκa*οφιaηθεοc *B* φιaιτεοc *G* φιaηθηοc *H* φιaετεοc *LK in* φιaιcτεοc *mut. L* alialia *R* 8 *post* nomina: Illud — nomina *add. r* 9 et aduerbia *add. r* 10 coniunctiones] *h* coniugationes *ni f. H* 11 aena *Dd* 12 re et quare *Rr* 13 lecturio] *r* et lecturio *RDHGLK* 14 ulterius participiis *G* participia *om. G* 17 DE CASIBVS PARTICIPIORVM] *om. G* participium *L* 18 quoque *om. G* 19 emitantur *K* omittantur *G* 20 * casu *H*

nantes desinentia. quae enim deficiunt, fixa sunt, ut 'fas', 'dicione', 'Iuppiter', 'Iovis', 'iter', 'preci' et 'prece', 'vicem' et 'vice', 'tabi' et 'tabo', 'maria', 'aera'. nam 'frugi' et 'nihili' et 'mancipi' et 'huiuscemodi' et similia non deficiunt aliquo casu certo, sed pro omni casu eadem terminatione funguntur, quamvis possunt haec eadem figurate magis prolata, ut dictum est, per genetivum vel dativum quam indeclinabilia esse videri, ut si dicam 'cordi homo | est mihi', 'cordi hominis', hoc est 'hominis qui mihi est cordi', 'cordi homini', 'cordi hominem', et possum cum omnibus casibus figurate iungere dativum. sic 'frugi homo', id est 'qui frugi est', hoc est 'utilitati', similiter omnibus casibus adiungitur figurate et est magis dativus. sed haec etiam de nomine latius tractavimus.

Declinantur autem participia ad similitudinem et regulam nominum in 'ns' desinentium vel in 'us' mobilium, exceptis, ut supra dictum est, illis, quae nascuntur a verbis quartae coniugationis in 'eo' desinentibus, quorum genetivus vocales nominativi 'ie' mutat in 'eu': 'iens euntis', 'quiens queuntis', quamvis Plautus 'abiendi' dixit pro 'abeundi' in Amphitryone:

abiendi nunc tibi etiam occasio est.

DE TEMPORIBVS.

VII 25 Tempora participiis accidunt eadem, quae et verbis infinitis, id est praesens, quod est etiam praeteritum imperfectum, ut 'osculari' et 'osculans', praeteritum perfe||ctum, quod est etiam praeteritum plusquamperfectum, ut 'osculatum esse' vel 'fuisse' et 'osculatus', futurum, ut 'osculatum iri' et 'osculaturus'.

Et sciendum, quod non ex omni significatione omnia tempora inveniuntur. nam cum quinque sint significationes, id est activa, neutra, passiva, communis, deponens: ab activa quidem et neutra praesentis et futuri veniunt participia, ut 'amans', 'amaturus'. in quibus quia praeteritum deficit, loco participii verbo utimur et nomine infinito, ut 'qui amavit', ὃς ἐφίλησεν, id est ὁ φιλήσας. quomodo enim loco verbi participium ac-

1 dicione] *r* ditione *RDH* decione (i) *G* decione *K* 2 iupiter *L* pręci et *in litura h* 3 * aera (&) *R* (et) huiuscemodi *Rr* 4 et (h)is similia *R* 8 quid mihi *D* possum] *b* possunt *B* 9 figuratae *H* datiuum sic: frugi *RB* 10 figuratae *H* 11 de *add. h* latius de nomine *GLK* 12 similitutidem *B* in ns] In s *R* 15 genitib; *L* uocalis *B* ie] .i.in.e. *G* mutant *D* ut iens *G* 16 quieuntis *G* Plautus] *d* platus *G* plautum *D* *Plaut. Amph. fr.* 11 *p.* 422 *Both.* *ante* abiendi: supinum (sopinum *GLK*) eius *add. RBHGLK* gerundium eius *D* habeundi *D* habeundi *R* 17 amphytryone *R* amphytrione *G* amphitrione *BDK* 18 tibi etiam occasio est *add. r* 19 DE TEMPORIBVS *om. G* 20 accidunt *om. G* 21 quod etiam *G* 23 ut *ante* osculatum iri *add. r om. RDHGLK* 24 osculaturis (v) *Rr* 25 omnia] *r* omni *R* inueniuntur — deponens *add. d* 26 quique (n) *K* sint] *r* sunt *R* id est] *om. D* id *LK* passiua neutra *B* /. pasiua communis deponens /. neutra *G* 27 depones *L* quidem] *r* quid est *R* 29 defecit *r* 30 ΟϹ ΕΦΙΛΕϹΕΝ *R* ὃς — φιλήσας] *om. D* ΟϹ ΕΦΙΛΕϹΕΝ id est

cipitur necessitatis causa cum verbo substantivo, sic etiam, ubi participium deficit, necessario verbum infinito nomini substantivo iunctum participii officio fungitur.

Passivum quoque praeteritum et futurum habet, 'amatus', 'amandus'; in praesenti autem deficit, pro quo similiter verbum cum praedicto nomine proferimus dicentes 'qui amatur', ὃς φιλεῖται, pro ὁ φιλούμενος. ex quo quoque ostenditur significatio participii, quod tam nominis quam verbi vim obtinet, quod et | hoc pro illis et illa pro hoc ponuntur. dicimus enim 'legens est, qui legit' et 'qui legit, est legens', 'caenatus est, qui caenavit' et 'qui caenavit, caenatus est'.

Illud quoque sciendum, quod saepe et praesenti pro praeterito et praeterito pro praesenti utuntur auctores necessitatis causa, cum deficiant et in 'or' desinentia praesenti et in o terminantia praeterito. praesentis tamen participium, quod etiam praeteritum imperfectum significat, solet coniungi verbis praeteriti perfecti et plusquamperfecti et significationem eorundem temporum complere, quomodo verba praesentis temporis, si adiungantur participiis praeteriti, praeteritum significant, ut 'caenatus sum, caenatus es, caenatus est' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit'. sic ergo, si dicam 'caenans fui, fuisti, fuit' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit', 'caenans fueram, fueras, fuerat' pro 'caenaveram, caenaveras, caenaverat' potest accipi. itaque quod deest Latinitatis linguae naturaliter, completur iuncturae ratione. multa tamen in his quoque, quae regula exigit dici, sive eu||phoniae causa deficiunt sive quod in usu non sunt, sicut et in aliis partibus orationis. 26

A neutris, ut diximus, sicut ab activis, duum temporum participia veniunt, praesentis, 'stans', futuri, 'staturus'. inveniuntur tamen quaedam ex eis etiam praeteriti temporis, ut 'caeno caenatus', 'prandeo pransus', 'placeo placitus', 'nubo nupta', 'pateo passus' - et a 'patior' tamen 'passus' 27

οφιλεcαc *d* οc εφιλεcαc *GLK* οc εφιλ*αc* *H* οc εφιλειαcτ *h* εφιλιcεn *B* φιλιcαc *B* partipium *K* 1 *post* substantiuo *sqq.* — substantiuo *add. g* 2 nominis *R* 3 officio] *d* officii *D* 4 quoque] *spscr. K* uero *D* 5 deficit *add. r* 6 p̄ferimus *B* ὃς — φιλούμενος] *om. D* οc φιλειται pro οφιλοιμενοc *add. d* οcφιλει ταιφια αΓ|ενοc. *G* φιλειται *H* pro ὁ *om. K* (pro) φιλογμενοc *L* 7 quoque] nunc *G* ostenditur quoque *H* 8 optinet *BDHL* illa] *d* ille *D* 9 legens est *D* (.legens) est. *Rr* *codd. per totum h. l. inter* caenandi *et* cenandi *formas fluctuantur* 10 et qui cenauit *add. r* 11 et pro (preterito) p̄senti *Dd* 12 pro *add. r* deficiant] *r* deficiunt *R* 15 perfectis *Rr* et significationem *om. G* 16 adiungiutur (a) *Rr* 17 cenatus sum *add. r* 18 caenasti *G* cenasti *K* sic] *r* si *R* sic ergo si] *h* si ergo *H* 19 pro *om. G* caenasti *G* cenasti *K* 20 Caenan fuerā *B* cenaueras cenauera(t)s *K* 21 postest *H* Latini (tatis) *Hh* 22 tamen] *r* tnen *R* quae *add. r* 23 eophoniae *Gg* ęuphonię *D* ephoniae *H* sicut in *R* 26 ut staus *RB* 28 & ex *D* preri (te ti) *Rr* prādeo *B* 29 pasus *LK* a *om. D* pasus *LK*

facit -, 'assuesco assuetus', quod quibusdam nomen esse magis videtur, sicut 'quiesco quietus'. 'iuro' etiam 'iuratus', quod etiam in passiva significatione invenitur, quippe etiam verbum ipsum Lucanus in V protulit:

Et laetae iurantur aves bubone sinistro.

Statius etiam in VII:

captivis etiam iurabere Thebis.

'coniurato' Virgilius in II georgicon:

Aut coniurato descendens Dacus ab Histro.

addunt quidam etiam a 'careo' 'cassus', quod si esset, deberet 'cassurus' facere futurum, non 'cariturus', quod Iuvenalis in II protulit:

tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno,

ut supra memoravimus. ergo 'cassus' magis nomen est, sicut 'lassus', et maxime cum vanum signifi|cat, ut:

Cassa fraude parat.

'titubo' quoque 'titubatus' facit. Virgilius in V:

vestigia presso
Haud tenuit titubata solo.

et in aliis multis neutrorum praeteriti participia vetustissimi protulisse inveniuntur, ut 'discessus', 'interitus', 'obitus', 'occasus', 'potus', 'senectus'.

28 Neutropassiva quoque, quae sunt quinque, trium temporum habent participia, ut 'gaudeo gaudens gavisus gavisurus', 'audeo audens ausus ausurus', 'soleo solens solitus soliturus', 'fio fiens factus futurus' differentiae causa, ne, si 'facturus' dicamus, simile sit participio, quod venit a 'facio' verbo, quod vim activam possidet 'fio' verbi, unde a supino eius nascitur passivum praeteriti participium et futuri activum: 'factum factu, factus facturus'; 'fido' quoque 'fidens fisus fisurus'.

A communi verbo quattuor nascuntur participia, praesentis sive prae-

facit pasus *G* 1 asue[sc]to asue[s]tus *Rr* adsuesco adsuetus *B* esse uidetur magis *LK* uidetur magis esse *Gg* 2 quie[s]tur *Rr* quod] *r* quo *R* in passiua etiam *B* 3 *Luc. Phars.* V 396 4 iurantur] *h* iurant** *H* aures *K* senistro *K* 5 *Stat. Theb.* VII 103 VII. thebaidos *dh* 6 iurauerae thebis *d* iurauerat aeuis *GLK* iurauerat huius *BDH* 7 .coniurato] coniurato. *GLKd* coniuratio *D* *Verg. georg.* II 497 8 Aut] A *K* coiurato *K* descendens] *k* discendens *GLK* 9 etiam *om.* *G* ca[s]sus *Rr* casus *LK* esse deberet cassurus faceret *B* ca[s]surus *Rr* casurus *L* 10 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* in II protulit] profert in II. *B* 12 haeredem *GLK* turturae *H* 13 ca[s]sus *Rr* casus *LK* est *om.* *R* sicut] ut *L* lasus *LK* 14 *Luc. Phars.* V 130 15 casa *L* 16 Titubo *ex* Tituuo *corr.* *B* *Verg. Aen.* V 331 *sq.* V. Aeneidos *H* II. aeneidos *B* 17 [e]pracsso *Rr* p̄ssa *G* 18 haud] aut *GLK* 20 intuseritus *K* 21 Neutropassiua *ex* Neutrapassiua *corr.* *H* Neutrapassiua *B* participia habent *G* 22 participia gaudeo *DGLK* audiens *K* a[v]sus *Hh* 23 futurus] *d* facturus *D* 25 possedet *K* 26 factus et facturus *G* 27 fi[s]xus fi[s]xurus *Rr* 28 comm[v]oni *Rr*

teriti imperfecti, quod activam solum habet significationem, ut 'criminor criminans', 'ὁ διαβάλλων οὐκέτι' καὶ 'ὁ διαβαλλόμενος', praeteriti perfecti et plusquamperfecti, quod communem habet significationem tam passivi quam || activi, ut 'criminatus' 'ὁ διαβαλών' καὶ 'ὁ διαβληθείς', futuri unum activum in 'rus' desinens, ut 'criminaturus', et unum passivum in 'dus', ut 'criminandus'. omnia tamen in 'dus' desinentia participia eadem etiam nomina esse possunt, cum amittunt tempus, ut 'amandus' 'ὁ φιληθησόμενος' καὶ 'ὁ φιλητέος', 'docendus' 'ὁ διδαχθησόμενος' καὶ 'ὁ διδακτέος', 'legendus' 'ὁ ἀναγνωσθησόμενος' καὶ 'ὁ ἀναγνωστέος'. 29

A deponenti trium temporum veniunt participia, praesentis vel praeteriti imperfecti, 'sequens', praeteriti perfecti vel plusquamperfecti, 'secutus', futuri, 'secuturus'. multa tamen ex huiuscemodi verbis inveniuntur apud antiquissimos participia praeteriti temporis tam activam quam passivam significationem habentia, ut 'meditor' μελετῶ, 'meditatus' 'μελετήσας' καὶ 'μελετηθείς' - Terentius in Phormione:

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda -,

'auxilior auxiliatus' 'βοηθήσας' καὶ 'βοηθηθείς'. Lucilius:

a me auxiliatus.

sic et 'amplector amplexus' καὶ 'περιπλακείς' καὶ 'περιπλεχθείς' - Petronius:

1 solam *GLK* creminor creminans *GLK* 2 criminans ΕΔΙΑΒΑΛΛΩΝ. Non etiam ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟC *B* ΔΙΑΒΑΛΩΝ *RK* ΔΙΑΒΑΛΛΑΝ *G* ΔΙΑΒ*ΛΩΝ *Ll* *Graeca h. l. et in proxime sqq. usque ad* ἀναγνωστέος *om. D add. d* ΔΙΑΒΑΛΟΝ.ΟΥ.ΚΕΠΙ *H* ΟΥΚΕΠΙ *Gr* *ΟΥΚΕΤΙ *L* ΟΙΚΕΠΙ *K* ΔΙΑΒΑ*ΛΟΜΕΝΟC (Λ) *R* ΔΙΑΒΑΛΟΜΕΝΟC *HL* ΔΙΑΒΑΛΟΝΕΝΟC *K* ΔΙΑΒΑΛΕΝΟΝΟC *G* 3 tam actiui quam passiui *B* 4 quam et actiui *DGK* ut *om. D* creminatus *GLK* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝΚΟΔΙΑΒΛΗΘΕΙC *B* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *Rr* ΟΔΙΑΒΑΛΟΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *H* ΟΔΙΑΒΑΛΕCΕCΙΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΗΕΙC *G* ΟΔΙΑΒΑΛΩ* ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑ**ΕΙC *Ll* ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *K* 5 ut criminaturus *om. H add. h* creminaturus *GLK* 6 creminandus *GLK* 7 esse non possunt *G* amittant *Hr* ΦΙΛΗΘΕCΟΜΕΝΟC *R* ΦΙΛΗΘΕCΟΜΗΝΟC *G* *post* φιληθησόμενος: καὶ — διδαχθησόμενος *om. B* 8 ΦΙΛΗΘΕΟC *R* ΦΙΛΕΤΗΟC *G* ΦΙΛΕΤΕΟC *L* διδαχθησόμενος] *l* ΔΙΔΑΧΘΗCΟ *H* ΔΙΔΑΧΤΕCΟ *G* ΔΙΔΑΧ*ΗCΟ *L* ΠΙΛΑΧΘΗCΟ *K* ΚΟΔΙΔΑΧΘΕΟC *B* ΔΙΛΑΚΘΕΟC *R* ΔΙΔΑΚ*ΕΟC *Ll* ΔΙΔΑΚΤΕΙC *K* 9 ΑΝΑΓΝΟCΘΗCΟΜΗΝΟC *G* ΑΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕΝΟC *K* *ΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕΝΟC *Rr* ΝΑΓΝΩCΘΗΜΕΝΩC *B* ὁ *om. GK* ΑΝΑΓΝΟCΤΕΟC *BHLK* ΑΝΑΓΝΟCΤΗΟC *G* ΑΝΑΓΕΝΟCΤΕΩC *R* 10 A *add. r* participia ueniunt *G* 11 imperfecti — plusquamperfecti] *r* perfecti uel plusquamperfecti *R* ut sequens *h* vel] et *K* sequutus *B* 12 sequuturus *D* uiuscemodi *Rr* huiusmodi *H* 14 meditjtor *Rr* medior *D* ΜΕΔΕΤΩ *r* ΜΕΛΕΤΟ *K* ΜΕΔΕΤΟ *B* medita*us *Kk* ΜΕΛΕΘCΑC *R* ΜΕΔΕΘΕCΑC *r* ΜΕΙΕΤΕCΑC *G* ΜΕΛΕΤΕC *K* ΜΕΔΗΤΗCΑC *B* 15 μελετηθείς] ὁμελετηθεις 2 ΜΕ*ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *L* ΜΕΙΜΕΛΗΘΗΤΕΙC *RD* ΜΕΙΜΕΙΕΤΗΘCΙC *G* ΜΕΙ'ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *H* ΜΕΙΜΕΙΗΤΕΔΑC *K* ΜΕΙΜΕΔΗΤΗΘΕΙC *B* *Ter. Phorm.* II 1, 18 16 sunt mihi *BDG* 17 auxilior] *d* Ausilior *D* βοηθήσας] *r* ΒΟΗΘΕCΑC *B* ΒΟΗΚΘΕCΑC *R* ΒΗΘΗΘΕΙC *K* ΒΟΗΘΗΔΙΕΙC *G* ΒΟΗΘΗΙC *R* ΒΟΕΙC *D* *Lucilius: v. lib.* VIII § 15 19 Et sic et *GLK* sic etiam *B* plector *Rr* amplexor *Dd* *Graeca add. d* περιπλακείς] *om. B* ΠΕΡΙΠΛΑΚΑΕΙC *D* ΠΕΡΙΠΛΑΚΕΙC *HLK* ΠΑΡΙΠΛΑΚΕΙC *G* καὶ] ΚΙCΙ *L*

animam nostro amplexam pe|ctore.

Cicero pro Roscio: quo uno maleficio scelera omnia videantur conplexa esse -, 'adminiculor adminiculatus' 'βοηθήσας' καὶ 'βοηθηθείς'. Varro: tribunicio auxilio adminiculatus. 'sed sciendum, quod verbis quoque plurimis, quae nunc in usu deponentia sunt, veteres sicut communibus usi sunt, de quibus, cum de verbo tractabamus, docuimus.

30 A verbo 'sum', quod est anomalum, veteres praesentis temporis proferebant participium 'ens', unde componitur 'potens'; nam 'futurus' magis a 'fio' verbo videtur nasci, potest tamen etiam a 'fui' esse existimari.

DE NVMERO.

Numerus participiis accidit uterque, singularis, ut 'currens', pluralis, ut 'currentes'. et sicut non deficiunt casibus, sic nec numeris defectiva invenies participia.

DE FIGVRIS.

VIII 31 Figuras habent, quas a verbis accipiunt. nam per se numquam componitur par||ticipium, nisi prius verbum eius componatur. ergo vel simplicia sunt vel decomposita plerumque, quae Graeci παρασύνθετα vocant, id est a compositis verbis derivata, ut 'efficio efficiens', 'intellego intellegens'; si enim ipsa per se componantur non prius verbis compositis, transeunt in nominum vim, sicut etiam, si comparentur: 'nocens innocens', 'sapiens insipiens'. simplicia enim eorum possunt et participia esse et nomina, composita vero sine dubio nomina sunt. ideo autem addidimus 'plerumque', quod sunt quaedam, quae non servant compositionis verborum compaginem, unde apparet, ea ex se composita, ut 'effringor effractus', 'contingor contactus' et similia. ('indulgens', 'amans', 'acceptus', si

III 13 Personae pronominum sunt tres, prima, secunda, tertia. prima est, cum ipsa, quae loquitur, de se pronun|tiat; secunda, cum de ea, ad quam directo sermone loquitur; tertia, cum de ea, quae nec loquitur nec ad se directum accipit sermonem. nam si dicamus, prima est, quae loquitur, potest nihil de se loqui, sed de secunda vel ter||tia, et fit dubitatio; similiter de secunda si dicamus, ad quam loquitur, potest intellegi et ad primam et ad tertiam: nam locutio ipsa pertinet non solum ad secundam, sed etiam ad primam et ad tertiam; de tertia quoque si dicamus, de qua loquitur, commune invenitur trium personarum: nam et de prima et de secunda et de tertia loquitur. melius igitur Apollonius, quem nos, quantum potuimus, sequi destinavimus, praepositis personarum definitionibus est usus.

Enucleatim tamen in singulari numero prima dicitur persona: nam in plurali conceptionem facit aliarum personarum, hoc est secundarum vel tertiarum; secundarum quidem, quando ad ipsas praesentes loquitur, ut

1 ut illius *R* suus illius suus istius *L* 3 *post* ἑαυτοῦ uel: ἑοῦ sed etiam αὐτοῦ uel *om. R*, *post* id est: sed etiam ΑΥΤΟΥ uel ΟΥ significat id est *add. r* ΕΟΥ **** *H* *ΟΥ (Ε) *L* ΕΗΟΥ *K* αὐτοῦ *v. Bekkerum ad Apollon. de pron. p.* 100 *B* 2 4 tunc] *d* t' *D* 5 κατ'] ΚΑΤΑ *libri* κατὰ ἀντανάκλασμόν *add. d* ἀντανάκλασμόν] *l* ΑΝΤΑΝΑΚΛΑΣΜΟΝ *R* ΑΝΤΑΝ.ΚΑΛΑΣΜΟ. *G* ΑΝΤΑΝΑΚΛΑΑΣΜΟΝ *H* ΑΝΤΑΝΑΚΛΑ**ΜΟ *K* ***ΑΝΑΚ*ΛΑΣΜΟΝ *L* vel αὐτοπάθειαν] *add. d* ΑΥΤΟΠΑΤΕΙΑΝ (Θ) *Rr* ΑΙΤΟΠΑΘΕΙΑΝ *G* ΑΥΤΟΠΑΘΙΑΝ *in litura h* 7 cum retransitive] *rd et in litura h* cum se transitiuo *R* cum retransit quae *BDGK* cum retransi** (tĩ) *L* cum retransitiua *l* *Ter. Andr.* IIII 2, 4 oráre iussit, si se ames, era (hera *Bas.*), iám ut ad sese vénias 9 orare] *b* orate *B* (h)era *Rr* aera *HL* era* *B* uenias *ex* uenies *corr. H* 10 De personis] *om. DG* De personis pronoũm *K* 12 *verba post* loquitur *sqq. usque ad* loquitur *add. r* de ea pronuntiat ad *r* (?) de persona ea ad *Dd* adquam *in mg. L* 14 sermonem] *d* **** *D* 15 de se nihil *B* sed (de) secunda *Dd* 16 (si) dicamus *Rr* 17 loquutio *D* 18 tertiam ut dido locuta est. De *B* 19 comm*une *L* nam et de prima et de secunda nam et de prima et de secunda *K* et (de) secunda *H* 20 appollonius *RHGLK v. Apollon. de pron. p.* 22 *A* 9 *sqq. Bk. coll. eiusdem ann. ad lin. B* 3 *v. etiam de synt.* I 3 *p.* 13, 19 *sqq.* II 10 *p.* 113, 15 *sqq.* III 25 *p.* 254, 4 *sqq. et* 27 *p.* 259, 14 *sqq. Bk.* 21 se*qui (d) *H* distinauimus *K* defini(t)cionibus *Rr* 22 usus enucleatim. Tamen *H* usus. enucleatim Tamen *h* 23 Enucliatim *G* dicitur] *k*, *ex* dicatur *corr. H* dicatur *Kb*

'ego et vos facimus', tertiarum vero, quando ad alios loquens, id est ad secundam personam, alios sibi vel praesentes adiungit vel absentes, ut 'ego et isti facimus' vel 'ego et illi fecimus'; potest tamen et utrasque simul sibi adiungere, ut 'ego et vos et illi fecimus'. secunda vero ter- 14
tiam concipit solam, 'tu et ille' vel 'vos et illi fecistis', tertia autem tertiam solam 'isti et illi fecerunt'. itaque etiam in hoc ostenditur late patens tertiae personae copia, quae omnibus adiungi potest. quid igitur 'quod multi simul loquentes dicunt, nos fecimus'? non est supra dicto contrarium: unusquisque enim loquentium conceptionem facit eorum, qui una secum loquuntur, quippe cum unusquisque pars est totius, qui si velit ceteros indicare secum loquentes, necessario secundae vel tertiae eos attribuit personae. idque tam in pronominibus quam in verbis contingit, in quibus et finiuntur personae.

Et sciendum, quod in prima quidem et secunda persona pronomen ponitur, in tertia vero non, nisi demonstratione egeat vel relatione. nam plerumque nomen in eius locum ponimus, ut si Pompeius dicat ad Caesarem 'ego et tu et Crassus | teneamus rempublicam'; sin autem egeat demonstratione vel relatione, tunc ponimus pro||nomen, ut 'ego' et 'tu' et 'ille, quem vides' vel 'ego' et 'tu' et 'is, de quo dixi'; nam omne 15
nomen tertiae est personae absque vocativo, sicut supra dictum est, nisi substantivo vel vocativo verbo coniungatur, et iure, quia ipsa positio prima nominum non ad aliquem, sed de aliquo habet locutionem; dicimus enim 'nominetur hic, qui natus est, Virgilius', nominativum proferentes; prima enim et secunda, nisi figurate, adiunctione nominis non egent, cum et substantiam et qualitatem tam suam ipse qui loquitur, quam eius, ad quem praesens praesentem loquitur, videtur scire vel aspicere. tertiae vero personae ideo congrue adiunguntur nomina, quia potest vel abesse persona vel spatio eius qualitas obscurari. itaque pronomine quidem substantia per se, nomine vero etiam qualitas manifestatur, de qua saepe fit dubium in ea persona, ut Virgilius in VI:

Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?

cum ignoratur propria eius qualitas, quaeritur nomen. solam enim sub-

1 et uos faciamus *RL* ad ali** *H* ad aliā *h* 2 sibi praesentes *GHLK* 3 fecimus *BDHLK* vel] et *GLK* 4 adiunguire *K* 5 ille fecisti uel *G* 9 enim *add. r* faciunt *L* 10 locuntur *RDH* Quipe *L* cum *add. b* 11 cetero *R* eçteros *r* necessario uel secundae (sęcundę *D*) uel *BDHGLK* 12 adtribuit *B* Id[q.] tam *Rr* 14 prima] *r* primo *R* 15 preponitur *Rr* [at N M U prae] proponitur *B* ratione [el] *Hh* 16 nomen] noĩ *G* 17 tu crassus [et] *Rr* rempuplicam *G* 20 tertiae est] *ex corr. r* tertia ēē ni *f. R* est *om. G* uocatiuo casu *B* 21 subtantiuo *H* uerbo *om. B, in mg. post* substantiuo *add. b* coniungantur *Rr* 23 qui] quia *R* 24 enim *om. K* figuratae *H* cum enim et *K* 25 qui *om. G* [quam] tam eius *Kk* 27 congrue] *r* congruae *RH* adiunguntur congrue *B* 28 spacio [t] *Dd* qualit [as] *Dd* 29 manifestetur [a] *D* demonstratur *BGLK* 30 *Verg. Aen.* VI 864

stantiam, non etiam qualitatem significant pronomina, quantum est in ipsius prolatione vocis.

DE GENERIBVS PRONOMINVM.

VI 16 Genera pronominum sunt quinque: masculinum, 'hic', femininum, 'haec', neutrum, 'hoc', commune, 'nostras', 'vestras', trium generum, ut 'ego', 'tu'. cum igitur omnia pronomina, ut supra docuimus, sint quindecim, alia omnia mobilia sunt, id est ex masculinis feminina et neutra faciunt, absque tribus primitivis primae et secundae personae, 'ego' et 'tu', in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit, et 'sui', quod cum sit relativum, ut docuimus, tam genus quam numerum non vocis discretione, sed priore cognitione subicit. relatio enim est cognitionis ante latae repraesentatio, ut 'scribit Virgilius ad laudem sui', 'rogat te ille, ut sui causa facias'. quodsi quis dicat 'cur ergo etiam 'is', cum| sit semper relativum, non est commune trium generum?', respondemus, quod || 'sui, sibi, se a se', non solum relationis causa, quod supra diximus, sed etiam ipsius terminationis singulorum casuum, qui consimiles sunt primae et secundae, hoc habuit, ut confundat genera. quomodo enim Graeci per tres personas primitivorum obliquos casus similiter habent terminantes, qui et communes sunt omnium generum: ἐμοῦ σοῦ οὗ, ἐμοί σοί οἷ, ἐμέ σέ ἕ, sic nos quoque illorum auctoritatem in plerisque secuti per tres personas habemus pronomina similiter terminantia per obliquos casus et omnis communia generis: 'mei tui sui, mihi tibi sibi, me te se, a me a te a se'; alia vero omnia, sicut apud Graecos, mobilia sunt, ut 'ille illa illud, iste ista istud, hic haec hoc, is ea
17 id, ipse ipsa ipsum'; derivativa quoque: 'meus mea meum, tuus tua tuum, suus sua suum, noster nostra nostrum, vester vestra vestrum'. duo tantum inveniuntur communia 'nostrâs' et 'vestrâs', quorum perfecta 'nostrâtis' erant et 'vestrâtis'. unde quia 'ti' syllabae syncopa facta est,

1 est] r esse R 3 DE GENERE VOCIS PRONOMINV̄ B DE GENERE ***** PRONOMIN. (ni; I ex E corr.) H De generibus LK inscr. om. DG 4 ut hic D feminum H 5 ut haec D commune — pronomina add. r Commune hic et hęc nostras B 6 docuimus] diximus G sint] add. r sunt L 7 alia] rh alia autem RDH masculinis] b masculis B 9 ipsa add. G 10 ut om. B 11 subięcit Rr relatio] r Ratio R est om. G 12 ragat (o) H rogate ille R 13 ut] d et D causa sui DHL facias spscr. K ego (r) Dd 16 qui] d que R quę BDHr cum similes B 18 ca*sus (u) B 19 terminantes] r terminationes RK qui] quae RDLK commune B EMAY LK ἐμοῦ — ἕ] om. D Gr. d, quae ipsa vocc. in mg. add. EMAI. COY. ϜOY. ΕΛΛΟΥ. COY. ϜOY. EMHCE. ϜE. G οὗ] add. r 20 ἐμοί] h EMO* H EMOY COY OY B EMO* CO* ϜO* (Y-Y-Y?) Ll EMOY COY ϜOY K οἷ] r OY R ἐμέ] l EM*(H?) L EMH K illorum] illorum auctorum Rr eorum D auctoritatem illorum G 21 implerisque B 22 obliquo (s) Rr commonia (v) D mei] r me R 23 a me add. d 24 iste] istae B 25 ips*e K 26 tantum] tamen K 27 et om. GK 28 et om. G tis b

mansit in a accentus perfecti, quomodo et in aliis multis, ut 'Arpinâs' pro 'Arpinâtis', 'fumât' pro 'fumâvit', 'cupît' pro 'cupivit', 'illîc' pro 'illîce'; itaque neutrum quoque eorum in e finitur: 'nostrate', 'vestrate', ex quo ostenditur illorum quoque nominativus in 'tis' secundum analogiam a vetustissimis prolatus esse. Cassius Emina in III annalium: hos libros si quis nostratis sapiens. M. Cato in legis Meviae suasione: rex Seleucus arma nostratia facit. Plautus in Sticho:

Ergo oratores populi summates viri
Summi accubent, ego infimatis infimus,

pro 'infimas'.

Necesse est autem omnia pronomina tria habere genera vel in una eademque voce confusa vel in diversis distincta terminationibus ideo, quia pro uniuscuiusque rei propriis accipiuntur nominibus, quae tam in masculinis et femininis quam in neutris inveniuntur generibus, quae in pronominibus quoque necesse est ostendi, seu demonstratione sive relatione. 18

Quaeritur tamen, cur habeat genus neutrum prima et secunda persona, cum naturaliter sermo nonnisi inter || mares aut feminas exercetur, quorum sunt primae et secundae personae, id est a quibus profertur et ad quos dirigitur loquella? ad quod dicemus, quod possunt equidem etiam hominum inveniri nomina neutri generis, ut in maribus 'hoc Basion, Heliconion', quomodo etiam in feminis 'Glycerium, Dorcium'. possumus tamen etiam ad res, quae non habent naturam loquendi vel audiendi, per conformationem, id est προσωποποιΐαν, primas et secundas adiungere personas, etiamsi sint generis neutri, ut foro, mari, caelo. illud 19

1 quomodo et] *r* quomodet *R* 2 pro *om. K* arpinat*s *Hh* fumât] fumânt *Rr* illi *B* 3 illicce *RBDHL* 5 *Cass. Hem. ann. lib.* III *fr. p.* 161 *Kr.; lib.* IIII *Krehlium secutus assignavit Rothius l. l. Cass. fr.* 38 *p.* 294 IU *inter* III *et* IIII *fluctuans H* Emina] *D v. lib.* VII § 11 Hemina *RBHLK* Emina in III annalium *om. G* annalium] *r* analium *RD* 6 *M. Catonis suasio legis Meviae: Cat. or.* 88 *p.* 124 *sq. ap. Meyerum l. l.* Meviae] *d* maeuiae *BD* meae uiae *GLK* Maeniae *Popma* 7 *Plaut. Stich.* III 2, 36 *sq.* (*v.* 492 *sq.*) *cf. lib.* VII § 61 in Sticho] *om. G* in isticho *R v. Osannum de tab. patronatus Lat. p.* 17 *Lachmannum ad Gai.* I 190 *et ad Lucret.* IIII 283 *coll. eiusdem cod. v. l. ad lib.* II § 17 VI 81: istrimoniae, istoici

9 oratores *ex* hortores *corr. D* 10 accumbent *RBDHLK* infimis (v) *RrD* infimis *BK* 12 habere tria *K* habere trea *G* 13 terminationibus *ex* terminationebus *corr. K* quia] *r om. K* que *R* 14 *post* nominibus: quae tam — pronominibus *in mg. add. d* masculinis et] masculinis quam in *G* 15 quam ineutris *B* quae *add. g* 16 quoque *add. g* sive] sũ *K* seu *G* re**latione (ue) *R* raelatione *B*

18 sermo] se *literis extr. abscissis B* nonnisi *om. GLK* aut] *r* et *R* 19 secundae *D* 20 loquella] *BDH v. Lachmanni ad Lucr.* III 1014 *ann.* loquela *RGLKdh* et ad *K* quod possuit (n) *K* quod posunt *r* quo posunt *R* aequidem *DG* 21 hominum *add. d* bassion *BDHGL* 22 hoc *ante* Heliconion *repet. DHGLKr* eliconion *BHG* elicenion (o) *D* elicomon *K* femininis *BH* gligerium *GK* gliggerium *L* 23 habeant *BGLr* 24 προσωποποιΐαν] *om. D* GR̃. *et in mg.* GR̃. ΠΡΟC.ѠΠΟΠΟΙΕΑΝ *d* ΠΡΟCѠΠΟΙΕΙΑΝ (π) *H* ΠΡѠCΟΠѠΠΟΙΕΙΑΝ *Rr* ΠΡѠCΟΠΟΙΕΙΑΝ (ο) *L* ΠΡΟCΟΠΟΙΕΑΝ *G* ΠΡΟCΟΠΟΙΘѠΝ *K* prosopeiã *B*

quoque notandum, quod derivativa pronomina, quae sunt septem, ut supra ostendimus: 'meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras', alterius sunt intrinsecus generis, hoc est communis trium generum, in quo possessor ostenditur, et alterius extrinsecus, hoc est mobilis, in quo possessio denuntiatur, quod terminatione consequenti discernitur, quomodo et numerus, sicut supra docuimus, quamvis qualitatem ipsius possessionis non declarant, nisi adiungas nomen. et sciendum, quod intrinsecus proprii loco funguntur, extrinsecus vero magis appellativi.

Nec solum in pronominibus derivativis, sed etiam in nominibus possessivis et quae a propriis derivantur, infinitae possunt intellegi possessiones, nisi adiectione nominis alicuius discernantur, ut 'meus filius', 'Telamonius natus', 'Euandrius ensis', et vide, quod appellativa magis asciscunt, quae communis sunt qualitatis. tam autem possessiva pronomina quam nomina in genetivum primitivorum resolvuntur. quid est enim 'meus filius'? 'mei filius'; 'Euandrius ensis'? 'Euandri ensis'.

Commune habent possessiva pronomina cum possessivis nominibus, quod in utrisque | possessio subauditur, quod binae intelleguntur personae, quod in genetivos primitivorum similiter resolvuntur cum possessione; non commune, quod pronomina possessiva || omnis sunt communia possessoris, nomina vero possessiva non omnis - 'Hectoreus' enim 'clipeus' unius est proprium possessoris; nec non ab appellativis quoque derivata, quamvis sint multorum communia possessorum, non tamen sic possunt esse communia, quomodo pronomina, ut 'humanus', 'marinus' -, et quod nomina tertiae intelleguntur personae, nisi adiungantur verbis substantivis vel vocativis, pronomina vero et primae et secundae inveniuntur personae.

3 generis intrinsecus *G* 5 denunciantur[t] *Rr* denuntietur *K* 6 sicut *add. r* no[n] *Rr* 7 diclirant[a] *K* 8 extrinsecus] *****nsecus *literis primoribus abscissis B* apellatiui *D* 9 nominibus] *b* omnibus *B* 10 possessionis[e] *Rr* 11 adiectione] *k* adiunctione *K* adiunctione alicuius nominis *H* filius meus *GLK* thelamonius *G* 12 Euadrius *D* *Verg. Aen.* X 394 Euandrius abstulit ensis apellatiua *D* adsciscunt[uel i] *BDHr* 13 commonis *D* communes *G* 14 quam] tam *LK* quam nomina *add. r* 15 mei[s. nisi] *Rr* nisi mei *DGLh* ensi[s] *Ll* ensis nisi euandri *GL* Euandri ensis[ses] *add. d* 16 possiuis *Bb* 17 utrisque] *k* utriusque *H* subaudiatur *Rr* quod] . Quod *D* et *R* et quod *r*; *copulam omisi coll. Apollonio de pron. p.* 133 *A* 10 *Bk.* uinę *B* intelguntur[lo] *Rr* 18 quod *cf. Apoll. l. l. p.* 134 *B* 1 et quod *R* ; Cum possessione non *R* possessione non commune. Quod *BD* possesione. non commune quod *d* non commune] *v. Apoll. l. l. B* 2 non commune habent *R* 19 omnis] *rd* oms *D* omni *R* commonia[v] *Dd* 20 uero *om. G* Hectoreus] *r* hectorius *RGK* haectoreus *BDH* enim] autem *D* clypeus *B* clepeus *K* 21 est *om. G* possessores[i] *H* ab *om. G* deriuatiua[a] *Dd* deriuati[a] *Hh* 22 commonia[v] *Dd* non] nec *L* 23 commonia[v] *Dd* quod *add. g* 24 adiunguntur *D* subtantiuis *R* 25 Promina *H*

dubitatur numerus possessoris in nominibus possessivis, quae ab appellativis derivantur, ut, si dicam 'taurina vestigia', possunt et unius et multorum intellegi taurorum, in pronominibus vero non, quia tam per singularem quam per pluralem numerum positiones sunt, excepto 'suus', cuius primitivum, id est 'sui', commune est utriusque numeri. possessiva nomina ascendentibus non solent adiungi, ut 'Hectoreus pater' non dicimus, 'frater' vero vel 'servus' dicimus; pronomina vero adiunguntur, ut 'meus pater'.

DE FIGVRIS.

Figura pronominum duplex est; aut enim simplicia sunt pronomina aut composita. simplicia sunt omnia alia per nominativos, tria tantum componuntur unam interpretationem apud Graecos habentia οὗτος: 'iste', 'hic', 'is'. componuntur igitur 'iste' et 'hic' secum, ut 'istic istaec istoc'; 'is' vero cum adverbio 'idem', quod significat 'is demum', ex quibus et componitur [hoc est 'iterum is']. eius femininum 'eadem', neutrum 'ĭdem' i correpta, quae in masculino producitur. Virgilius in IIII Aeneidos: V21

Īdem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.

Iuvenalis in I:

et tamen alter
Si fecisset ĭdem, caderet sub iudice morum.

in neutro tamen praeterea geminatur compositio: dicimus enim 'identidem', id est 'idem | et idem', cuius obliqui deficiunt casus. et nomi||nativus quidem tam masculini quam neutri ex duobus est corruptis nec non accusativus tam masculini quam feminini: mutatur enim m in n ante d euphoniae causa, ut 'eundem, eandem', quod in aliis quoque compositis fieri solet propter eandem consonantem, ut 'quendam, quandam; quorundam, quarundam', quae tamen possunt et per adiectionem habere extremam syllabam. ceteri vero casus supra dictorum pronominum, hoc est 'eadem, 22
eiusdem, eidem, eodem, eadem, eisdem, easdem, eosdem', ex integro et

1 numerus] *om. R* uero numerus *r*, *at cf. Apoll. l. l. C* 1 numerus "in omnibus "possesoris possesiuis *K* in nominibus] *b* in omnibus *BHGL* apellatiuis *D* appelatiuis *G* 3 uero *add. d* 4 quam pluralem *DK* possitiones *G* possesiones *D* 6 haectoreus *Brh* hectorius *GLK* haectorius *RDH* 7 uero adiunguntur *om. GLK add. k* 9 DE FIGVRA *BHL inscriptionem om. DG* 10 Figura quoque pronominum *K* sunt omnia pronomina *GLK* 11 nominatiu*os *H* .Trea *G* 12 interpretionem *B* οὗτος] *α* (*ουτοσ* *3*) ΑΥΤΟϹ *d* ΑΥΤΟϹ *D rell.* 13 is hic *GLK* isthic isthaec *K* istec *D* 14 istuc *Rr* isthoc *K* 15 et *om. GLK* 16 correpta] *r* correptam *RB* *Verg. Aen.* IIII 679 (*deficit Rom.*) 17 IIII] *d* VII. *D* 18 ferre *R* hora] *sic etiam Verg. Fr.* ora *LK Pal.* 19 *Iuv. sat.* I 4, 11 *sq.* in I *om. G* 21 caderet] *rh* cadere *RBHGLKd* cadarei *D* 23 et *D* ca*sus(u) *B* 24 duobus] *d* duabus *DLr et ex* duabus *effectum H* correptis *Rr* accussatius *L* 28 quarundam] *h* quarandam *H* 30 eadem] eodem *D* eosdem easdem *G*

corrupto inveniuntur. itaque regula exigit per duas i vel per e et i tam nominativum pluralem masculini quam dativos et ablativos omnium plurales scribi, id est 'iidem' vel 'eidem' et 'iisdem' vel 'eisdem'. Iuvenalis in V saturarum:

dat eisdem ferre cinaedis.

solent autem auctores etiam per synaeresin unam i ponere pro duabus, ut Virgilius in I:

et crudelia secum
Fata Lyci,

pro 'Lycii', et

ille urbem Patavi,

pro 'Patavii', Iuvenalis in IIII:

Antoni gladios potuit contemnere, si sic,

pro 'Antonii'. 'iste' vero et 'hic' non componitur nisi per eos casus, qui in c desinunt, absque dativo, id est per nominativum, accusativum, ablativum singularem, per pluralem vero nullum nisi nominativum neutri, qui est et accusativus. nam hic solus in plurali numero c habet finalem — ut 'hic istic, haec istaec, hoc istoc, hunc istunc, hanc istanc' (Terentius in heautontimorumeno:

Suspicionem istanc ex illis quaere),

'hoc istoc, hac istac, haec istaec' —, qui semper singularem sequitur feminini. quidam tamen haec quoque per metaplasmum finis quam compositionem proferri confirmant, unde nec aspirationem servant, quomodo nec 'illic illaec'; quod autem composita servant, ostendunt adverbia 'adhuc', 'abhinc'.

Nam 'egomet' et cetera, quibus adiungitur 'met', magis per porrectionem vel assumptionem, quam Graeci vocant ἐπέκτασιν vel παραγωγήν,

1 duas ii *RBH* ii *Dd* (duas *superscr.*) 2 pluralium scribi *GLK* 3 iidem et eidem *D* iisdem] *ex* eisdem *corr. B* *Iuv. sat.* V 14, 30 4 in V saturarum *om. G* V *Krehlius* II 538; II. *libri* saturarum *Rr* sat(y)urarum *D* satirarum *G* saturarum Implet et ad moechos dat *B*; *versus integer affertur lib.* VII § 15 XIII 15 XVIII 288 5 cinedis *H* cenaedis *G* a(c)eneidis *Kk* 6 pone(re) *Rr* 7 *Verg. Aen.* I 221 *sq.* in I *om. D* 8 crudilia *K* crudeli *G* 9 fatalici *H* lici *BD* 10 pro Lycii *om. D* licii *R* *Verg. Aen.* I 247 11 ile *R* ille urbem *om. B* petaui *G* 12 pro pataui *R* pro petauii *G* *Iuv. sat.* IIII 10, 123 III. *RBDHK* tertio *L* 13 gladios] *r* gladius *RDH* potuit contempnere posset si *B* contempnere *RKd* contenere *D* possit *post* contemnere *add. DHGLK del. dh* 15 et accussatiuum *K* 16 nominativum] *b* nomina *B* 17 est (et) accusatiuus *Rr* 18 isthic *K* istaec] stęc *R* isthaec *K* isthoc *K* isthunc *K* isthanc *K* *Terent. heautontim.* V 2, 41 19 hęautontimorumeno *RD* eaytontimorumeno *B* *eautontimorumeno(h) *L* eaautontimoro meno *K* phormione *G* 20 Suspicionem] *sic Bemb. Bas.* suspitionem *DH* istā *Bas.* q̃rerę *G* 21 isthoc *K* isthac *K* isthaec *K* semper per singularem *B* feminini sequitur *K* femini *D* 24 illaec] illuc *in litura h* illac *K* autem] *b* atem *B* adhuuc *Rr* 25 et abhinc *GLK* 26 adiungitur] *h* adiunguntur *H* 27 adsumptionem *B* uocant *add. h* ἐπέκτασιν vel παραγωγήν] *om. D* GR *et in mg.* ΕΠΕΚΤΑCΙΝ uel ΠΑΡΑΓωΓΙΝ (Η) *d* paragogen *R* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ *BK* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ (Ε) *G*

solent proferri. et primae quidem personae omnibus | adiungitur || casibus: 'egomet, meimet, mihimet, memet', secundae vero personae obliquis solis: 'tuimet, tibimet' - Statius in VIIII Thebaidos:

Ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores -,

'temet'; nominativo autem ideo non additur, ne dubitationem faciat, cum etiam verbum intellegi possit, si dicamus 'tumet'. itaque brevem 'te' syllabam pro 'met' ei addere solent auctores vel 'temet'. Lucretius in primo:

Accipe praeterea, quae corpora tutĕ necesse est.

idem in eodem:

Tutĕmet a nobis iam quovis tempore vatum.

Ennius:

O Tite tutĕ Tati tibi tanta tiranne tulisti.

Alphius Avitus in II excellentium:

Seu tutĕ malis hospites,
Seu tutĕ captivos habes;

sunt enim dimetri iambici. unde neque in alio casu eandem 'te' syllabae adiectionem invenies. nec non pluralis numeri casibus additur 'met' aliis absque genetivo: 'nosmet, nobismet' et 'vosmet, vobismet' - Cicero de domo sua: vobismet ipsis pontifices -, tertiae quoque personae 24 triptoto, id est 'suimet, sibimet, semet'.

'Pte' quoque ablativum [trium] pronominum possessivorum invenio asciscere: 'meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte'.

Sciendum tamen, quod 'met' et 'te' adduntur supra dictis pronominibus vel discretionis causa plerumque vel significantiae, ut Terentius in adelphis:

3 ut tuimet *GLK* *Stat. Theb.* VIIII 67 in VIIII Thebaidos *om. G* VIII. *RB* tebaidos *L* 4 screpta *B* laturos (v) *G* honores tenet. Nominatiuo *R* 5 iddeo *Dd* 6 uerbum *in mg. post* intellegi *add. k* 7 solent addere *GLK* *Lucret.* I 269 8 prima *DHL* 9 Accipere *B* quae] *sic etiam Lucr. oblongus, 'corrector oblongi* quod, *quadratus et schedae omittunt'* (t)lute *Rr* est *om. G* 10 *Lucret.* I 102 11 Tutemet] *r* tu autem et *R* quouis *etiam corr. cod. Lucr. oblongi* quoduis *libri Lucr. opt. rell.* 12 *Enn. ann.* I 151 *E. S.* 49 *Ilbg.* LXXI *p.* 18. XXXVIII *Vahl.* 13 tiranne] *R* tyranne *rell.* 14 auitius *K* *Alphii Aviti excellentium lib.* II *fr. v. ll. lib.* VIII § 44 *ll.* 15 tote *Rr* mauis *Valesius in adnot. ad excerpt. Peiresc. p.* 82 (h)ospites *Rr* ospites *GL* obsides *Valesius l. l.* 16 captiuos, habes *Andr. Schottus in* (*Aur. Vict.*) *de vir. ill. c.* 23 habe(i) *Valesius l. l.* aues *Stewechius ad Apuleium p.* 150 17 demetri *Hh* iambi *D* 18 numeri*(s) *H* additur met casibus *G* 19 nobismet uosmet et *B* *Cic. de domo sua or.* 17, 45 20 domu *GK* uosmet *G* 22 trium] *in mg. add. K* quinque *edd. et sic scripsisset Priscianus cf.* § 1. 29 posesiuorum pronominum *G* possesiuorum pronominum *K* a(d)sciscere *Rr* adsciscere *BDH* 23 tuapte *om. D* 24 quod et met et *LK* et met et te et pte *B* et met et te (et pte) *Dd* pronominibus supradictis *D* (pro)nominibus *Rr* 25 uel pro discretionis *B* *Ter. adelph.* IIII 4, 20 26 in adelphis *om. G*

Egomet rapui,

intellegimus enim 'ego et non alius'. Cicero pro Murena: quid? quod, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas? 'tute' dixit pro 'tu ipse per te et non per alium'. nam 'tētē' utraque producta accusativus esse geminatus ostenditur vel ablativus, quod et in prima et in tertia solet fieri persona, ut 'méme', 'sése'; composita tamen ostenduntur accentu paenultimo acuto. nec mirum, eam compositionem in his solis casibus inveniri, qui soli inter obliquos supra dictorum pronominum singulares sint monosyllabi: supra dicta enim geminatio in aliis casibus fieri non solet. et sciendum, quod hoc quoque ad Graecorum imitationem facimus, ut inveniantur quidam casus adhibentes com||positionem vel adiectio|nem, alii vero abnegent. solent enim apud illos Attici ἔγωγε, ἔμοιγε per duos casus, id est nominativum et dativum, addere, quae παραγωγή per alios casus non invenitur; ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ deficiunt nominativo.

'Ce' quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus vel demonstrativis pronominibus, hoc est ab aspiratione incipientibus, ut 'hicce, huiusce, haecce, hocce', unde 'hoc' quasi duabus consonantibus sequentibus solent poetae producere, ut:

Hōc erat, alma parens, quod me per tela, per hostes
Eripis?

et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis c scriptum, quomodo est apud Terentium in Andria:

Hoccine est credibile aut memorabile?

2 et ego et *DG* *Cic. pro Murena or.* 36, 77 3 quod cum] cum *Cic. plerique* quod *Helmst.* quaeso *Oxon. T* ammoneris *DHGLK* admoneres *B* tamen] eciam *Cic. Oxon. T* tamen quesi (.tamen) tute *Rr* ita et *GLK* salutes *Cic. Monac.* 68 5 quod in prima *G* 6 compositamen (ta) *Rr* tamen haec ostenduntur *G* 7 compossisionem (t) *K* 9 sunt *d* 10 et sciendum, quod hoc quoque ad *om. GLK* sciendum hoc quoque (ab) ad *add. l* 11 emitationem *K* 12 negant *K* illos] grecos *B* 13 *Graeca per totum h. l. om. D* ΓѠΓΕ (E) *H* ΕΓΟΓΕ *B* ΕΓѠΓΕ ΕΜѠΓΕ (N) *add. d* et. ΕΤѠΤΕ ΕΑΜΟΥΤΕ *G* et ΕΓѠΤΕ *ΜΟ*ΤΕ (E I) *Ll* et ΤΕ ΕΓΟΓΕ ΕΑΥΜΟΥΡΕ *K* ΕΜΟΙ ΤΕ *Rr* casus *add.* d 14 adere (d) *Rr* παραγωγή] *om. D* ΠΑΡΑΓѠΓΕ *Rd* ΠΑΡΑΓΟΓΕ *B* ΠΑΡΑΤѠΤΗΝ. *G* inueni**tur(un) *L* ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ] *add. d* ΕΜΑΥΤѠΥ ΣΑΥΤѠΥ *R* ΕΜΛΑΥΤΟΥ ΣΑΤΟΥ *G* ΕΜΑ*ΥΤΟΥ (Y) ΣΑΤΟΥ(Α) *L* ΕΜΑΙΓΟΥ ΣΑΥΓΟΥ *B* ΣΑΙΤΟΥ *H* ΕΑΥΤΟΥ *K* 16 arddere *K* 18 hocce haecce *K* 19 Consequentibus *R* cc sequentibus *Bd* c sequentibus *DHGLK* *Verg. Aen.* II 664 *sq.* 20 Hoc] *sic etiam Med. Pal. Ver.* (*deficit Rom.*) hocc *dh cf. sqq. et lib.* XIII § 9 hoc (c) *L* hoc (uel c) *Kk* hocce *R* tela (per ignis) hostis *Hh* tela (per) hostes *Bb* hostes] ignes *Priscianus lib.* XIII § 9 *et sic vel* ignis (*Med.*) *codd. Verg.* (*in Pal. h. l. lacuna, de Rom. v. supra*); hostes *videtur gloss. ad* tela *pertinens, cui genuina lectio* ignes *cessit* 23 *Ter. Andr.* IIII 1, 1 24 est *sup. lin. add. Prisc. vet. cod. Cantabrig. a Bentleio ad hunc Ter. l. l.* est credibile * aut(ē) *L*

nunc vero eorundem pronominum his casibus frequenter additur 'ce', qui in s desinunt, euphoniae causa: 'huiusce, hisce, hosce, hasce'. nec solum poetae, sed etiam oratores his utuntur supra dictis adiectionibus. Cicero in II invectivarum: hosce ego non tam milites acris quam infitiatores lentos esse arbitror. inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem 'hisce' proferentes antiqui, ut Terentius in eunucho: 26

hisce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem esse,

in quo videntur euphoniae causa s interposuisse. nec non similiter 'illicce', unde 'illic' quasi apocopa facta in fine servat accentum. Terentius in Andria:

illic est huic rei caput.

'illiusce', 'istiusce', 'illucce', 'istucce' veteres dicebant teste Papiriano, qui de orthographia hoc ostendit. Terentius in heautontimorumeno:

Illancine mulierem alere cum illa familia.

Haec igitur, hoc est 'met te pte ce' adiectiones esse ipse sensus arguit, qui nullus in his separatis potest inveniri: nihil enim compositum dividitur, quod cum separetur, quamvis sit ex corruptis, non tamen haec eadem corrupta ab integris esse ostendat, ut 'expers' ab 'ex' praepositione et 'pars', 'conficio' a 'con' et 'facio', 'idem' 'is demum'. ergo 'egomet, tute, suapte, huiusce' minime dicenda sunt composita, quia additio, si separetur, nihil significare possit per se. ||

Quaeritur, 'eccum, eccam, ellum, ellam, eccos, eccas, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum' prono|mina sint composita an adverbia? ad quod dicendum, quod adverbia personas simul et numeros et ca- VI 27

1 ^{o}erundem *Rr* qui] quae *B* 3 utuntur his adiectionibus supradictis. *G* subpradictis *H* *Cic. in Catil. or.* II 10, 21 4 milite sacris *B* aceris *GLK* acres *libri Cic.* 5 infi$^{t\ alo}$ciores *Rr* inficiatores *GLK* lentos *om. Cic. Rhenaug.* 6 hisce] *v. Ritschelium monum. epigraph. tria* p. 20 *Ter. eunuch.* II 2, 38 *sq.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 8 hisce *etiam Bemb.* hijce *Bas.* arbitrẹut** *Bemb.* 10 interposuisse] *d* interpotuisse *D* illice *GL* 11 accen^{ntum} *Rr* *Ter. Andr.* II 6, 27 ..!... illic est huic (hui^{c} *Bas.*) rei caput 13 illicce huius *H* huic] *B* huius *rell.* '*et sic certe Donatus*' *Fl.* caput] *r* capud *RD* 14 illuce *LK* istuce *LK* paperiano *GK* 15 hortographia *R* ortographia *BK* ortagraphia *GL* ortografia *H* *in frustulis Papiriani a Cassiodoro excerptis haec non servata sunt* hoc *add. r* *Ter. heautontim.* IIII 5, 3 in heautontimorumeno *om. G* eaytontimorumeno *B* heautantimorumeno *L* eaauton *K* 17 illanccine *RH* muliere malere *GL* mulierem malere *K* alere *ex corr. h* 18 ịd^{hoc} *L* pte ce te *K* 19 nullis *H* his] *d* he *D* 20 quod] *r* quo *R* quod *** cum *B* quod non cum *LK* . Quod non cum *H* quod „cum ‚non *G* quam uix^{s} *Dd* non *om. DGLK del. h* 21 ostendit *GL* expers] *r* ẹxpres *R* $^{\tilde{p}}$positione *Hh* 22 conficio *ex* conficia *corr. L* is et demum *BGd* 23 quia] quae *B* 24 posset *B* 25 ellam] *add. r om. R rell.* 26 sint] *r* sụnt *H* sunt *RBDK* an] *r* in *R*

sus in eodem habere non possunt. sunt enim quaedam personas tantum significantia, ut 'meatim facis' et 'facitis', quaedam casus videntur certos nominum habere, carent autem personis, ut 'domi, domo, domum', quaedam numeros, ut 'semel, bis'; omnia autem simul supra dicta nisi in pronominibus, inveniri non possunt. sunt igitur sine dubio pronomina. adeo autem non est idem dicere 'ecce' et 'eccum', quod 'ecce' adverbium licet tam mares quam feminas et unum et plures demonstrantibus dicere, 'eccum' autem non nisi marem et unùm et 'eccam' non nisi feminam et unam, 'eccos' et 'eccas' non nisi plures. quid est enim aliud 'eccum' nisi 'ecce eum'? 'eccam' nisi 'ecce eam'? 'eccos' nisi 'ecce eos'? 'eccas' nisi 'ecce eas'? 'ellum' nisi 'ecce illum'? quae omnia tam genera diversa quam casus habent accusativos utriusque numeri, quos exigit verbum 'vide' vel 'aspice' vel 'cerne', quod saepe per ellipsin solet intellegi.

'Mecum' autem et 'tecum, secum, nobiscum, vobiscum' per anastrophen cum pronomine praepositio est, unde et casus, qui serviunt praepositioni 'cum', id est ablativi, in utroque numero trium personarum com-
28 ponuntur; quomodo igitur, si dicam 'propter te' et 'te propter', idem significo et 'cum quibus' et 'quibuscum', sic 'cum me' et 'mecum'. nam antiquissimi utrumque dicebant, sed in plurali primae personae cacemphati causa solebant per anastrophen dicere 'nobiscum' pro 'cum nobis'. itaque propter hoc reliquarum quoque personarum ablativos similiter praepostere proferre coeperunt teste Plinio, qui hoc in II sermonis dubii ostendit, et Cicerone, qui de oratore his utitur verbis: noluimus 'cum me' et 'cum te' dicere, ne eadem conputatione adiungendum esset 'cum nobis', sed potius 'mecum' et 'te||cum' et 'nobiscum' diximus, 'cum' praepositione,

1 eadem *K* significantia tantum *G* 6 et eccum] et haeccum *R* ut eccum *r* 7 mores (a *supra*) *Rr* unum plures *G* demontrantibus *L* 8 Eccū *ex* Ecc* *corr.* *B* mar*em *H* et non nisi unum *G* 9 plurales *G* quidem (st *supra*) *Rr* 10 nisi ecce eum *add.* *d* et eccam *G* ecos *G* 11 omnia] *r* communia *R* 12 accusatiuos *ex* accusatiuus *corr.* *D* numeri* *B* quos] *r* . Quo[s] *Hh* quem *RDG* q̃ *LK* 13 uerbo (um *supra*) *D* ellypsin *B* elipsin (c *supra*) *D* eclipsin *H* eclypsim *R* 15 et tecum et secum (ine *supra*) *D* uobis (cum *supra*) *Ll* uobiscum cum per *K* 16 cum pronomen *Hh* qui *add.* *r* 18 propter te et propter *B* 19 significatio (o *supra*) *D* 20 Nam et antiquissimi *R* cacenphati *RBHGLK* cacenphatin *D* 23 plenio *K* *Plinii dub. serm. lib.* II *fr.* Cf. *ap. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 200 24 *in Ciceronis de or. libris haec hodie non leguntur: idem argumentum tractatur in or.* 45, 154 *cf. epp. ad M. Terentium Varronem* (*vg. epp. ad fam. lib.* VIIII) *ep.* 22, 2. *haec Pliniana esse loco mota, ipsa Ciceroniana periisse arbitratur Krehlii censor Ienensis l. l. p.* 423 de oratione *L* 25 nolumus (i *supra*) *K* eadem computatione *GLK* eidem conputationi *DH* ne*dem compositioni (uta *supra*; ei *supra*) *Rr* neceidem computatione *B* 26 adiugendum *D* 27 diximus cum cum *B*

quae facit obscenum, assidue postposita. antiqui tamen absque 29 observatione naturali ordine haec protulisse inveniuntur. nulla tamen monosyllaba praepositio anastrophen patitur nisi | ea, et fortassis ideo enclitici vice fungitur, quia enclitica monosyllaba sunt: 'que, ve, ne'.

Nec mirum, supra dicta pronomina unius causa idem pati, cum in aliis quoque quibusdam structuris haec eadem sola communes habent quasdam proprietates. 'interest' et 'refert' genetivo solent adiungi omnium casualium absque supra dictis quinque pronominibus, pro quorum genetivis ablativos ponimus possessivorum, ut 'interest' et 'refert mea, tua, sua, nostra, vestra'. 'cuia' quoque infiniti possessivum cum supra dictis verbis pro genetivo primitivi ponitur - Cicero pro Vareno: ea caedes si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit -, cuius gentile non solum 'cuias', sed etiam 'cuiatis' proferebant communi genere. Plautus in Poenulo:

Quid sit, cuiatis, unde sit, ne parseris. -
Quid est? cuiates estis? aut quo ex oppido?

'pte' quoque ea sola in eodem ablativo assumere solent: 'meapte, tuapte, 30 suapte, nostrapte, vestrapte'.

Sed si quem forte tangit, quod in fine sit 'cum' praepositio, in compositione autem plus dicatur valere ea pars, quae in fine sit, sciat, quod coniunctiones et praepositiones et adverbia vim nominum vel pronominum ante se positorum in compositione non mutant, ut 'uterque, quisque, quicumque, qualiscumque, totidem, idem, tantundem', cuius genetivus solus ex obliquis in usu invenitur, 'tantidem' - Terentius in adelphis:

tantidem emptam -,

quod quamvis videatur pro 'eiusdem' poni, tamen significat quantitatem, quae in pronomine esse minime potest, quod substantiam solum, ut saepe diximus, significat. est igitur nomen, quomodo et simplex eius, 'tantus tanta tantum'. usus quoque hoc confirmat. 'tantidem' dixit 'emptam',

1 o[b]scenum *G* assiduae *Rr* adsiduae *H* 2 obsseruatione *R* 3 nisi ea fortassis *G* enclitici] *r* encliaci *R* enclytici *D* encletici *K* 4 encletica *DK* que ue[ce] *Ll* "ne 'ue *G* 6 quoque] *d* eoque *D* cumunes[o] *D* communas[e] *H* habeant *L* quadā[s]propriaetates *Dd* "proprietates 'quasdam *G* 7 propriaetates *R* 11 primitiui *add. d* *Cic. pro Vareno or. fr.* 9 *p.* 443 *Or.* mureno *K* caedes *Rr* 12 si crimini datur, detur ei potissimum *Patricius* cremini *LK* cremina *G* datur datur detur *r* ei] *r* et *R* aei *H* *post* interfuit: non — interfuit *add. r* 13 nihil *spscr. in L* 14 commune *B* *Plaut. Poen.* V 2, 33 *sq. cf. lib.* XVII § 23 in Poenulo *om. G* penulo *DH* penulo *RBLK* 15 Quid] *sic libri etiam lib.* XVII *l. l.* qui *Plautus* quopatis *Plaut. Pall.* cuiatis ut desit *B* parseris] *d* passeris *RBDHGLK* parleris *Pall.* 16 Quid est] *r* quidem *RB* Auo *Pall.* quolates *Pall.* estis *D* estis unde aut quo*(d) *R* ex quo *B* 19 si quem] *rh* si quidem *RH* *post* fine sit *sqq.* — fine sit *add. r* 20 ea pars ualere *G* sit] fit *GK* 22 ante [se] positorum *Rr* [non] compositione mutant *Rr* 24 in usu *om. G* *Ter. adelph.* II 1, 46 in adelphis *om. G* adelphys *R* 25 emtam *H* 26 poni] *r* prono *R* 27 substantiam ut sepe diximus significat solam *K* solam *GL* 29 eptam *G*

quantitatem similem pretii ostendens. 'tan||tundem' ergo nihil aliud significat nisi relationem et similitudinem quantitatis, quod etiam si posset pro 'idem' accipi, non tamen iam et pronomen esset. non enim id, quod pro aliquo accipitur, omnimodo etiam ex eadem specie ac|cipiendum est.

31 Componuntur nomina cum pronominibus, ut 'huiusmodi, istiusmodi, huiuscemodi', sicut et apud Graecos αὐτοκασίγνητος, αὐτοδίδακτος, φίλαυτος, et sunt omnia nomina, etiam quae in fine pronomen habuerint: cum enim qualitatem significant, pronomina esse non possunt. componuntur etiam cum adverbiis pronomina: 'eccum, eccam, eccos, eccas, ellum'; cum praepositione etiam secundum Donatum: 'mecum, tecum'. nec mirum, per singulos quosdam casus ea componi, quomodo et 'meme, tete, sese', cum nomina quoque supra dicta per genetivos composita sint solos; quos enim casus separata per appositionem habere exigebat structura, eos in compositione servavere. quid est enim 'eiusmodi' nisi 'modi eius'? 'eccum' nisi 'ecce eum'? 'mecum' nisi 'cum me'? quod vetustissimis erat in usu, sicut supra dictum est.

DE NVMERO.

32 Numerus pronominibus accidit, qui et nominibus et verbis et participiis, id est singularis et pluralis. sola enim declinabilia possunt habere ex eisdem vocibus tam singularem quam pluralem numerum, id est quae sub personas finitas cadere solent, sine quibus numeri declinabiles, id est singulares et plurales, inveniri non possunt. itaque si careat verbum persona, quod dictum est iam, caret necessario etiam numero, ut infinita et impersonalia et gerundia. || principales igitur duae partes, nomen et verbum, et quae loco eorum funguntur, hoc est participium et pronomen, supra dictos numeros habent in declinatione. aliae autem quattuor partes, hoc est praepositio, coniunctio, adverbium, interiectio, declinatione carentes numeros supra dictos habere non possunt. quamvis igitur adverbia sunt

1 pr(t)etii *B* praecii *Rr* p̄tii *ex* p̄tea *corr. G* 2 possit *D* 3 quod aliquo *G* 5 huiusmodi] eiusmodi *L* huiuscemodi huiusmodi istius modi (huiusmodi *in mg.*) *K* istiusmodi *add. r* 6 ΑΥΤΟΚΑΤCΙΓΝΗΤΟC *B* ΑΥΤΟΚΑCΙΓΗΝΤΟC *H* ΑΥΤΚΑCΙCΝΗΤΟC *GLK* ΑΥΤωΚΑ****ΤΟC (ΤΑΚΗ) (a se diiudicatus *spscr. r*) *Rr om. D* GR. *et in mg.* ΑΥΤΟΚΑΤΑΚΡΙΤΟC (a se diiudicatus *H*) *d* ΑΥΤΟΚΑΤΑCΝΗΤΟC *l* αὐτάρετος *Apoll. de pron. p.* 79 *C* 2 *Bk.* αὐτοδίδακτος] *add. d* φίλαυτος] *add. d* ΦΙΛΑΥΤΟC *HGLK* ΦΙΛΑΥΤωC *R* ΑΥΤΟΦΙΛΑΥΤωC *r at v. Apollon. l. l.* C 3 7 omnia cum pronominibus (nomina) quae *Gg* finem *D* (p)nomen *Hh* nomen *b* 9 ellum et cum *B* prapositione (e) *Rr* *Donatus* II 13, 2 *p.* 1759 *P.* 21 *Lind.*: (aduerbia) personalia, ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum 11 et] *r om. R* 13 sint] sunt *B* enim *om. GLK* 14 servavere] *h* seruare *RDHGLK* . huiusmodi *K* 17 De numeris *GK* finit de figura. InciPit de numero *L* 18 ponomiuibus *H* 19 diclinabilia *K* 20 (h)isdem *Rr* hisdem *GLK* isdem *H* singularem numerum quam pluralem *GL* numerum singularem qum pluralem *K* 21 finitas] finitas siue infinitas *BHGLrd* finitas (siue infinitas) *K* diclinabiles *K* 22 non possunt inueniri *G* si *add. r* careant *D* 23 uti *B* 24 inpersonalia *B* 25 earum *GLKd* hoc] id *L* 26 autem *om. L* partes orationis hoc *G* 28 sint *K*

quaedam numerorum, tamen non ex eadem voce singularem et pluralem significant nec ad personas vel singulas singularem vel plures pluralem, quomodo supra dictae partes, reddunt numeros, sed similiter vel uni vel pluribus eadem adiunguntur, sive singularis sint nu|meri sive pluralis, ut 'semel facio, facis, facit, facimus, facitis, faciunt', similiter 'bis, quater, saepe', cum declinabiles partes necessario sibi adiunctae eosdem numeros servant, ut 'facimus nos, faciunt homines, faciunt scribentes': ecce omnes plurales. et iterum 'facio ego, facit homo, facit scribens': en ubique singularibus utimur. cum igitur duo in pronomine quoque, quomodo in no- 33
mine, sint numeri, singularis et pluralis, sunt quaedam numero communia, ut 'idem', dicimus enim 'idem vir' et 'idem viri'; sunt alia non solum numero, sed etiam diverso genere communia, ut 'haec mulier' et 'haec mancipia'. possessiva autem, quemadmodum iam diximus, duplicem significant numerum. et intrinsecus quidem eundem habent, quem primitiva eorum, extrinsecus autem pro terminationis forma singularem et pluralem: 'meus mei, noster nostri'. unde 'suus', quia et primitivum eius utriusque est numeri commune, id quoque intrinsecus utriusque est numeri commune tam per singularem quam pluralem declinationem: dicimus enim 'suus illius' et 'suus illorum'. | ||

1 singularem uel et *R* 2 significat (n *sup.*) *H* ne (c *sup.*) ad *Rr* singulas *ex* singulares *corr.* *D* plurales *K* 4 siue singulares *D* sunt (i *sup.*) *G* 7 facimus (uel faciunt *sup.*) homines *K* facimus homines *GL* *post* scribentes: ecce — scribens *add.* *d* 9 quomodo *om.* *L* 10 numero quaedam *G* commonia *D* 12 commonia *D* ut haec haec mulier *DH* haec ut haec mulier *K* 13 quemammodum *BL* significent (a *sup.*) *L* 15 pro * terminationis (p) *R* f*rmā (i?) *B* formā *b* singuralem *G* pluralem numerum *K* 16 quia et *Rr* 17 *sq.* numeri commune est *K* 18 commone (v *sup.*) tam *D* quam per pluralem *BHGLKr* diclinationem *K* 19 et suus illorum] illorum *G* suus illorum *g*

Explicit liber XII. | Incip̄ lib. XIII de pronomine (de casibus *in mg. add.* *r*) Theodorus u̓ d̓ memorialis s̃s epistolarum et adiutor ų m̓ questoris spī scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonas februarias mauortio u̓ d̓ consule. DE CASIB; *Rr* EXPLICIT LIB̄ XII. DE PRONOMINE INCIPIT LIB̄. XIII. DE CASIBVS. Theodorus memorialis .ss. sacri scrinii epistolarum et adiutor questoris spī scripsi manu mea in urbe roma constantinoppoli nonis febroariis mauortio consule. *B* Explicit lib. XII de pronōe. | Theodorus memorialis s̄s. epistolar̄ et adutor (*sic*) quaestoris spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis februariis martio consule. | INCIPIT .XIII. lib̄ de casibus *G* explī liber XII | Theodorus s̄r epistolarum et adiutor q̄storis spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis februariis martio consule. | incipit lib̄. XIII de pronomine *K* EXPLICIT LIB̄ .XII. INCIP̄ XIII. | Theodorus memorialis s̄s ep̄tarum et adiutor quęstoris s̄pi scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis feb̄ mauortio consule. *D* EXPLICIT LIB. XII DE PRONOMIN̄. INCIPIT LIBER. (XIII. *sup.*) | THEODORVS. MEMORIALIS. S̄S. EPISTOLARVM ET ADIVTOR quęstoris s̄pi. scripsi. manumea. inurberoma. constantinopoli. nonis. februaris. martio consule. | DE CASIBVS *H* Explicit xii lib̄ | Incipit XIII de pronomin̄ eiusdē casibus. Sed primum de uocatiuo *L*

Stanford University Libraries
3 6105 019 956 692